καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὥστε τὸ ὄνομα τῆς φύσεως αὐτὸ τοῦ πνεύματος. λοιπὸν δὲ τὰ χαρίσματα, πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν. Ἔλαβεν ὁ διδάσκων πνεῦμα σοφίας, ὁ διδασκόμενος πνεῦμα συνέσεως, ἵνα συνῇ. διὰ τοῦτο Ἡσαΐας τὴν σοφίαν ἐπιγράφει τῷ λέγοντι, τὴν σύνεσιν τῷ ἀκούοντι, καὶ φησί, Σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν. πνεῦμα βουλῆς δίδοται τῷ γνωμοδοτοῦντι, πνεῦμα ἰσχύος τῷ τὴν γνώμην δεχομένῳ. Καὶ μετά τινα τῆς περικοπῆς. Ἐπαναλαμβάνω τοίνυν τὰ ὀνόματα τῆς ἀφράστου φύσεως, πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα πατρὸς, πνεῦμα υἱοῦ, πνεῦμα Χριστοῦ, πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν Χριστὸν, πνεῦμα ζωῆς, πνεῦμα ἀληθείας. λοιπὸν τὰ χαρίσματα, πνεῦμα δυνάμεως, πνεῦμα ἀγάπης, πνεῦμα σωφρονισμοῦ, πνεῦμα ἐπαγγελίας, πνεῦμα πίστεως, πνεῦμα ἀποκαλύψεως, πνεῦμα υἱοθεσίας. Ταῦτα σαφῶς τοῦ Χρυσορρήμονος πατρὸς διηκρινηκότος, καὶ παραδεδωκότος, πῆ μὲν ἔστιν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ πνεύματος ὄνομα, καὶ νοῆσαι αὐτὸν τὸν Παράκλητον, πῆ δὲ ἀκοῦσαι πάλιν ὄνομα πνεύματος, καὶ νοῆσαι χάριν τινὰ δηλουμένην πνευματικὴν, πῶς ἔξεστιν οἱ σύμπαν τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀπυλώτῳ ἀπεραζόμενοι στό-

eum Spiritus Dei. Hic est nomen ipsius naturæ Spiritus; deinceps sequuntur dona: Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus cognitionis, Spiritus pietatis, Spiritus timoris Dei. Et post pauca: *Accepit docens, Spiritum sapientiæ, & addiscens, Spiritum intelligentiæ, vt intelligat. Propterea Esaias sapientiam ascribit dicenti, intellectum audienti; & , inquit, sapientem architectum, & intelligentem auditorem. Spiritus consilij dicitur consiliatio; Spiritus fortitudinis, consilium accipienti.* Et post alia nonnulla pericopes: *Repeto igitur nomina ineffabilis naturæ Spiritus Dei, Spiritus qui ex Deo, Spiritus Domini, Spiritus Patris, Spiritus Filij, Spiritus Christi, Spiritus qui excitauit Christum, Spiritus vitæ, Spiritus veritatis: Deinde dona, Spiritus virtutis, Spiritus charitatis, Spiritus temperantiæ, Spiritus promissionis, Spiritus fidei, Spiritus reuelationis, Spiritus adoptionis filiorum.* Hæc palam Chrysostomo discernente tradenteque, aliquando audimus spiritus nomen, & Paracletum ipsum intelligimus; aliquando rursus audimus nomen spiritus, & aliquod spirituale donum per illud indicatum cognoscimus; quanam ratione

qui, quicquid visum fuerit, effreni ore effutiunt, contendunt, non naturam sancti Spiritus, sed spiritualia dona in quacunque sacræ Scripturæ parte reperitur, Spiritum sanctum esse, emanare, & effundi ex Filio, indicari? Nanque, si de nominibus spiritus verba faciens, Sanctus ait: *Nomen vero ipsius, Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Patris, Spiritus Filij*, & addit: *Hæc enim est propria & prima appellatio, quæ sententiam habet expressiorem, & naturam Spiritus sancti repræsentat*; tum subdit deinde: *Hæc sunt nomina sanctæ & immaculatæ virtutis sancti & adorandi Spiritus*; rursumque: *Hæc nomina sunt auctoritatis ipsius naturæ Spiritus sancti*: quis, dummodo veritatem frustra oppugnare non appetit, non fatebitur, qui in Scripturis indistincte Spiritus sanctus vocitatur, ipsius naturæ, ipsius dominatus Paracleti nomen esse? Et si id est, quanam ratione audebit, affirmare, donum spirituale denotari, cum prope locis [b] Scripturæ innumeris reperiatur, nunc quidem progrediens, nunc emanans, nunc exiliens Spiritus sanctus ex Filio? Nemo, vt reor, aduersus veritatem ita inuerecundus fuerit, vt ex his, quæ Chrysostomus de nominibus Spiritus præscripsit,

ματι διενίστασθαι, μὴ τὴν φύσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ τὰ πνευματικὰ δηλοῦσθαι χαρίσματα. Ἐν οἱῳδήποτε ἂν τῆς θείας γραφῆς μέρει εὑρίσκηται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχον, καὶ ἀναβλύζον, καὶ προερχόμενον ἐξ υἱοῦ. Εἰ γὰρ τὸν περὶ τῶν ὀνομάτων λόγον ὁ Ἅγιος ποιούμενος φησίν, Ὄνομα δὲ αὐτοῦ πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας, πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα τοῦ πατρὸς, πνεῦμα τοῦ υἱοῦ. καὶ προστίθησιν, Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφατικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστῶσα τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος φύσιν. Καὶ ἐπάγει, Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῆς ἁγίας, καὶ ἀχράντου δυνάμεως τοῦ ἁγίου ἐστὶ καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος. Καὶ πάλιν, Ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῆς τῆς αὐθεντίας, αὐτῆς τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος φύσεως, τίς ἂν μὴ βουλόμενος τὴν ἀλήθειαν ἐπηρεάζειν διακενῆς, οὐχ ὁμολογήσειε τὸ ἐν τῇ γραφῇ ἀδιορίστως εἰρημένον ἅγιον πνεῦμα, αὐτῆς τῆς φύσεως, αὐτῆς τῆς αὐθεντίας τοῦ Παρακλήτου ὄνομα εἶναι; καὶ εἰ τοῦτο, πῶς ἂν τολμήσειεν εἰπεῖν χάρισμα δηλοῦσθαι πνευματικὸν, ὅπου μυριαχοῦ τῆς γραφῆς εὑρίσκεται, νῦν μὲν προϊὸν, νῦν δὲ προερχόμενον, νῦν δὲ ἀναβλύζον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ. Οὐδεὶς ἂν οἶμαι τῆς ἀληθείας οὕτω καταναιδεύσηται, ὡς μὴ ἐξ ὧν ὁ Χρυσορρήμων ἔφη

certam

περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ πνεύματος, ὁμολογουμένην ἔχειν ἀπόδειξιν, τὴν αὐτὴν τὴν τοῦ Παρακλήτου φύσιν δηλοῦσθαι, ὁπηνίκα τις πνεῦμα ἅγιον λέγει, ἁπλῶς, καὶ ἀπροσδιορίστως. Καὶ ταύτης ὁμολογουμένης τῆς ἀποδείξεως ἀναντίρρητος ἀκολουθήσει τὸ λοιπὸν ἔλεγχος τῶν λεγόντων, ἐκ τοῦ υἱοῦ προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς χάρισμά τι πνευματικόν.

ι'. Ἔτι δὲ τοῖς ἐπιστατικώτερον ἐπισκεπτομένοις τὰ ῥηθέντα τῷ Χρυσορρήμονι, καὶ κατ' ἄλλους λόγους ἀπελέγχειν τούτους τοιούτοις ἐπιγίνεται. ἐπεὶ γὰρ οὗτοι, ὡς εἴρηται, ὅποι ἂν ἀκούωσι πνεῦμα προϊόν, ἢ προχεόμενον, ἢ ἀναβλύζον ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τὰ πνευματικὰ νοεῖν χαρίσματα θέλουσιν, ἀποδιῃρημένα ὥσπερ, καὶ οἷον διεσχοινισμένα τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος, οὐκ εἰς ἀγεννῆ τῆς παραλόγου ταύτης ἐννοίας ἔλεγχον ἔσται, καὶ ἅπερ ὁ αὐτὸς Χρυσορρήμων λέγει πατὴρ, ἐν τῷ τὴν Ἡσαΐου ῥῆσιν τῇ οἰκείᾳ καταστρωννύειν γραφῇ. ὅρα γάρ τι ἔπος καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας, ἐξελεύσεται, φησι, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Κυρίου. κἀνταῦθα ὁρίζων ἐπάγει, Ὧδε τὸ ὄνομα τῆς φύσεως αὐτῆς τοῦ πνεύματος, καὶ προστίθησι, Λοιπὸν δὲ τὰ χαρίσματα-

certam patentemque demonstrationem non habeat, ipsam Paracleti naturam significari, cum quis simpliciter & indistincte Spiritum sanctum pronunciat. Hac demonstratione pro certo habita, citra contradictionem sequetur refutatio dicentium, ex Filio prosilire, emanare, effundi Spiritum sanctum, veluti donum quoddam spirituale.

III. Verba quoque Chrysostomi attentius consideranti, alijs etiam rationibus hos eosdem refellere, suggeretur. Cum enim hi, vt dictum est, vbicunque audiunt, Spiritum prouenientem, promanantem, siue exilientem ex Filio, non naturam ipsam Spiritus, sed spiritualia dona intelligere amant, separata & veluti funiculo diuisa ab ipsa natura Spiritus, absurdam eorum sententiam non leuiter refellunt, quæ Chrysostomus ipse suggerit, cum Esaiæ dictum in propria Scriptura digerit: *Et vide, quæ beatus Esaias enunciat; Egredietur virga de radice Iesse, & flos ex ea ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.* Et hic veluti puncto sententiam terminans, adnectit: *Hic nomen naturæ ipsius Spiritus.* Et addit: *Deinceps sequuntur dona, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij*

consilij & fortitudinis, Spiritus cognitionis, Spiritus pietatis, Spiritus timoris Dei. Si itaque Esaias, Spiritum Dei super eum requieturum primo dicens, Spiritus sancti naturam indicauit, & subdens postea, *Spiritus sapientiæ & intellectus*, alia quoque Spiritus dona manifestauit, apertum remanet, vt & sanctus Pater Chrysostomus exponit, *cum Spiritus sanctus Sanctorum precibus vel mihi vel alteri Christiano elargitus fuerit significationem, aut sapientiam, aut intellectum, aut fidem, aut charitatem*, aut hoc vel aliud, plurima nanque sunt, nec numero comprehendi possunt dona Spiritus, ipsum sanctum Spiritum intelligendum esse, in sua per Filium habituali inhabitatione, in ijs qui digni fuerint, donorum. Spiritus enim Dei, Esaias primo dixit, tum Spiritus sapientiæ & intellectus, aliaque superaddidit, innuens, quæ eadem cum donante appellatione dona nuncupantur, non propriam quandam & veluti funiculo diuisam a Spiritu existentiam habere, sed ipsum Spiritum sanctum esse, qui, cum sapientiam largitur, Spiritus sapientiæ dicitur, & cum sanctimoniam impartitur, sanctimoniæ spiritus nuncupatur. * Qui itaque progredi, & effundi, &

τα, πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς, καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Εἰ γοῦν ὁ Ἡσαΐας, πνεῦμα Θεοῦ ἐπαναπαύσεσθαι ἐπ' αὐτὸν, προηγουμένως εἰπὼν, τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος φύσιν ἐδήλωσεν, ἐπαγαγὼν δὲ τὸ, πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα διεσάφησεν, εὔδηλον καθὼς καὶ ὁ Χρυσορρήμων ἐξηγεῖται πατὴρ, ὡς, ὅταν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐχαῖς τῶν Ἁγίων δωρήσηται, ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέρῳ Χριστιανῷ ἁγιασμὸν, ἢ σοφίαν, ἢ γνῶσιν, ἢ πίστιν, ἢ ἀγάπην, ἢ τὸ, ἢ τὸ, πολλὰ γὰρ καὶ οὐκ ἀριθμοῦ περιληπτὰ τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα, αὐτό τις ὀφείλει τὸ ἅγιον πνεῦμα νοεῖν, ἐν τῇ δι' υἱοῦ ἐπιγινομένῃ τοῖς ἀξίοις σχετικῇ ἐνοικήσει αὐτοῦ, διανεμητικὸν τῶν χαρισμάτων γινόμενον. Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ ὁ Ἡσαΐας πρότερον ἔφη, καὶ οὕτω πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, καὶ τ' ἄλλα ἐπήγαγε, δηλῶν ὅτι τὰ ὁμωνύμως τῷ δωρουμένῳ τῇ τοῦ πνεύματος κλήσει καλούμενα δῶρα, οὐκ ἰδίαν τινὰ ἀποδιῃρημένην ὥσπερ, καὶ οἷον διεσχοινισμένην τοῦ ἁγίου πνεύματος ὕπαρξιν ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι τὸ ἐν τῷ σοφίαν δωρεῖσθαι, πνεῦμα σοφίας λεγόμενον, καὶ ἐν τῷ ἁγιωσύνην δωρεῖσθαι, πνεῦμα ἁγιωσύνης λεγόμενον. Ὁ γοῦν προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι

proma-

καὶ ἀναβλύζειν ἐξ υἱοῦ, τὸ ἅγιον ἀκούοντες πνεῦμα, καὶ εἰς τὰ χαρίσματα, οὐ μὴν εἰς τὴν τῆς αὐτοῦ φύσεως δήλωσιν, τὰς λέξεις ἐκλαμβάνοντες ταύτας, πολλὴν τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας νοσοῦσι κακίαν.

δ'. Ἵνα δέ σοι καὶ ἀπὸ γραφικῶν δῆλον γένοιτο τῶν μαρτυριῶν τὸ τοῦ νοήματος πλημμελές, τῶν ἐν ἰδίᾳ τινὶ νοούντων εἶναι ὑπάρξει τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰ χαρίσματα, ἀποδιῃρημένα τρόπον τινὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἄκουσον καὶ οἷα ὁ ἅγιος Κύριλλος περὶ τούτου ἐν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν φησίν. ἐκεῖσε γὰρ ἐν μέρει τοῦ Διαλόγου, ταῦτα ἐπὶ λέξεων κεῖται. Ὁ Ἅγιος. Τὸ δὲ δὴ τὴν θείαν ἡμῖν ἐγχαράττον εἰκόνα, καὶ σημάντρου δίκην ἐμποιοῦν τὸ ὑπερκόσμιον κάλλος, οὐχὶ τὸ πνεῦμά ἐστιν; Ὁ Ἑρμείας. Ἀλλ' οὐχ ὡς Θεός, φασιν, ἀλλ' ὡς θείας χάριτος ὑπουργόν. Ὁ Ἅγιος. Οὐκ αὐτὸ τοιγαροῦν ἡμῖν, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἐνσημαίνεται. Ὁ Ἑρμείας. Ἔοικεν. Ὁ Ἅγιος. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον, εἰκόνα τῆς χάριτος, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Θεοῦ διακεκλῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. Καὶ μετά τινα. Ἀλλ' εἰ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος διεχοινισμένη τις ἦν ἡ δι' αὐτοῦ χάρις, τί μὴ ἔφη σαφῶς, ὁ μὲν μακάριος Μωϋσῆς, ὅτι παρενηνεγμένῳ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ εἶναι λοιπόν, ἐνεφύσησε χάριν ὁ πάντων δημιουργὸς τὸν διὰ πνοῆς τ

promanare ex Filio Spiritum sanctum audiunt, & ad dona notanda, non ad naturam illius insinuandam, dictiones similes accipiunt, plane contra veritatem malitiose se gerunt, & turpiter ex cerebro laborant.

IV. Vt vero tibi & ex scriptis testimonijs, quantum a vero aberrent, innotescat, qui in propria quadam sancti Spiritus existentia dona, quodammodo ab illius essentia separata, intelligunt; audi quæ & diuus Cyrillus de hac eadem re in eo Dialogo, quem ad Hermiam direxit, pronunciat; in eius enim parte hæc ad verbum habentur: *SANCTVS. Quod vero diuinam imaginem imprimit, & notæ instar cœlestem pulchritudinem inserens, nonne Spiritus est? HERMIAS. Sed non vt Deus, inquiunt, sed vt diuinæ gratiæ administer. SANCTVS. Non ipse igitur nobis, sed gratia, quæ per ipsum confertur, imprimitur. HERMIAS. Videtur. SANCTVS. Necesse igitur fuerit gratiæ imaginem, & non potius Dei, hominem nuncupari.* Et paucis annexis: *Sed si absentia Spiritus diuisa est, quæ per eum gratia datur, quamnam ob causam manifeste dictum est a beato quidem Moyse, animali ad id, quod est, producto, Creatorem omnium gratiam, quæ per Spiritum vitæ est, insufflasse, & nobis*

a Chri-

a Christo, Accipite gratiam, quæ administro Spiritu sancto datur, sed dictus est apud illum Spiritus vitæ: nanque vita vera est Deitatis natura, si verum est, quod dicitur, in ipso viuimus, mouemur, & sumus. & a Saluatore, Spiritus sanctus; a Saluatore inquam, qui vere in infidelium animos introducit immittitque Spiritum sanctum. Et hæc quidem S. Cyrillus. Theodorus Presbyter, in dogmatibus decernendis accuratissimus, secunda de Incircumscripto Oratione, hunc in modum eloquitur; *Consideremus, quæ de Deo dicere sustinent. Operatione, inquiunt, Deus in omnibus est, essentia vero nullo in loco; operationem vocantes, qui ex operatione procedit, effectum. Ipse vero dixerim, a natura diuina operationem illius esse indiuisam.* Et quibusdam annexis: *Cum vero viuat natura diuina, viuas habet & operationes; & absque essentia fieri nequit, vt operatio emergat. vbi operatio apparuerit, simul vna cum ea & essentia, ex qua emanat, consideratur.* Et post pauca: *Igitur non operatione tantum Deus rebus præsens est, sed essentia. Nanque demonstratum est, absque essentia nullam esse operationem.* Et paucis additis: *Quomodo itaque, quod dicitur, verum fuerit, Spiritum Domini orbem adimplesse?*

ζωῆς, Χριστὸς δὲ ἡμῖν, Λάβετε χάριν τὴν διʼ ὑπουργίας τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλʼ ὠνόμασται μὲν ἐν ἐκείνῳ, πνοὴ ζωῆς, ζωὴ γάρ ἐστιν ἀληθὴς, ἡ τῆς θεότητος φύσις, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. ἔχει δὲ τοῦ Σωτῆρος φωνῆς, πνεῦμα ἅγιον αὐτοῦ γε νὴ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐγκατοικίζοντός τε, καὶ ἐνιέντος τὸ πνεῦμα; καὶ ὁ μὲν ἅγιος Κύριλλος ταῦτα. Ὁ δὲ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος Θεόδωρος ὁ δογματικώτατος ἐν τῷ περὶ ἀπεριγράπτου Λόγῳ αὐτοῦ δευτέρῳ οὕτω φησίν. Ἴδωμεν οἷα λέγειν περὶ Θεοῦ ἀνέχονται. τῇ ἐνεργείᾳ, φασὶν, ἐν πᾶσιν ἐστὶν ὁ Θεὸς, τῇ οὐσίᾳ δὲ οὐδαμοῦ, ἐνέργειαν λέγοντες, τὸ πρόϊον ἐκ τῆς ἐνεργείας φασὶν ἀποτέλεσμα. Φαίην δʼ ἂν ἔγωγε τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως ἀχώριστον εἶναι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ. Καὶ μετά τινα. Ἐπειδὴ δὲ ζῶσα ἡ θεία φύσις, ζώσας ἔχουσα καὶ τὰς ἐνεργείας, χωρὶς δὲ οὐσίας ἀδύνατον προελθεῖν ἐνέργειαν. ἔνθα ἂν ἡ ἐνέργεια φανῇ, συνθεωρεῖται ταύτῃ καὶ ἡ οὐσία, ἐξ ἧς προέρχεται. Καὶ μετά τινα. Οὐκοῦν οὐ μόνον τῇ ἐνεργείᾳ πάρεστι τοῖς οὖσι Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τῇ οὐσίᾳ, δέδεικται γὰρ, οὐκ ὅτι χωρὶς οὐσίας ἐστὶν ἐνέργεια. Καὶ μετά τινα. Πῶς οὖν ἔσται τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, ὅτι πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην; οὐσία Θεὸς ὢν, πάντα τὰ ὄντα

Essen-

τῆς θείας οὐσίας πεπλήρωκε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐστί. Καὶ μετά τινα. Ἡ δὲ ἐνέργεια χωρὶς οὐσίας οὐ πρόεισι, καὶ ἐν πᾶσιν ἐστίν. ἡ οὐσία ἄρα ἐν πᾶσιν ἐστί, κατὰ τὸ διὰ τοῦ Προφήτου λεγόμενον, Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος. Οὐκ ὀλίγον σοι πάντως αἱ χρήσεις αὗται πρὸς ἐπιστομισμὸν τῶν ἐκ τοῦ υἱοῦ προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν, ὡς χάρισμά τι πνευματικὸν τὸ πνεῦμα λεγόντων τὸ ἅγιον, συντελέσουσιν.

ε΄. Ἀλλ᾽ εἰ καί τινι τῶν τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ἐπιστατικώτερον ἐπιβαλεῖς ῥήσεων τῇ παρ᾽ αὐτοῦ εἰρημένῃ, ὅπου τὸ πνεῦμα τὸν υἱὸν ἔχειν θεολογεῖ, καθ᾽ ὃν τρόπον καὶ ὁ πατὴρ, ὡς πάντων τῶν φυσικῶν ἀγαθῶν τοῦ πατρὸς κοινωνὸν, οὐκ ἔπακτον δηλονότι, οὐδ᾽ ἔξωθεν, ἀλλ᾽ ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχεῖ, μεγάλην κἀντεῦθεν ἕξεις καὶ τῶν παραλόγων διαφορῶν τὴν συγκρότησιν. Εἰ γὰρ ἐν ὑποδείγματι ἀνθρωπίνῳ, ὁ ἅγιος Κύριλλος τὸν υἱόν, φησι, τὸ πνεῦμα προχέειν, ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὸ ἴδιον πνεῦμα ἐκ τῶν ἐνδοτάτων αὐτοῦ σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχεῖ, τί ἂν ἄλλο ἡ τοιαύτη πρόχυσις εἴη, παρὰ τὴν ἐξ υἱοῦ φυσικὴν τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν, καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων γὰρ, καὶ ἐπὶ πάντων ἄλλων, ὅσα

Essentia Deus cum sit, quæ sunt, omnia, natura diuina adimpleuit, & in omnibus est. Et postmodum: *Operatio absque essentia non emanat, & in omnibus est; essentia ergo in omnibus est, vt a Propheta dicitur: Nonne cœlum & terram ego impleo? dicit Dominus.* Hæc Sanctorum pronunciata, ad ora eorum obturanda qui ex Filio prouenire, effundi, & exilire veluti donum quoddam, Spiritum sanctum contendunt, maximopere conducent.

V. Quod si & dicto illi inter alia [d] Cyrilli accuratius mentẽ fixeris, quod ille, dum Filium habere Spiritum, pertractat, pronunciat, *eodem quo & Pater modo Spiritũ habere veluti omnium naturalium Patris bonorum participem, non adscititium neq; extraneum, sed vt quisque nostrum proprium in semetipso spiritum continet, & ex intimis visceribus in externa effundit;* maximum quoq; tibi inde contra importuna discrimina adiumentum habebis. Etenim si sanctus Cyrillus hominis exemplum vsurpans, Filium, ait, Spiritum effundere, quemadmodum nostrum singuli propriũ spiritum ex intimis visceribus foras effundunt; quid aliud similis effusio erit, quam ex Filio naturalis Spiritus existentia? Nam & in hominibus, & in omnibus alijs, quæ spiritũ ha-

bent corruptioni obnoxium, vniuscuiusque spiritus a spirante existentiam possidet.

VI. Propterea magnus Basilius [e] in nonnullis suis Theologicis dictis, cum quis Spiritum Dei pronunciat, satis esse, tradit, nomen hoc existentiam illius ex Deo notare. Cum igitur in plerisque Scripturæ locis Spiritus Patris, Spiritus quoque Filij Spiritus sanctus vocitatur, si veluti Spiritus oris Patris existentiam ex eo habere dicitur, habebit vtique & similem ex Filio existentiam, veluti viuens, & essentialis Filij Spiritus, quod & [f] os Patris Filius in diuinis Scripturis asseritur. Et sic iam habes absolutum, ad primam tuam interrogationem, responsum, scriptis testimonijs comprobatum, de ijs ob quæ aduersarij absurdas descriptarum dictionum differentias comminiscuntur.

VII. Quæ porro de *Apparere* dictione, secundo loco in sermone tuo ad nos dato, proponis scribisque, dum asserunt, eamque ad insinuandam existentiam non accipiunt, eos vel maxime magnus refellet Basilius, in eo capite, cuius inscriptio est, *Diuinam Spiritus esse naturam; Spiritus enim cum viuente Verbo in eodem ordine collocatus ad creandum, viuens potestas & diuina natura, ineffabilis*

πνεῦμα ἔχει φθαρτὸν, τὸ ἑκάστου πνεῦμα παρὰ τοῦ ἐκπνέοντος ἔχει τὴν ὕπαρξιν.

ϛʹ. Διὰ τοῦτο ὁ μέγας Βασίλειος ἔν τισι τῶν οἰκείων θεολογιῶν. Ὅταν τις λέγῃ πνεῦμα Θεοῦ, ἀρκεῖν, φησι, καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ δηλῶσαι τὴν ἐκ Θεοῦ. Εἰ γοῦν πολλαχοῦ τῆς γραφῆς πνοὴ μὲν τοῦ πατρὸς, πνοὴ δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται πνεῦμα, ἐὰν ὡς πνοὴ τοῦ στόματος τοῦ πατρὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ ἔχειν ὕπαρξιν λέγοιτο, εἴη ἂν τὴν τοιαύτην, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ὕπαρξιν ἔχειν, ὡς ζῶσα, καὶ οὐσιώδης πνοὴ τοῦ υἱοῦ. Ὅτι καὶ στόμα τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ταῖς θείαις θεολογεῖται γραφαῖς. Ἔχεις ἐντελῶς ἤδη τὴν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ σου ἐρωτήσει ἀπόκρισιν, ἀπὸ γραφικῶν συγκεκροτημένην μαρτυριῶν, ἐφ' οἷς οἱ ἐναντίας τὰς παραλόγους διαφορὰς τῶν ἀναγεγραμμένων λέξεων πλάττονται.

ζʹ. Ἃ δὲ καὶ περὶ τῆς πεφηνέναι λέξεως, κατὰ δεύτερον τὸν πρὸς ἡμᾶς λόγον, λέγειν ἔφης αὐτοὺς, μὴ δὲ αὐτὴν εἰς δήλωσιν ὑπάρξεως ἐκδεχομένους τοῦ πνεύματος, ὁ μέγας ἀπήλεγξε καὶ ταῦτα Βασίλειος, ἐν μὲν ἑνὶ τῶν Κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Ὅτι θεία φύσις τὸ πνεῦμα, λέγων. Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις, καὶ θεία φύσις ἀῤῥη-

του ἐξ ἀῤῥήτου στόματος πεφηνυῖα. Ἐν δὲ τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ τεσσαρακοστοῦ τετάρτου ψαλμοῦ, Ὥσπερ οὖν ὁ δημιουργὸς λόγος ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Ὁ γὰρ, νῦν μὲν ἐκ τοῦ θείου στόματος πεφηνέναι, νῦν δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐκπορεύεσθαι λέγων τὸ πνεῦμα, οὐδεμίαν τῶν τοιούτων λέξεων διαφορὰν συγχωρεῖ ἀναφαίνεσθαι. Καὶ σὺ λοιπὸν τοῖς ῥηθεῖσιν ἅπασι πρὸς ἀπόδειξιν χρῶ, τὸ μηδὲν ἐπισφαλὲς πεπραχέναι τοὺς ἐκ πατρὸς, καὶ υἱοῦ προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν, ἔτι δὲ πεφηνέναι ὁμολογοῦντας, ὅπου γε τὴν μετὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἠσπάσαντο ἕνωσιν, τῇ τῆς ἐκπορεύσεως λέξει διὰ τὸ στενὸν ἴσως τῆς γλώττης αὐτῇ πασῶν χρωμένης τῶν λέξεων.

η΄. Ἐπεὶ δὲ καὶ τρίτην προέθου ἐρώτησιν, εἰ μὴ πλημμελῶς, βλασφήμως δὲ μᾶλλον, ἀμέσως οὗτοι καὶ προσεχῶς εἶναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς διισχυρίζονται, ἔχεις ἀπὸ πασῶν αὐτοὺς ἐπιστομίσαι τῶν ῥήσεων, ὅσαι τὴν δι᾽ υἱοῦ ἐκ πατρὸς τοῦ παναγίου πνεύματος τεθεολογήκασιν ὕπαρξιν. Εἰ γὰρ ἀμέσως, οὐχὶ δι᾽ υἱοῦ, καὶ εἰ δι᾽ υἱοῦ πάντως οὐκ ἀμέσως, ἐπεὶ ταῦτα συνυπάρχειν ἀλλήλοις, ἀδύνατον. Ἀλλ᾽ ἀμέσως μὲν οὐκ ἂν εὕρῃ τις τὸ πνεῦμα ὑπάρχον, ἢ ἐκπορευόμενον ἐκ πατρὸς, κἂν μυρία

lis ex ineffabili ore apparens. Et in expositione Psalmi quadragesimi quarti: *Quemadmodum itaque creans Verbum firmauit cœlum, ita & Spiritus Dei, qui ex Patre procedit, hoc est ex ore illius*. Qui enim nunc ex diuino ore apparere, nunc ex illius ore procedere Spiritum asserit, nullam similium dictionum differentiam vel imaginari quemquam permittit. Tu porro omnibus iam dictis ad demonstrandum vtere, nullo errore sese implicasse eos, qui ex Patre, & ex Filio, promanare, profundi, & exilire, nec non apparere, profitentur, quod cum Romana Ecclesia, quæ dictionem processionis, ob angustiam forte linguæ, præ alijs dictionibus vsurpat, vnionem amplexati sunt.

VIII. Cum vero & tertia tua interrogatione proponas, an aberrent, vel blasphement potius, qui immediate & continenter Spiritum esse ex Patre autumant; eorum omnium ora frenabis dictis omnibus, quæ, per Filium ex Patre, sanctissimi Spiritus existentiam stabiliunt. Etenim, si immediate, non vtique per Filium; &, si per Filium, prorsus non immediate; cum hæc vna simul esse nequeant, sed immediate Spiritum existere, aut ex Patre Spiritum pro-

cedere, licet delassetur diuinas Scripturas inuestigando, nunquam quispiam repererit; per Filium vero in multis & sæpissime. Primus, diuinus ac vere magnus Athanasius, Oratione, cui titulus, *Refutatio simulationis eorum, qui Meletium atque Eusebium sequuntur*, & principium est, *Homo ad imaginem Dei factus est*, scribit: *Haud fieri poterat, in Triadis gloria Spiritum glorificari, ni procederet ex Deo per Filium, sed factus fuisset ex Deo, vt tradunt.* Magnus Basilius, in Capite cuius inscriptio est, *Quare non & Filius Filij Spiritus*, scilicet, *Spiritum ex Deo esse, aperte enunciauit, dicens; Spiritum, qui ex Deo est, accepimus; & per Filium apparere, clare significauit, cum illum Spiritum Filij nuncupauit, vti Dei, & mentem Christi compellans, & Dei Spiritum, vti & hominis.* Gregorius Nyssenus, Oratione ad Ablabium: *Immutabilitatem naturæ confitentes, non imus inficias secundum causam & causatum differentiam. in qua sola discerni aliud ab alio deprehendimus; cum hoc quidem causam credamus esse, illud ex causa, & illius etiam quod ex causa est, rursus aliud discrimen obseruemus: hoc etenim est immediate ex primo, hoc vero per id quod contiguum atque immediatum*

κείμενη παρὰ θεοπνεύστων αὐτῷ γραφῶν, δι' υἱοῦ δὲ καὶ ἐν πολλοῖς, καὶ πολλάκις. Αὐτίκα γὰρ ὁ θεῖος, καὶ μέγας ἀληθῶς Ἀθανάσιος ἐν τῷ λόγῳ, ὃς ἐπιγέγραπται, Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον, καὶ Εὐσέβιον, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἄνθρωπος καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονε, φησίν. Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς τριάδος δόξῃ τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσιν. Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν Κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Διατί μὴ καὶ τὸ πνεῦμα υἱὸς τοῦ υἱοῦ, Τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι, φησί. Τρανῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, καὶ τὸ δι' υἱοῦ πεφηνέναι, σαφὲς πεποίηκεν, υἱοῦ πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ, καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπὼν, καθάπερ καὶ Θεοῦ πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον Λόγῳ, Τὸ ἀπαράλλακτον, φησι, τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον, καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβανόμεθα, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, καὶ τοῦ ἐκ αἰτίας ὄντος, ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Ὁ ἅ-

γιος Κύριλλος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν φησὶν, Ἅγιον δὲ πνεῦμα προσερεῖς, τὸ ἐκ Θεοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τῶν στομάτων ἀναπνοῆς, τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαῖνον ὕπαρξιν. Ὁ ἅγιος Μάξιμος, ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσιωδῶς αὐτὸ δι᾽ υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως λέγει ἐκπορευόμενον. Ὁ θεῖος Ταράσιος ἐν τῇ πρὸς Ἀντιοχεῖς καὶ Ἀλεξανδρεῖς Ἐπιστολῇ αὐτοῦ, Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα, φησὶ, τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ θεὸν εἶναι γνωριζόμενον. Ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ Κεφαλαίων, φησὶ περὶ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς, λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος, Καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ. Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος, δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρὸς ἐστὶ δι᾽ υἱοῦ ἐκπορευομένη, Αὗται δὴ αἱ δι᾽ ὧν ἡ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ὕπαρξις τοῦ πνεύματος δεδήλωται γραφικαὶ ῥήσεις ἐπιστομίζειν ἱκανῶς ἔχουσι τοὺς ἀμέσως, καὶ προσεχῶς ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα εἶναι λέγειν ἀποτολμῶντας.

θʹ. Ἐπεὶ δὲ κἀνταῦθα εἰς διαφόρους οἱ ἐναντίας διαιροῦνται τὰς δόξας. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εἰς τὸ μετ᾽

tum est, *ex primo*. S. Cyrillus secundo ad Hermiam libro, inquit: *Sanctum vero Spiritum dices, qui ex Deo Patre per Filium effunditur naturaliter, veluti, vt exemplo explicem respirationis ex ore humano, propriam nobis existentiam indicans.* Sanctus Maximus [g] eum dicit, *ex Patre essentialiter per Filium, qui genitus, modo, qui verbis exprimi non potest, procedere.* Diuinus Tarassius, sua ad Antiochenos atque Alexandrinos epistola: *Et in Spiritum sanctum*, ait, *qui ex Patre per Filium procedit; eundemque Deum esse agnoscimus.* Damascenus, Theologicorum capite tertio decimo dicit de Patre: *Ipse itaque mens est, Verbi abyssus, Verbi genitor, & per Verbum bis manifestantis Spiritus productor.* & post multa ibidem: *Spiritus sanctus, abscondita Diuinitatis manifestans, facultas Patris ex Patre est per Filiũ procedens.* Et hęc sunt scriptis mandata testimonia, quibus ex Patre per Filium Spiritus existentia satis manifeste patet, & abunde ora coërcentur eorum, qui asseuerare non verentur, Spiritum ex Patre esse immediate & continenter.

IX. Veruntamen & hic aduersarij non eandem sequuntur sententiam, sed dissimili studio longe diuersa pronunciant. Quidam enim illud, *cum Filio*, aut

simul

simul cum Filio, aut *una cum Filio*, quam supra diximus processionẽ per Filium immodica dicendi libertate, &, quidquid animo occurrerit, blaterandi securitatem accipiunt, alij, cum per Filium existentiam conuellere pertinaciter non audeant, ad eam, *quæ ex vtroque*, asseritur, opponuntur. Primos paucis hisce dictis refelles, tum diui Damasceni [h] affirmantis, *per Verbum productor est Spiritus Pater*; quid enim differt, productorem Spiritus per Verbum, & causam per Filium, Patrem dicere? tũ Nysseni, quod ille primo aduersus Eunomium Antirrhetico scribit, in quo secundum rationem causæ Spiritus hypostaseos Filium dicit præintelligi. Etenim si quis dictum alio modo, quam quod causam ex Patre per Filium Spiritus habet, exceperit, nunquam, ad piam catholicamque sententiam illud direxerit. Et, si causatus per Filium ex Patre Spiritus est, quanam ratione admitti queunt, quæ ab ipsis de præpositione *Per* inconsiderate atque inconsulto proferuntur.

X. Illis porro, qui dictum, *per Filium ex Patre*, certant non cohærere cum dicto, *Ex vtroque*, ante alios Magnus Basilius, regio, quod aiunt, cubitu resistet [i] vno ex capitibus ad Amphilochium, cuius principium est,

τοῦ υἱοῦ, ἢ ἅμα τῷ υἱῷ, ἢ σὺν τῷ υἱῷ, καὶ πολλὴν ἄδειαν τοῦ λέγειν ἃ βούλονται, τὴν δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἐκλαμβάνονται, οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν δι' υἱοῦ ὕπαρξιν ἀντιλέγειν αὐθαδῶς οὐκ ἀποτολμῶσι, πρὸς δὲ τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἀντιλέγουσι, τοὺς μὲν προτέρους δι' ὀλίγων τούτων ἐπιστομίζειν ἔχεις τῶν χρήσεων, τῆς τε τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ τῆς, Ὅτι διὰ τοῦ λόγου προβολεύς ἐστι τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ. Τί γὰρ διαφέρει προβολέα τοῦ πνεύματος διὰ τοῦ λόγου, ἢ αἴτιον δι' υἱοῦ τὸν πατέρα εἰπεῖν; καὶ τῆς τοῦ Νύσσης, ἣν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον θεολογεῖ ἀντιρρητικῶν, ἐν ᾗ καὶ τὸν τῆς αἰτίας λόγον τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως τὸν υἱόν, φησι, προεπινοεῖσθαι; Εἰ μὴ γὰρ διὰ τὸ τὴν αἰτίαν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἔχειν τὸ ἅγιον, τὸ ῥητὸν τοῦτο ἐκλήψεταί τις, ἄλλως οὐκ ἔχει εἰς εὐσεβῆ τὴν ἔννοιαν ἀπευθῦναι αὐτό. Εἰ δὲ αἰτιατὸν διὰ υἱοῦ ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐστι, ποίαν ἕξουσι χώραν τὰ περὶ τῆς διὰ, παρ' αὐτῶν παραλόγως λεγόμενα;

ι. Τοὺς δὲ τὸ δι' υἱοῦ λεγόμενον ἐκ πατρὸς ἀσυμβίβαστον εἶναι πρὸς τὸ ἐξ ἀμφοῖν λέγοντας, προηγουμένως μὲν βασιλικῷ τῷ πήχει ὁ μέγας Βασίλειος ἀντιπαλαμήσεται, ἐν ἑνὶ τῶν πρὸς τὸν μακάριον

Ἀμφιλόχιον Κεφαλαίων, οὗ ἡ ἀρχή, Τὰ μὲν δὴ ἐκείνων τοιαῦτα, ἡμεῖς δὲ δείξομεν ὃ προεθέμεθα, οὕτω λέγων σαφῶς. Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς θεολογίας αἱ χρήσεις τῶν φωνῶν ἐπαλλάττονται, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται. Ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ. οἷον, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, φησὶν ὁ Ἀδάμ, ἴσον λέγων τό, ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑτέρωθι, ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος Κυρίου. καὶ πάλιν, οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν, ὁ Ἰωσὴφ τοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος. σαφῶς γὰρ καὶ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ, ἐκ Θεοῦ εἰπεῖν, διὰ τοῦ Θεοῦ εἴρηκε. Καὶ ἀνάπαλιν, τῇ δὲ ἐκ προθέσει ἀντὶ τῆς δι' ὑιοῦ κέχρηται. ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, γενόμενος ἐκ γυναικός. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἑτέρωθι σαφῶς διεστείλατο, τῇ γυναικὶ μὲν προσήκειν, λέγων, τὸ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς γεγενῆσθαι, ἀνδρὶ δὲ, τὸ διὰ γυναικὸς ἐν οἷς, φησιν, ὅτι ὥσπερ ἡ γυνὴ ἐξ ἀνδρὸς, οὕτως ἀνὴρ διὰ γυναικός. Ἀλλ' ὅμως ἐνταῦθα ὁμοῦ μὲν τὸ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως ἐνδεικνύμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ σφάλμα τινῶν ἐν παραδρομῇ διορθούμενος, τῶν οἰομένων πνευματικὸν εἶναι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος ἡ θεοφόρος σὰρξ συνεπάγη, τὴν

est, *Eorum porro dicta hæc sunt, nos vero quod proposuimus;* hisce verbis aperte intonans: *Neque enim solum, cum de Deo sit sermo, harum vocum vsus variat, verum etiam ea, quæ ab his significantur, sæpenumero inuertuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti, Possedi hominem per Deum, inquit Adam, idem dicens, quasi dixisset, ex Deo. Et alibi: Quæ præcepit Moyses Israëli per mandatum Domini. Et rursus: Nonne per Deum horum manifestatio est? Ita Ioseph, loquens de insomnijs apud eos qui erant in carcere: palam est & hunc pro eo, quod erat, ex Deo, dixisse, per Deum, & contra, hac particula, Ex quo, vsurpatur pro, Per quem, velut cum ait Paulus, factus ex muliere, pro eo, quod erat per mulierẽ. nam is nobis alibi perspicue distinxit, quum ait, fœminæ conuenire ex viro natam esse, viro autẽ per fœminam, in his, quæ sic scribit: Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem. Quamquam hic Apostolus, simul ostendens diuersum harum vocum vsum, simul obiter corrigens quorundam errorem, existimantium, Domini corpus esse, spirituale, vt ostenderet carnem, Dei gestatricem, ex humana massa concretam fuisse, maluit vti verbo significantiore. Nam hæ dictiones,*

Per

Per mulierem, transitorium generationis intellectum erant significatura: at hæ, ex muliere, sufficienter declarant communionem naturæ genitæ cum ea quæ genuit: non quod secum pugnet Apostolus, sed vt ostendat, has voces facile sibi vicissim cedere. Postmodum & magnus eos Cyrillus deuincet, tum in primo ad Palladium apertissime scribens: *Mutabilis vero nullo modo Spiritus est, quod si mutationi obnoxius est, ad ipsam diuinam naturã vituperatio recurret, si est Dei & Patris, præterea & Filij essentialiter ex ambobus, ex Patre scilicet per Filium effusus Spiritus*: tum expositione in Ioannem, hunc in modum explanans: *Quod si existimant, illud, quod dicitur de illo, per Filium, posse illius substantiam ab æqualitate & naturali similitudine, quam cum Patre habet, deijcere, quasi Filius administer sit potius quam creator; considerent mente capti isti, & in medium nostri prodeant, responsuri, quid tandem & de ipso Patre deprehendemus, & quem eum esse excogitabimus, cum in sese recipiat illud, per eum, in diuinis literis; Fidelis enim, ait, Deus, per quem vocati estis in consortium Filij eius; & Paulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & rursus ad*

ἐμφαντικωτέραν φωνὴν προστάμενοι. Τὸ μὲν γὰρ διὰ τῆς γυναικὸς παροδικὴν ἔμελλε τὴν ἔννοιαν τῆς γεννήσεως ὑπεμφαίνειν, τὸ δὲ ἐκ τῆς γυναικὸς ἱκανῶς παραδηλοῦν τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τοῦ τικτομένου πρὸς τὴν γεννήσασαν· οὐχ ἑαυτῷ που μαχόμενος, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι ῥαδίως ἀλλήλαις ἀντιπαραχωρίζουσιν αἱ φωναί. Ἐφεξῆς δὲ καὶ ὁ μέγας αὐτοὺς καταγωνίζεται Κύριλλος, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Παλλάδιον, οὕτω καθαρῶς λέγων, Τρεπτὸν δ' ἥκιστα τὸ πνεῦμα ἐστὶν, ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. Ἐν δὲ τῇ Ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, οὕτω διασαφῶν, Εἰ δὲ νομίζουσι δύνασθαι τὸ δι' υἱοῦ, λεγόμενον ἐφ' υἱῷ, καταφέρειν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητός τε καὶ φυσικῆς ὁμοιότητος, ὡς ὑπουργὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ δημιουργὸν διασκεπτέσθωσαν οἱ παράφρονες, καὶ εἰς μέσον ἡμῖν ἡκόντων ἀπολογησόμενοι, τί ποτε ἄρα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐννοήσομεν, τίνα δὲ εἶναι καὶ αὐτὸν ὑποληψόμεθα, ὅταν φαίνηται δεχόμενος τὸ δι' οὗ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ; Πιστὸς γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ, Παῦλος Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ πάλιν πρός τινας

quos-

ὁ Παῦλος ἐπιστέλλει, ὥστε οὐκ ἔτι δοῦλος, ἀλλὰ υἱός, εἰ δὲ υἱὸς καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ, ταῦτα δὴ σύμπαντα τὴν ἀναφορὰν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἔχει πρόσωπον. Καὶ οὐ δήπου πρὸς τοῦτο μανίας ἐλάσειέ τις, εἰ μὴ τύχοι τοῖς προειρημένοις τὰ ἴσα φρονῶν, ὡς τὸ τῆς ὑπουργίας ὄνομά τε, καὶ πρᾶγμα, καὶ αὐτοῖς κατηγορεῖσθαι τῆς τοῦ πατρὸς δόξης ἀλόγως εἰπεῖν, ἐπείπερ ἠνέχθη καὶ ἐπ' αὐτοῦ, τὸ, δι' οὗ. ἀδιαφορεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε περὶ τὰς λέξεις ἡ θεία γραφή, μηδὲν ἀδικοῦσα τὸ ὑποκείμενον, καταχρηστικώτερον δέ πως ἐπιφέρουσα τοῖς σημαινομένοις ποτὲ ῥήματα, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν οἴονται καταδηλοῦσθαι καλῶς. Ἐν ταύταις δὴ ταῖς ῥήσεσι, καὶ οἱ τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ὕπαρξιν ἀσυμβίβαστον πρὸς τὴν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι διενιστάμενοι καταγωνισθήσονται. Τούτου δὲ δοθέντος, ὁμολογηθήσεται, καὶ πάνθ' ὅσα τὸ πνεῦμα ἐξ υἱοῦ ἔχει, διὰ τὸ δι' υἱοῦ ἔχειν αὐτά, λέγεσθαι ταῦτα ἔχειν ἐκ τοῦ υἱοῦ. τὸ γὰρ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ἀναβλύζον, οὐχ ὡς ἐξ ἰδίας παρὰ τὸν πατέρα πηγῆς ἀναβλύζον ἐστίν, ἀλλ' ὅτι ἐκ πατρὸς ἀναβλύζει δι' υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ λέγεται ἀναβλύζειν, καὶ δι' υἱοῦ προχεόμενον, λέγεται προχεῖσθαι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ δι' υἱοῦ προερχόμενον, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προέρχεσθαι λέγεται. Καὶ οὐ μόνον ἐπὶ ταῖς λέξεσι ταύταις ταῖς δηλούσαις φυσικῶς, καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτὸ δι' υἱοῦ ἐκ πατρός. πάντα λέγεται εἶναι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὅσα ἐστι

quosdam Paulus scribit: Itaque iam non est seruus, sed Filius; quod si Filius, & hæres per Deum. Hæc enim omnia ad personam Patris referuntur. Et plane haud sanum sinciput illius fuerit, qui prædictis æquum assensum non præbeat, ministerij nomen & rem, ipsi Patris gloriæ consentanee attribuens; quando quidem de eo, Per eum, dictio prædicatur. Nanque plerumque diuina Scriptura indifferenter dictiones vsurpat, rem subiectam non lædens, & in rebus exponendis, nominibus abutitur, quibus probe se eas indicare putet. Dictis similibus, qui *ex Patre per Filium* existentiam, cum ea, quæ est *ex vtroque* non cohærere, contendunt, refelluntur. Et hoc concesso fatendum est, quæcunque Spiritus ex Filio habet, quod ea per Filium habeat, ea ex Filio habere, probe dici. Spiritus enim ex Filio emanans, non tanquam ex proprio, ac diuerso a Patre fonte emanat, sed, quod ex Patre per Filium emanat, ideo ex Filio emanare; &, quod per Filium effunditur, ex Filio dicitur effundi. Nec tantummodo in dictionibus illis omnibus, quæ significant naturalem atque essentialem illius per Filium ex Patre existētiam, dicitur esse & ex Filio, quod per

Filium est, sed etiam ex Filio exhiberi, & mitti, quod ex Patre per Filium mitti & exhiberi dicitur.

XI. Præterea, qui ex Patre Spiritum immediate esse enunciant, his iisdem scripto mandatis testimonijs reijcientur. Thaumaturgo siquidem Gregorio decernente, [k] *Domini Patrem esse principium ab æterno eum generantem, & Dominum Spiritus Prototypum*; quomodo intelligetur ergo, Spiritus Dominum Prototypum, si Spiritus immediate, quemadmodum Filius, ex Patre est? siue, quomodo intelligetur, Filium imaginem esse Patris, & Spiritum imaginem Filij? siue, quomodo intelligetur, Patrem Filio præintelligi tanquam causam, & Filium secundum eandem causæ rationem hypostasi Spiritus? siue, quomodo intelligetur, Patrem maiorem esse Filio, & Filium Spiritu sancto? siue, quomodo intelligetur, Spiritum per Filium coniungi Patri? & quæ præterea S. Athanasius, ad Serapionem Epistola de Spiritu sancto, dictauit; probans, *eandem unionem habere Spiritum erga Filium, quam ipse habet ad Patrem, quod Filius a Patre, Spiritus vero a Filio mittatur; & Pater quidem a Filio, Filius vero a Spiritu glorificetur,*

διὰ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐξ υἱοῦ χορηγούμενον, καὶ πεμπόμενον, διὰ τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ πέμπεσθαι, καὶ χορηγεῖσθαι λέγεται, ταῦτα.

ιά. Ἔτι δὲ οἱ ἀμέσως ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα λέγοντες εἶναι, καὶ ἐκ τῶν γραφικῶν τούτων ἀπελεγχθήσονται ῥήσεων. Τοῦ γὰρ θαυματουργοῦ πατρὸς Γρηγορίου ἀριδήλως θεολογοῦντος, ὅτι τοῦ Κυρίου ὁ πατὴρ ἀρχὴ, ἀϊδίως αὐτὸν γεννήσας, καὶ πρωτότυπος τοῦ πνεύματος ὁ Κύριος, πῶς νοηθήσεται τὸ πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ Κυρίου πρωτότυπον εἰ καὶ τὸ πνεῦμα ἀμέσως ὡς ὁ υἱὸς ἐκ πατρὸς; ἢ πῶς νοηθήσεται, ὁ μὲν υἱὸς εἰκὼν τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ πνεῦμα εἰκὼν τοῦ υἱοῦ; ἢ πῶς νοηθήσεται, ὁ μὲν πατὴρ προεπινοούμενος τοῦ υἱοῦ κατ' αἰτίαν, ὁ δὲ υἱὸς κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προεπινοούμενος τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως; ἢ πῶς νοηθήσεται, ὁ μὲν πατὴρ μείζων τοῦ υἱοῦ, ὁ δὲ υἱὸς μείζων τοῦ πνεύματος; ἢ πῶς νοηθήσεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ συναπτόμενον τῷ πατρί; ἀλλὰ καὶ ἅπερ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγει Ἐπιστολῇ, κατασκευάζων, ταύτην ἔχειν ἑνότητα τὸ πνεῦμα, πρὸς τὸν υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, διότι τὸν μὲν υἱὸν παρὰ πατρὸς, τὸ δὲ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ ἀποστέλλεσθαι, καὶ τὸν μὲν πατέρα παρὰ τοῦ υἱοῦ, τὸν δὲ υἱὸν παρὰ τοῦ πνεύ-

μέσος δοξάζεται. ἐν οἷς καὶ πάνυ καθαρῶς λέγει, Τοιαύτην τάξιν, καὶ φύσιν ἔχειν τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν, οἵαν ὁ υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, μεγάλην καὶ ἔτι μικρὰν παρέξει σοι τὴν συνέργησιν πρὸς τὸν ἔλεγχον τῶν ἀμέσως ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα ἀπὸ κοιλίας ἐρευγομένων, καὶ τὰς γραφὰς μὴ διερευνώντων. Τοίνυν καὶ σὺ μὲν τὸ δι' υἱοῦ ὑπάρχον ἐκ τοῦ πατρὸς ἅγιον πνεῦμα μετὰ πολλοῦ τοῦ θάῤῥους, καὶ καθαρᾶς τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος, καὶ ἐξ υἱοῦ λέγειν μὴ ὑποστέλλου. Ἡμεῖς δὲ ταῖς ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἐρωτήσεσιν ἀποκρίσεις ἀπὸ τῶν θείων, ὡς ἤδη εἶδες, γραφῶν συγκεκροτημένας προσενηνοχότες, ἔτι σοι ἕτερον μετὰ τὸ εἰς τὴν λαχοῦσάν σε ἀπελθεῖν, λόγου, καὶ ἐρωτήσεως ἄξιον, καὶ τούτου τὴν λύσιν δι' ἑτέρου λόγου ποιήσασθαί σοι ἐπαγγελλόμεθα,

cetur. Quibus satis aperte decernit, eundem ordinem & naturam habere Spiritum erga Filium, quam Filius habet erga Patrem. Hæc magnas tibi atque ingentes suppetias ferent ad eos refellendos, qui immediate ex Patre Spiritum esse, ex ventre eructant, nec intelligendis Scripturis studium collocant. Quare, tu, per Filium existere Spiritum sanctum, multa cum confidentia & pura in Deum spe, & ex Filio, fateri ne reformides. Nos porro ad tres tuas interrogationes diuinis Scripturis, vt iam vidisti, constabilitis responsionibus adductis, si quid aliud, postquam in vrbem tibi sorte concessam accesseris, ab ijs, qui sese opponunt, propositum fuerit, consideratione & interrogatione dignum, illius quoque solutionem sermone alio tibi nos exhibituros spondemus.

NOTÆ.

a Huius Orationis principium est: *Heri, o Christi amatores, sacri, & adorandi Spiritus celebrabatur aduentus*.

b Aduerte, Spiritum Sanctum promanare etiam ex Filio.

c Eundem Spiritum sanctum, vnum ex Triade, Triadem ipsam complere, & ex Filio promanare, effundi, & exilire, dici, diuiniloquus Gregorius, Oratione de Spiritu sancto, comprobabit, diserte hæc scribens: *Ego vero totus cohorresco, abundantiam appellationum considerans; quæ cum tot sint tantæque, nihilominus Spiritum oppugnantes inuerecunde sese gerere præsumunt. Spiritus Dei dicitur, Spiritus Christi, mens Christi, Spiritus Domini, ex se ipse Dominus, Spiritus adoptionis, veritatis, liber-*

P 3 *tatis*

tatis, Spiritus sapientiæ, prudentiæ, consilij, fortitudinis, intelligentiæ, pietatis, timoris Dei: facit enim omnia creatque, vniuersa essentia complens, & omnia continens, & essentia quæ mundana sunt, omnia implens. Et post pauca: *Quæcunque vero his humilius enunciantur, dari scilicet, mitti, distribui, donum etiam, munus, inflatus, pollicitatio, intercessio, &, si quid aliud huiusmodi, ne singula recenseam, ad primam causam referenda sunt, vt, ex quo sit, ostendatur, & non tria principia diuisa, proindeque Deos introducentia, admittantur; æqualem enim impietatem inferunt, siue cum Sabellio personas connectant, siue cum Ario naturæ diuidantur.* Hac ratione & nomina, Spiritus naturam indicantia, & differentia donorum, diligente enumeratione comprobantur, cum ex Filio emanare & profundi & exilire Spiritus dicitur, illum ipsum esse Spiritum sanctum, vnum ex Triade, & qui Triadem complet.

d In expositione Euangelij Ioannis, ad illa: *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.*

e In quarta scilicet aduersus Eunomium Oratione.

f Filium os Patris esse, reperies in Oratione dogmatica Theodori Presbyteri Raytheni, cuius principium: *Absurdum existimo, & probe me id existimare duco.* Scito porro, Orationem, in qua dictum simile continetur, in nonnullis voluminibus diuo Anastasio ascribi.

g Reperies id in expositione verborum, Quid apud Zachariam significet aureum candelabrum, & super eo lucerna & luminaria.

h Est hoc in tertio decimo capite theologico.


i In quinto capite.

k Prototypum Spiritus Dominum Thaumaturgus Gregorius nuncupauit, Oratione, cuius illud est principium: *Inimicissimi & alieni ab Apostolica confessione sunt.* *Imaginem* vero *Filij Spiritum*, inter alios & diuus Cyrillus, in libro Thesaurorum; &, *Filium secundum causæ rationem Spiritu præintelligi*, Gregorius Nyssenus in primo aduersus Eunomium Antirrhetico; &, *maiorem Spiritu*, magnus Athanasius aduersus Arianos Oratione prima; &, *Spiritum per Filium adiungi Patri*, Damascenus in Theologicis, cap. xiv.

EIVS-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Τῶν πρὸς τὸν Σουγδαίας Θεόδωρον, τὸ δεύτερον.



α. Σὺ μὲν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, τὰς διαφόρους τῶν ἀντιδιατιθεμένων σοι ἀντιῤῥήσεις, καὶ ἃς πῇ μὲν ἐπὶ διαβολαῖς τῶν γραφῶν, πῇ δὲ ἐπὶ ἀλλοκότοις ἤτοι παρεξηγήσεσι λέγουσι, δι᾽ ἐγγράφου ἡμῖν ἐγνώρισας ὑπομνήσεως. Ἡμεῖς δέ σοι ἀφοσιούμενοι τὸ ἐπάγγελμα, τὰς ὧν αὐτοί φασι πάντων ἀνασκευὰς, διὰ γραφικῶν συγκεκροτημένας παρέχομεν τῶν μαρτυριῶν, ὡς ἄν σοι ἐντεῦθεν καὶ γένοιτο, τὰ παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων ἀναισχύντως πλέον, ἢ ἀνοήτως λεγόμενα, εὐσθενῶς ἀπελέγχειν. Καὶ ἄκουε δή.

β΄. Αὐτίκα πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ κεφάλαιον τῆς ἀναφορᾶς πρῶτον σοι γέγονεν, ἣν αὐτοὶ ποιοῦνται διαβολὴν, ἐφ᾽ οἷς ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος, ἐν τῷ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤῥητικῶν τρίτῳ θεολογεῖ, ἡ τοιαύτη θεολογία τοῦ λόγου, ὡς ἐπὶ λέξεων ὅλην ἔχουσα, προαναπτύχθω μοι, ὡς ἂν τῶν εἰς ἀνασκευὴν τῆς διαβολῆς ἐχομένως ῥηθέντων μοι, τὰ ἐφεξῆς τὴν οἰκείαν ἔχῃ κατὰ τά-

EIVSDEM

Ad Sugdaea Episcopum Theodorum.

LIB. II.

I. TV quidem, frater dilectissime, varias ab aduersarijs nostris obiectiones, tum Scripturas calumniantibus, tum absurdis & temere excogitatis interpretationibus rem interturbantibus, tibi propositas, datis literis ad nostri memoriam adnotasti. Nos vero quo obstricti sumus, promissum soluentes, quæ ipsi in medium afferunt, omnium refutationes scripto traditis testimonijs firmatas exhibemus, vt tibi promptum sit, dicta inuerecunde magis, quam insulse proposita, robuste valideque refellere. Et attento sis animo.

II. Ante omnia, cum caput tuæ ad nos relationis primum fuerit, eorundem criminatio de ijs, quæ magnus in rebus diuinis apprehendendis exponendisque Basilius tertio aduersus Eunomium Antirrhetico tradit, ille de rebus theologicis discursus vniuersus, vti sese habet, eiusdem verbis ante alia digerendus est, vt, quæ apta sunt ad retundendam criminationem, postea propositis, reliqua suo ordine propriam responsionem

sionem consequantur. Discursus autem, illius verbis, non alijs, digeretur: *Quæ enim necessitas est, si dignitate & ordine tertius est Spiritus, tertium & illum esse natura? Nanque dignitate posteriorem esse Filio, tanquam qui ab eo, quod sit, habet, & ab eo accipit, & nobis communicat, & prorsus illi causa adhæret, nobis pietatis sermo tradit: natura vero tertia vti, neque a diuinis Scripturis edocti sumus, neq; ex iam dictis consequẽter colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo est, & dignitate, quoniam origo, atque causa quod ille sit, Pater est, & quod per ipsum accessus, & adductio ad Deum Patrem; natura vero nullo modo secundus, quod in vtroque vna Deitas est: ita videlicet & Spiritus sanctus, etsi dignitate & ordine secundus a Filio est, non tamen verisimiliter, alienæ esse naturæ inde consequi dixerimus.* Et hoc magni Basilij de Spiritu sancto theologicum dictum, vt primo relationis tuæ capite continetur, inter te & sese tibi opponentes certamen exsuscitat, dum tu contendis, libros, qui dictum iam propositum integrum, nec aliqua sui parte imminutum, vt supra digestum est, continent, firmi-

ξιν τὴν ἀπολογίαν. Ἔχει δὲ ἡ θεολογία ἐπὶ λέξεων οὕτω. Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι, καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει. ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. Φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ, καὶ αἰτία τοῦ εἶναι αὐτοῦ ὁ πατὴρ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος, καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, φύσει δὲ οὐκ ἔτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία, οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει, καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἔτ' ἂν εἰκότως, ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἴποιμεν. Αὕτη τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου θεολογικῶν περὶ πνεύματος ἔστι περικοπὴ, ὡς τὸ πρῶτον ἐδήλου σοι τῆς ἀναφορᾶς, μέγαν μεταξύ σου καὶ τῶν ἀντιδιατιθεμένων ἵστησι τὸν ἀγῶνα. σοῦ μὲν διενισταμένου, ἢ μὴν τὰς ἐντελῶς, ὡς ἐνταῦθα καὶ ἀναγέγραπται, ταύτην ἐχούσας βίβλους, τὸ βέβαιον αὐχεῖν, καὶ ἀπαρεγχείρητον. τῶν δέ γε ἐξ ἐναντίας πολλὰ διισχυριζομένων ἐπὶ-

tatem

ἔνθεν, τὰς μὲν οὕτως ἐχούσας, ἀκριβῶς νενοθεῦσθαι, ἐφ' οἷς αὐτὸ τὸ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον διαλαμβάνουσι, τὰς δὲ μὴ οὕτως ἐχούσας, ὧν ταῦτα δηλαδὴ διαγέγραπται, καὶ μάλα τὸ ἀληθὲς ἔχειν, καὶ ἀκραιφνές. καὶ ὅτι μὲν εἰς δύο οὕτω μέρη γινομένων τῶν βίβλων, ἓν ὁποιονοῦν τι νενόθευται, δηλονότι καὶ τυφλῷ.

γ'. Ἐπεὶ δὲ σκέμματος ἀκριβοῦς τῆς ἀληθείας πρὸς εὕρεσιν, καὶ λόγου πιστικοῦ χρεία, τὸν πιστικὸν τοῦτον λόγον ἡμεῖς δυσὶ τούτοις τρόποις, καὶ ὡς ἐγῷμαι ἀναντιρρήτοις, εὑρίσκομεν, ἑνὶ μὲν κατὰ κρίσιν εὑρισκομένῳ τῇ ἀπὸ λογισμῶν, ἑτέρῳ δὲ κατ' ἀπόδειξιν συναγομένῳ τῇ ἀπὸ τῶν γραφῶν, περὶ ὧν δή σοι καὶ λέγομεν, καὶ οὓς δή σοι πρὸς ἀποτροπὴν τῶν ἐναντίων προχειρίζομεν. προηγείσθω δὲ ὁ ἀπὸ λογισμῶν. τοῦ μεγάλου Βασιλείου, οἱ ἀντιδικοῦντες, φασὶν, οὐκ ἔστι τὸ παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχειν, καὶ ὅσαι ἄλλαι τὸν υἱὸν λέξεις αἴτιον περιφανῶς δηλοῦσι τοῦ πνεύματος, καὶ τίς ἡ ἀπόδειξις ἐρωτώμενοι, τὸ μὴ πάσαις, φασὶ, ταῖς βίβλοις ταύταις ἐμφέρεσθαι, αἷς ὁ τὴν ῥηθεῖσαν θεολογίαν περιέχων λόγος κεκαλλιγράφηται. καὶ τοῦτο μόνον ἀρκοῦσαν εἶναι ἀπόδειξιν οἴονται, τοῦ

tatem sibi vendicare, nec vlli calumniæ subijci: illi vero ex aduerso alia atque alia, etiam longe aliunde petita, contentiose producant, libros, qui similia continent, falsidicis fallacijs prorsus onustos esse, in ijs nempe quæ asserunt, *Tanquam qui ab eo, quod sit, habet, & ab eo accipit, & nobis anũciat, & prorsus illi causæ adhæret*; qui vero similia non habent, & ex quibus talia abiudicantur, verissimos ac sincerissimos esse: & duas sic in partes libris diuisis, vnam prorsus adulteratam esse, vel cœcus viderit.

III. Cum vero & accuratæ considerationis, & sermonis, qui fidem faciat ad inueniendam veritatem, opus sit, nos sermonem hunc, qui fit, duobus hisce modis, & vt ego reor, quibus nemo contradixerit, altero secundum iudicium, quod a rationibus petitur, altero secundum demonstrationem, qui ex Scripturis colligitur, expediemus. Et nunc in tui gratiam de ijsdem agimus, eosdemque ad confutationem aduersariorum promimus; præcatque qui a ratiocinationibus est. Qui contraria afferunt, illud, *quod ab ipso, quod sit, habet*, & reliquas alias voces, quæ Filium causam esse Spiritus, aperte insinuant, Basilij Magni nullo modo esse, affirmant. Huius ratio

si pe-

si postuletur ab ijs; non illa omnibus in libris circumferri, in quibus hæc continens Oratio exarata est, & hoc solummodo abunde satis esse existimant ad demonstrandum, dictum simile referentes libros, vt supra positum est, corruptos fuisse: contra ipse contendo, si nullo in volumine dictum hoc esset exaratum, esse, quæ de eo afferri possent, omni obiectione superiora. Verumtamen cum in nonnullis non habeatur, in nonnullis alijs inseratur; considerandum est ab ijs, qui neutram in partem propendent, & recta mente res dijudicant, quænam pars voluminum corrupta sit; an ea inquibus integrum, vt supra posuimus, adscribitur, an vero altera in quibus nusquam apparet. Qui enim hac ratione rem perpendunt, plane mihi suadeo, summæ vesaniæ notam incurrere, si volumina, dictum præferentia, conficta existiment. Nanque si post dissidium cum Romana Ecclesia, volumina ista exscripta sunt, quomodo quispiam, dummodo sanus sit, & animus illius non sit a sapientia remotus, admittet, tempore, quo inter Ecclesias inimicitiæ exercentur, nostrorum librorum exscriptores omisisse aut apposuisse aliquid nostris volumi-

διεφθορέτος τὴν τὴν ῥῆσιν ἐχουσῶν, ὡς καὶ αἰτιῶνται. Ἐγὼ δέ φημι. ὡς εἰ μὲν οὐδ' ὅλως ἐν οὐδεμιᾷ τῶν βίβλων ἡ ῥῆσις ἐνεφέρετο αὕτη, ἦσαν ἂν καὶ πάσης ἀντιῤῥήσεως ἀνώτερα τὰ περὶ αὐτῆς, ἐπεὶ δὲ ταῖς μὲν διαγέγραπται, ταῖς δὲ τῶν βίβλων ἐμφέρεται, σκοπεῖν δεῖ τοὺς ἀῤῥεπεῖς τε, καὶ εὐθυγνώμονας, ὁποῖον μέρος τῶν βίβλων νενόθευται, ἆρά γε τὸ παρ' αἷς ἡ ῥῆσις ἐντελῶς οὕτω κεῖται, ὡς καὶ εἴρηται, ἢ τὸ παρ' αἷς ἐστὶν ἡ ἀφαίρεσις. Τοῖς γὰρ οὕτω γε διασκοπουμένοις διαγνωσθῆναι πέπεισμαι ἀκριβῶς, πολλῆς τὸ ἠλιθιότητος γέμειν τοῦ, οἴεσθαι τὰς τὸ ἐντελὲς ἐχούσας βίβλους, πεπλάσθαι. εἰ μὲν γὰρ μετὰ τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας διάστασιν αἱ βίβλοι ἐγράφησαν αὗται, πῶς ἄν τις νοῦ, καὶ φρενῶν κύριος δέξαιτο τοὺς ἐν καιρῷ τῷ μεταξὺ τῶν Ἐκκλησιῶν μάχης τοὺς παρ' ἡμῖν γράφοντας βίβλους παρεγγράφειν, ἢ παρεντίθεσθαί τι ταῖς βίβλοις ἡμῶν, τοῖς ἀντιδίκοις τὴν καθ' ἡμῶν ἰσχὺν παρεχόμενον. εἰ δὲ πρὸ τῆς διαστάσεως τίνα ἂν ἔχοι λόγον τὰς βίβλους νοθεύεσθαι ἐπ' ἐκείνοις τοῖς λόγοις, καὶ δόγμασι, περὶ ὧν οὐδὲν ζήτημα ἦν. δι' ὁποῖον τί ἐστιν ὅτε καὶ παραφέρονταί τινες πρὸς κακουργίαν τοιάνδε. Οὔτε γοῦν ὁ τῆς μάχης χρόνος, οὔτε ὁ τῆς εἰρήνης συγχωρεῖ παραδέξασθαι, τὰς τὴν ῥῆσιν ἐντελῶς ἐχού-

σαις βίβλοις, εἰς παραθήκην νοθεῦσαι παρέγγραπτον, τὰς δὲ μὴ οὕτω καὶ μάλα βεβαίως ὁ συνετὸς διαγνώσεται τὸ κατ' ἀφαίρεσιν, ἢ διαγραφὴν νενοθευμένον ἔχειν, καὶ κίβδηλον. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τῆς διαστάσεως χρόνος εἰς ἑκατοντάδας ὅλας ἐτῶν παρετάθη, καὶ οὐκ ὀλίγοι ἀνεφάνησαν διὰ μέσου ἐνστατικῶς πάνυ πρὸς λογικὰς διαλέξεις κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀποδυσάμενοι, τῶν μάλα εἰκότων λογιεῖταί τις βίβλων, τινῶν διαγραφῆναι ῥῆσιν ἐκείνην, ἐξ ἧς οὐκ ἀγεννὴς ὁ ἔλεγχος ἀναφαίνεται τῶν τὴν διάστασιν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπισπευδόντων ὥσπερ καὶ ἐπισυγκροτούντων. Διὰ γοῦν ταῦτα, ἐμοί πως δοκεῖ τὸν ταῖς βίβλοις ἐπιγραφόμενον τὴν παραφθορὰν, αἷς ἁπλῶς ἡ ῥῆσις κεῖται, ὡς προαναπέφανται, κοιναῖς ἄντικρυς ἐννοίαις μαχόμενον φαίνεσθαι, ὡς τὸν στρεφόμενον τὸν ἥλιον διαβεβαιοῦσθαι, σκότους εἶναι ποιητικὸν, τὰ ὑπὲρ γῆν διϊππεύοντα, καὶ πληροῦν πάλιν φωτὸς τὰ ἡμέτερα, ἐν τῷ τὸν δυτικὸν ὑποτρέχειν ὁρίζοντα. Καὶ λόγος μοι πρῶτος οὗτος, οὗπερ ἑνὸς ἔφημεν πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ἐναντίων παραδοῦναι σοι

luminibus, quod robur aduersarijs nostris aduersum nos conciliasset. Si ante dissidium, quæ causa fuerit libros adulterandi in sermonibus ijs atque dogmatibus, de quibus nulla quæstio mota erat, propter quam aliquando ad similia maleficia nonnemo adigitur? Neque itaque pugnæ tempus neque pacis permittit, vt admittamus volumina, dictum integrum continentia, additione inserta, adulterata fuisse; at illa, quæ non continent, prudens quilibet & quam certissime spurium in se habere & ementitum agnoscet. Etenim, cum dissidij tempus ad annorum centenas periodos, easque integras, extensum fuisset, & interim non pauci contentiose admodum dialecticis disputationibus Romanos adorirentur, verosimillimum quispiam existimauerit, dictum illud, aliquibus voluminibus ademptum fuisse, quo valida satis refutatio eorum enascitur, qui Ecclesiarum dissidium studiose procurant, & constabilire conantur. Quapropter reor, qui voluminibus dictum referentibus, corruptionem adscribit, in quibus integra sententia legitur, vt supra adnotauimus, palam aperteq; communibus notionibus aduersari, quemadmodum qui solem tenebrarum esse autorem, confirmare nititur, cum super terrena equitat, & nostra hæc omnia lumine complere, cum occiduum finientem subit. Et hæc prima ratio fuerit ad aduersarios refellendos, vnius ex

illis modis; quos tibi tradendos esse diximus. Etenim, qui ratione dijudicare poterit absque vlla hæsitatione asseueranter nimis dicta hæc nostra decernet.

IV. Nunc reliquum est, & demonstrationem, quæ ex Scripturis elicitur, & est secundus iam commemoratus a nobis modus, in medium afferre. Nam magnus Basilius, dignitate secundum Filio Spiritum, cum excepisset, pietatis traditionem appellare non veritus, probatione indiguit, per quam vera sententia appareret, pietatis traditionem secundas has partes nuncupauerat. Et, cum sciret, Spiritum neque ratione temporis secundum dignitate esse a Filio, neque imminutione aliqua gloriæ, peræqua enim est in vtroque diuinitas, neque vlla alia ratione, qua respectu alterius secundas partes obtinentia primas obtinentibus submittuntur, & vnum tantummodo pietatis terminum cognosceret, quo Spiritus a Filio secundus est, qui erat, quod ex eo haberet, quod esset, propterea que esset ex ipso, hunc in modum effatus est: *Dignitate enim secundum esse a Filio, tanquam qui ab eo, quod sit, habet, ab eo accipit, & annunciat nobis, & omnino illi causæ adhæret, pietatis tradit sermo: sed tertia uti natura, neque a sacris Scripturis*

τρόπου. ὁ γὰρ λογισμῷ κρίνειν δυνάμενος, δισταγμοῦ παντὸς δίχα πεποιθότως πάνυ τὰ εἰρημένα ἐπικρινεῖ.

δʹ. Λοιπὸν δὲ ἡμῖν ἀπάρτι ἐστὶ καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν γραφῶν συναγομένην ἀπόδειξιν, δεύτερον τρόπον ἐπιμνησθῆναι. Ὁ γὰρ μέγας Βασίλειος ἀξιώματι δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα δεξάμενος, καὶ παράδοσιν εὐσεβείας τὸ τοιοῦτον δευτερεῖον εἰπεῖν οὐχ ὑποστελλόμενος, κατασκευῆς ἐδεήθη, δι' ἧς ἂν ἀληθὴς ὁ λόγος ἀναφανείη, ὁ παράδοσιν εὐσεβείας ἀποκαλῶν τὸ πρὸς τὸν υἱὸν δευτερεῖον τοῦ πνεύματος. καὶ ἐπεὶ οὔτε κατὰ χρόνον ᾔδει τὸ πνεῦμα δευτερεῦον υἱοῦ τῷ ἀξιώματι, οὔτε καθ' ὑποβιβασμόν τινα δόξης, ἰσοκλεὴς γὰρ ἡ θεότης ἀμφοῖν, οὔτε κατά τινα λόγον ἄλλον, οἷς τὰ πρός τι τὸ δευτερεῖον ἔχοντα τῶν πρωτευόντων ὑφίενται, ἀλλ' ἕνα μόνον εὐσεβείας ἐγίνωσκεν ὅρον, καθ' ὃν τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ δευτερεῦόν ἐστιν. ὁ δὲ ὅρος, τὸ δι' αὐτοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τοῦτο, καὶ ἐξ αὐτοῦ, ἔφησεν οὕτω. Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. φύσει δὲ τρίτη χρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν

ὑγιῶν δεδιδάγμεθα γραφῶν, κἀπὶ ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. Τὴν μέντοι οὖν τοῦ λόγου ὁ Ἅγιος ποιεῖται ἀπόδοσιν, λέγων, Ἀξιώματι μὲν γὰρ δεύτερον εἶναι τοῦ υἱοῦ, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὐκ ἔστι λέγειν αὐτό. Τὴν δὲ κατασκευὴν τοῦ, τὸ πνεῦμα δεύτερον εἶναι υἱοῦ τῷ ἀξιώματι, ἀπὸ τοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχειν, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ ἀναγγέλλειν ἡμῖν, μονονουχὶ φάσκων, ὡς διὰ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ δεύτερον εἶναι αὐτοῦ. Καὶ εἰ βούλει, ὅς τίς ποτ' αὖ καὶ εἴης ὁ ἀντιστάμενος γνῶναι, ὡς, εἰ μὴ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἦν, οὐδὲ δεύτερον αὖ ὅλως ἐρρέθη αὐτοῦ. ἄφελε τὴν ῥῆσιν ταύτην καὶ δὸς ἡμῖν σὺ ἕτερον λόγον τινά, καθ' ὃν τοῦ υἱοῦ δεύτερον τὸ πνεῦμα. Παρὰ γὰρ τὸν τοιοῦτον λόγον, ἢ διαστήματι χρόνου, ἢ καθέδρας ὑφεδρίᾳ, ἢ δόξης ἐνδείᾳ, τὸ δευτερεῖον νοηθήσεται. Εἰ μὲν οὖν καὶ τὴν λέγουσαν ῥῆσιν, δεύτερον εἶναι ἀξιώματι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, διέγραφον τοῦ παντὸς λόγου, εἰ τὴν παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, διαφανοῦσαν ῥῆσιν διαγραψάμενοι, εἶχον αὖ ἴσως τὸ τῆς πονηρίας αὐτῶν, ὅπερ ἐβούλοντο ἀποτέλεσμα. Νῦν δ' ὅτε τὸ τῆς ἀληθείας πνεῦμα τὴν αὐτῶν διάνοιαν ἔσφαλλε, τὸ μὲν παρὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα, τοῦ λόγου διέγραψαν· δεύτερον δὲ

pturis edocti sumus, neque ex illis quae diximus, consequi, possumus demonstrare. Et his dictis sententiae assignationem conclusit. *Dignitate enim a Filio secundum esse, tradit pietatis sermo: natura vero uti tertia*, dicendum omnino non est: probationem vero illius, Spiritum dignitate esse secundum a Filio, per illud, *quod ab eo habet, quod sit, & ab eo accipit, & nobis annunciat;* tantum non dicens, propterea quod ex Filio est, ideo secundus a Filio est. & si tibi in animo est, quicunque tandem fueris, qui refragaris, cognoscere, si a Filio non esset, neque secundus a Filio prorsus vocatus fuisset, deme dictum hoc, assigna nobis aliam rationem, qua a Filio Spiritus secundus asseratur. etenim prae hac vna sola ratione, aut temporali interuallo, aut in sedendo inferiori subsellio, aut gloriae indigentia, secundae hae partes Spiritus concipientur. Si itaque dictum, asserens, *dignitate secundum esse a Filio Spiritum*, ex Oratione illa vniuersa erasissent, qui aliud palam aperteque enuncians, *ab eo, quod sit, habet*, obliterauerunt, forte tum eorum improbitas, vt illis collubitum erat, finem assequuta fuisset. Sed nunc veritatis spiritu eorum cogitationes subuertente, illud, *a Filio esse Spiritum,*

ritum, abrogarunt; *sed secundum esse eum a Filio*, in omnibus libris descriptum reliquerunt. Indeque, qui sapientes apprehendit in calliditate eorum, diligenter similia examinantibus, fraudem comprehendere concedit. Et nulla alia ratione dicturum vnquam Basilium Magnum, Spiritum secundum esse a Filio, argumentari licet ex his, quæ ipse dictis adnectit: infra enim hæc habet: *Etenim, quemadmodum Filius ordine & dignitate a Patre secundus est; ordine quidem, quod ex eo est; dignitate vero, quod principium & causa illius Pater est, & quod per ipsum accessus & adductio ad Deum Patrem; natura autem nullo modo secundus, quod Deitas in vtroque vna: pari ratione videlicet, & Spiritus sanctus, licet ordine, & dignitate inferior est, non tamen inde verisimiliter, alienæ esse naturæ, sequi dixerimus*. Consideret cui id collibitum fuerit, non alienum esse a pietatis ratione secundum esse dignitate a Filio Spiritum, quod ex proportione, quæ est Filij ad Patrem, dum Filius secundas a Patre partes possidet, comprobatur. Ait enim, licet ordine, & dignitate Filio inferior sit, non ideo Filio ordine & dignitate inferior est, quasi alienæ naturæ compos: quando & Filius, licet a Patre secun-

αὐτὸ τοῦ υἱοῦ, ἐν πάσαις ἀφῆκαν ταῖς βίβλοις ἀνάγραπτον. Κἀντεῦθεν ὁ τοὺς σοφοὺς δρασσόμενος ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, δίδωσι τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιμελῶς διασκοπουμένοις, κατανοεῖν τὸ σκαιωρηθέν, καὶ ἔτι δέ, ὅτι κατ' οὐδένα ἕτερον λόγον εἰρήκει αὖ ποτε τὸ πνεῦμα δεύτερον τοῦ υἱοῦ ὁ μέγας Βασίλειος, λογίσασθαί ἐστι καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει. Φησὶ γὰρ ὑποκαταβάς. Ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει καὶ ἀξιώματι δεύτερος τοῦ πατρός, τάξει μὲν ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχή, καὶ αἰτία τοῦ εἶναι πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος, καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεόν, καὶ πατέρα, φύσει δὲ οὐκ ἔτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία, οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει, καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἔτι αὖ εἰκότως, ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἴποιμεν. Σκοπείτω ὁ βουλόμενος τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου μὴ ἀποδεῖν τὸ δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ἐκ τῆς ἀναλογίας τοῦ πρὸς τὸν πατέρα, δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ συνίστησι τοῦτο. Φησὶ γάρ, ὡς, Εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει, καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἔτι αὖ ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως, ὑποβέβηκεν αὐτὸν τῇ τάξει, καὶ τῷ ἀξιώματι. Ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς δεύτερος ὢν τοῦ πατρὸς τάξει τε καὶ ἀξιώ-

ματι, οὐκέτι καὶ φύσει ἐστὶ δεύτερος, καὶ ἑρμηνεύων ὁ Ἅγιος τὸν λόγον, καθ᾽ ὃν ἐστὶ δεύτερος τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, Τάξει μὲν, φησι, τοῦ πατρός ἐστι δεύτερος, ὅτι ἀπ᾽ ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ, καὶ αἰτία τοῦ εἶναι πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι᾽ αὐτοῦ ἡ πρόσοδος, καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα.

έ. Ἀλλὰ τίς οἶδε, φασὶν οἱ ἀντιλέγοντες, εἰ τὸ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν δευτερεῖον, ἀνάλογον ὁ Ἅγιος οἴεται τοῦ πρὸς τὸν πατέρα δευτερείῳ τοῦ υἱοῦ; Τίς οἶδεν; ὁ τὰ θεολογικὰ ῥητὰ ἐπιμελῶς ἐξερχόμενος, ἐξ ὧν ἡ τοιαύτη ἀναλογία ἔχει τὴν διαφάνωσιν, ὧν πολλῶν ὄντων ὀλιγάτινα ἐν τῷ παρόντι ἐκθήσομεν, μόνοις τοῖς τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, οἷς ὁ μέγας οὗτος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Ἐπιστολῇ ἐχρήσατο, ἀρκεσθέντες, οὕτω γὰρ ὁ Ἅγιος ἐκεῖσε φησὶ, Καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ λόγου ἑνότητα, οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γενητῶν αὐτὸν τὸν υἱὸν, διατὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, κτίσμα λέγουσι; Καὶ μετὰ πολλὰ τῆς Ἐπιστολῆς ταύτης. Ἀμέλει ὁ μὲν υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεται, οὕτω γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει, ἐὰν

secundus sit ordine & dignitate, non est propterea natura secundus: & exponens Sanctus dictum, quo Filius a Patre secundus est; *Ordine quidem, inquit, secundus est a Patre, quod ex illo est, & dignitate, quod principium & causa, quod ille sit, Pater est; & quod per eum accessus, & adductio ad Deũ Patrem.*

V. Sed quis scit, inquiunt aduersarij, an secundas partes Spiritus respectu Filij, proportione quidem, respondere Sanctus opinetur secundis Filij partibus, respectu Patris? Quis scit? Qui theologica dicta diligenter percurrit, quibus similis proportio plane innotescit. Quæ licet pleraque sint, pauca nihilominus hic apponemus, contenti tantummodo dictis magni Athanasij, quæ magnus ille Epistola ad Serapionem de Spiritu sancto vsurpauit. Verba illius sunt. *Etenim si, propter Verbi vnionem ad Patrem, abnuunt esse creaturam ipsum Filium, qua de causa Spiritum sanctum eiusdem vnionis ad Filium, quam Filius habet ad Patrem, compotem, creaturam asserunt?* Et pluribus ibidem interiectis: *Profecto Filius quidem a Patre mittitur. Sic enim, inquit, Deus mundum dilexit vt Filium suum vnigenitum daret; Filius vero Spiritum mittit. Si enim ait,*

ait, ego abiero, mittam Paracletum: & Filius quidem Patrem glorificat, dicens, Pater ego te glorificaui; Spiritus vero glorificat Filium; Ille enim, dicit, me glorificabit. Et Filius quidem dicit, Quæ audiui a Patre, hæc loquor in mundum: Spiritus vero ex Filio accipit; Ex meo enim accipit, ait, & annunciabit vobis: & Filius quidem in nomine Patris venit; Spiritus vero sanctus, quem mittit, inquit, Pater in nomine meo. Hunc itaque ordinem & naturam erga Filium possidente Spiritu, quam & Filius possidet erga Patrem, qua ratione, qui hunc creaturam asserit, non idem & de Filio necessario excogitabit? Qui hæc theologica dicta accurate perpendet, æquo animo prorsus assensum præbebit, concordabitq; cum affirmantibus, illa solummodo ratione Spiritum dici secundum a Filio, qua & Filius a Patre esse secundus astruitur; & his quidem assensum præbebit, vt iam dixi, qui æquo animo res dijudicat. Et modus, qui ex Scripturis demonstrationem sibi vendicat, secundus, hisce, quæ diximus, auctoritatem obtinet. Etenim, si Scripturarum decreto, nulla alia ratione, sed ea tantummodo, quæ est ex causa, & Filij ad Patrem, & Spiritus ad Filium, Theologi secundas

γάρ, φησιν, ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν Παράκλητον, καὶ ὁ μὲν υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει, λέγων, πάτερ ἐγώ σε ἐδόξασα, τὸ δὲ πνεῦμα δοξάζει τὸν υἱόν, ἐκεῖνος γάρ, φησιν, ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὁ μὲν υἱός φησιν, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, φησι, καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθε, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. Τοιαύτην δὲ τάξιν, καὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν, οἵαν ὁ υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, πῶς ὁ τοῦτο κτίσμα λέγων, οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει. Ὁ τὰ θεολογικὰ ταῦτα ῥητὰ ἐπιμελῶς ἐπερχόμενος, εὐγνωμόνως πάντη συνθήσεται, τοῖς διαγινώσκουσι κατ' οὐδένα ἕτερον λόγον τὸ πνεῦμα θεολογεῖσθαι δεύτερον τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ἢ κατὰ μόνον αὐτὸν καθ' ὃ καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πατρός ἐστι δεύτερος. Καὶ ὁ μὲν τοῖς ταῦτα διαγινώσκουσιν οὕτω εὐγνωμονῶν, ὡς μοι ἐρρέθη, συνθήσεται. Ἡμῖν δὲ καὶ ὁ τὴν ἀπόδειξιν ἀπὸ γραφῶν ἔχων δεύτερος τρόπος, ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν ἕξει τὸ κῦρος. Εἰ γὰρ ὅρος τίς ἐστιν ἀπὸ γραφῶν ἀπαράβατος, κατ' οὐδένα ἕτερον λόγον, ἢ μόνον γε τὴν τοῦ αἰτιατοῦ, καὶ τὸ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν

υἱὸν, καὶ τοῖς θεολογοῦσι δευτερεῖον εἰλῆφθαι, συντελέσαντα πάντως ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν γραφῶν τοῦ δευτέρου τρόπου ἀπόδειξις, τοῦ τῶν συντελῶν τὴν ῥῆσιν ἐχουσῶν βίβλων, ὑγιοῦς, καὶ ἀπαρεγχειρήτου ἐμβέβηκε.

ϛʹ. Πρὸς δὲ τὸ τῆς σῆς ἀναφορᾶς δεύτερον, ὃ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐστὶν ἐμφυσήσεως, χάριν ταύτην εἶναι πνευματικὴν, τῶν δι᾽ ἐναντίας ἐνισταμένων, ταῦτά σοι ἀποχρήσει, ἃ ὁ αὐτὸς μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν Κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Ὅτι θεία φύσις τὸ πνεῦμα, φησὶ, Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις, καὶ θεία φύσις, ἀρρήτως ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖα, ἀρρήτως καὶ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη, καὶ κατὰ τὸν σωματικῶς ὑπὸ τοῦ Κυρίου δειχθέντα τύπον, αὖθις ὑπ᾽ αὐτοῦ δι᾽ ἐμφυσήσεως ἀποκαθισταμένη. συντρέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατ᾽ ἀρχὴν καινότητι τὴν νῦν ἀνακαίνισιν, καὶ τὴν συνδρομὴν ἐξετύπωσεν, ἐμφυσήσας, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ᾽ αὐτὸς, δι᾽ οὗ Θεὸς δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν, τότε μὲν μετὰ ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχήν. Ἐπεὶ γοῦν ὁ μέγας οὗτος, καὶ πολὺς τὴν θεολογίαν Βασίλειος τὴν ἐμφύσησιν ταύτην, ἐκείνου εἶναι λέγει τοῦ πνεύματος, ὅπερ ἐστὶ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, πάντως οὐκ ἄν τις ἐρεῖ πνεῦμα-

das partes accipiunt, absolutissime prorsus ex Scripturis per modum secundum demonstratio petita, librorum integrum dictum præseferentium incolumitatem, nullis vnquam rationibus conuellendam constabilit.

VI. Capiti vero tuæ relationis secundo, quod de insufflatione Spiritus sancti est, quā gratiam esse spiritualem aduersarij contendunt, satis abundeque respondebit magnus Basilius, capite, quo probat, diuinam esse naturam Spiritus; cum dicit: *Spiritus enim cum viuenti Verbo in eodem ordine collocatus ad creandum, viuens virtus, & diuina natura, ineffabilis ex ineffabili ore existens, ineffabili modo, & per inflatum in homines missa, & secundum corporeum a Domino typum ostensum, rursus ab eo, per inflatum restituta: concurrere enim debet cum prima nouitate, ea, quæ nunc fit, innouatio, & concursum expressit sufflans, idem ille existens, qui a principio insufflauit, idemque per quem Deus inflatum elargitus est, tum quidem cum anima, nunc vero in animam.* Cum itaque magnus hic & in rebus theologicis decernendis eximius Basilius, inflatum hunc illius esse Spiritus asserat, qui cum viuente Verbo in eodem ordine

collo-

collocatur ad creandum, nemo equidem affirmabit, spiritualem gratiam esse, quæ æque cum Verbo collocatur ad creandum sed ipsam viuentem virtutem & diuinam naturam Spiritus. Et, si id est, temere eos obloqui scito, qui in gratiam spiritualem, inflatum a Filio Spiritum accipiunt, & alijs tradunt: Attende etiam, quod mihi considerationе non indignum iudicatur. Magnus Basilius nunc quidem Spiritum hunc diuinam naturam appellat, ineffabilem ex ineffabili ore promanantem, vnum dicens os, ex quo Spiritus, & non duo: nunc vero infra nonnullis adnexis, eundem esse tradit, qui discipulis insufflauit, & eundem per quem Deus antiquitus primum creato homini inflatum exhibuit, & cum ait, *per quem Deus insufflauit*, perspicue duas commonstrat personas Dei & Patris ex quo inflatus, & Dei Filij, per quem inflatus; cum vero singulari numero os profert, ostendit, quicquid de Spiritu ex Patre per Filium dicitur, non tanquam ex duabus causis esse; quod & capitibus ad Amphilochium plenius insinuauit, dictionem *per Filium* primæ, & præcipuæ causæ confessionem esse decernens.

τικὴν χάριν εἶναι, τὴν τῷ λόγῳ συντεταγμένην εἰς τὸ δημιουργεῖν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν ζῶσαν δύναμιν, καὶ θείαν φύσιν τοῦ πνεύματος. Καὶ εἰ τοῦτο, μάτην λέγοντας ἴσθι, τοὺς εἰς χάριν πνευματικὴν τὸ ἐμφυσώμενον παρὰ υἱοῦ πνεῦμα ἐξηγουμένους. Σκόπει δὲ καὶ ὅ μοι ἐπιστασίας ἠξίωται. ὁ μέγας Βασίλειος νῦν μὲν τὸ πνεῦμα τοῦτο, θείαν ὀνομάζει φύσιν, ἄρρητον ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖαν, ἓν εἶναι λέγων τὸ στόμα, ἐξ οὗ τὸ πνεῦμα, καὶ οὐχὶ δύο, νῦν δὲ προσεγκαπτῶν, οὐκ ἄλλον εἶναι λέγει τὸν τοῖς μαθηταῖς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ' αὐτόν, δι' οὗ Θεὸς καὶ πάλαι τῷ πρωτοπλάστῳ δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν, καὶ ἐν μὲν τῷ, δι' οὗ Θεὸς ἐνεφύσησεν ὁμολογουμένως τὰ δύο ἐμφαίνει πρόσωπα, τοῦ τε Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐξ οὗ ἡ ἐμφύσησις, καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ υἱοῦ, δι' οὗ ἡ ἐμφύσησις, ἐν δὲ τῷ ἑνικῷ τοῦ στόματος παριστᾷ, ὡς ἔτι περὶ τοῦ πνεύματος ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ λέγεται, οὐχ ὡς ἐκ δύο αἰτίων ἐστὶν, ὃ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον δεδήλωκεν ἐναργέστερον, τὴν δι' υἱοῦ φωνὴν, τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν τεθεολογηκώς.

ζ'. Τρίτον σοι τῆς ἀναφορᾶς κεφάλαιον ἦν, τὸ σύγχυσιν ἰδιοτήτων ἐγκαλεῖσθαι ῥωμαίους, ἐν τῷ τὸ

VII. Tertium tuæ relationis caput erat, proprietatum confusionem ascribi Romanis, cum fateantur Spiritum ex Patre & Filio proce-

πνεῦμα λέγειν ἐκ πατρὸς, καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Τοῦτο δὲ ψεῦδος εἶναι πρόδηλον ἀπελέγχεται ἀπὸ τοῦ τὰς κυρίως τῆς Τριάδος ἰδιότητας αὐτὰ ταῦτα τὰ ὀνόματα εἶναι, τὸ πατὴρ υἱός τε, καὶ πνεῦμα. Τῆς γὰρ τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως ἀκριβὴς ἰδιότης, τοῦτο γινώσκεται εἶναι, τὸ μήτε υἱὸν, μήτε πνεῦμα εἶναι αὐτὸν, καὶ ἡ τῆς ὑποστάσεως πάλιν τοῦ υἱοῦ ἰδιότης, τὸ μήτε πατέρα, μήτε πνεῦμα εἶναι αὐτὸν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως κυρίως ἰδιότης, τὸ μήτε πατέρα, μήτε υἱὸν, ἀλλὰ μόνον πνεῦμα εἶναι αὐτό. Εἰ γοῦν κατὰ τοὺς λέγοντας σύγχυσίς τις γίνεται τῶν ἰδιοτήτων, ὅταν ἐξ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγοιτο ἐκπορεύεσθαι, πολλῷ πρότερον ἐγίνετο αὕτη, ὅταν πνεῦμα ἐρρέθη υἱοῦ, ἀλλὰ μὴν καὶ πνεῦμα πατρὸς λέγεται, καὶ πνεῦμα υἱοῦ, καὶ σύγχυσιν αἱ ἰδιότητες οὐχ ὑφίστανται, καὶ ἐκ πατρὸς γοῦν ἐκπορευόμενον καὶ ἐξ υἱοῦ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἰδιότητι, πνεῦμα δηλονότι ἐκπορευτὸν ἀμεταποιήτως τετήρηται, ἐκτροπὴ γὰρ ἰδιότητος ἐκεῖνό ἐστι, τὸ ἢ τὸν πατέρα ἀποβαλέσθαι τὸ εἶναι πατέρα, ἢ τὸν υἱὸν τὸ εἶναι υἱὸν, ἢ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ εἶναι πνεῦμα, καὶ πνεῦμα πατρὸς καὶ υἱοῦ. Ὥσπερ οὖν καὶ διαμονὴ ἰδιότητος, τοῦτό ἐστι τὸ εἶναι ἕκαστον τῶν τριῶν, ὅπερ ἐστὶν ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδεμία ἐντεῦθεν ἡ σύγχυσις δηλοῦσι τὰ εἰρημένα. Ὅτι δὲ αἱ τῆς Τριά-

procedere. At hoc manifesto falsum esse euincitur, quod propriæ in Triade proprietates ipsa hæc nomina sunt, Pater, Filius; & Spiritus. Paternæ siquidem hypostasis exquisita proprietas agnoscitur esse, Patrem neque Filium neque Spiritum esse: & hypostasis rursus Filij, Filium neque Patrem neque Spiritum esse: pari modo & Spiritus hypostasis propria proprietas, Spiritum neque Patrem neque Filium, sed tantummodo Spiritum esse. Itaque, si, vt ipsi asserunt, confusio quædam proprietatum fit, cum ex Filio Spiritus procedere asseritur, multo antea facta fuisset, cum Spiritus Filij dictus est. Et nihilominus & Spiritus Patris dicitur, & Spiritus Filij, & nullam proprietates confusionem patiuntur. Quare & ex Patre procedens, & ex Filio in sua proprietate, Spiritus scilicet procedens, immutabilis conseruatur. Tunc enim proprietatis mutatio fit, cum aut Pater vt Pater sit, amittit, aut Filius vt sit Filius, aut Spiritus vt Spiritus sit,& Spiritus Patris & Filij. quemadmodum & proprietatis perennitas est, cum ex tribus quilibet in eo, quod est, perseuerat. Et, plane nullam inde sequi confusionem, iam dicta probant aperte. Verumtamen

propriæ Triadis proprietates ipsa hæc nomina esse, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, hisce scripto traditis testimonijs manifesto probatur. Nyssenus secũda aduersus Eunomium Oratione: *Hypostaseon*, ait *proprietas apertam & inconfusam efficit personarum distinctionem, Patris, inquam, & Filij, & Spiritus sancti. His enim compellationibus non naturarũ discrimen edocemur sed solas hypostaseon exploratas proprietates.* Chrysostomus, in vno suorum Sermonum, sic loquitur: *Proprietatem enim cum dixero, Patrem Patrem intelligito, & Filium Filium, & Spiritum sanctum Spiritum sanctum. Hæ enim proprietates non conuertuntur. Nam non potest Pater Filius esse, aut Filius Pater, aut Spiritus sanctus Pater & Filius.* Et Theodorus Abbas Philosophus: *Hæc tria nihilo inter sese discordant, nisi solummodo proprietate; hunc scilicet esse Patrem, hunc Filium, illum Spiritum sanctum.*

VIII. Quarto & postremo tuæ relationis capite continebantur, quæ aduersarij mirum quantum valere aduersum nos opinantur. Cum Dominus in Euangelijs dixerit, a Patre procedere, qua ratione non peruertere Euangelium iudicabitur is, qui modis omnibus, non vti

δος κυρίως ἰδιότητες αὐτὰ ταῦτα εἰσὶ τὰ ὀνόματα, τὸ πατὴρ, υἱὸς, καὶ πνεῦμα, διὰ τῶν γραφικῶν τῶν δι παραχθέντων σοι μαρτυριῶν. Ὁ Νύσσης ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου δευτέρῳ λόγῳ αὐτοῦ, Ἡ τῶν ὑποστάσεων, φησὶν, ἰδιότης ξενὴν, καὶ ἀσύγχυτον ποιεῖται τὴν τῶν προσώπων διαστολὴν, πατρὸς λέγω, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, διὰ γὰρ τῶν κλήσεων τούτων οὐ φύσεων διαφορὰν διδασκόμεθα, ἀλλὰ μόνας τὰς τῶν ὑποστάσεων γνωριστικὰς ἰδιότητας. Ὁ Χρυσόστομος ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων οὕτω φησὶν, Ἰδιότητα μὲν γὰρ, ὅταν εἴπω, τὸν πατέρα, πατέρα νόησον, καὶ τὸν υἱὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πνεῦμα ἅγιον. Αὗται γὰρ αἱ ἰδιότητες οὐκ ἀντιστρέφονται, οὐ δύναται γὰρ ὁ πατὴρ υἱὸς εἶναι, ἢ ὁ υἱὸς πατὴρ, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι πατὴρ, ἢ υἱός. Καὶ ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ φιλόσοφος, Ταῦτα, φησι, τὰ τρία οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα κατὰ τὸ, τὸν μὲν εἶναι πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν, τὸ δὲ πνεῦμα.

η. Τέταρτον, καὶ τελευταῖον τῆς σῆς διαλαμβάνοντο ὑπαρχείσης, ὅσα οἱ ἀντιλέγοντες ἰσχυρὰ νομίζουσιν, ὅταν λέγωσιν, ὡς τοῦ Κυρίου ἐν Εὐαγγελίοις εἰπόντος, τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, πῶς ἂν τοῦ Εὐαγγελίου μὴ παραβάτης κριθείη, ὁ μὴ κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην, ὡς αὐτὸς

ὁ Κύριος, τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι εἴρηκεν, ἐν τῷ Συμβόλῳ ἀναγινώσκων; Πρὸς γοῦν ταῦτα ἱκανά σοι ἔσται τῶν λεγόντων εἰς ἐπιστομισμὸν, ταῦτα ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ Πίστεως λόγῳ, ὃν ἐν τοῖς Ἀσκητικοῖς ἐκεῖνος ἐκδέδωκεν, οὕτω φησὶν ἐπὶ λέξεων, Φανερὰ ἔκπτωσις πίστεως, καὶ ὑπερηφανίας κατηγορία, ἢ ἀθετεῖν τι τῶν γεγραμμένων, ἢ ἐπεισάγειν τὸ μὴ γεγραμμένον, καὶ τὸν Ἀπόστολον παράγει ἐν ὑποδείγματι ἀνθρωπίνῳ σφοδρότερον ἀπαγορεύοντα, τὸ προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν τι ἐν ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, δι' ὧν φησιν, Ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται. Οὗτος γοῦν ὁ ταῦτα πάντα κατὰ λεπτὸν ἐξασφαλιζόμενος ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, ὅπερ εἰσὶ καὶ αἱ τοιαῦται περικοπαὶ, πίστιν ἔγγραφον ἐξ αἰτήσεως τινῶν ἐκδιδοὺς, οὐδ' ὅλως ἐν αὐτῇ ἐκ τοῦ πατρὸς, ἔφη, πνεῦμα ἐκπορευόμενον, ὅπερ ἐν Εὐαγγελίοις ἡ κυριακὴ φωνὴ παραδέδωκε. Τί γοῦν ἐπὶ τούτοις, οἱ πάντα, ὡς βούλονται λέγοντες, φήσουσιν; ἆρα τοῦ Εὐαγγελίου παραβάτης ὁ μέγας Βασίλειος κριθήσεται παρ' αὐτοῖς, οὕτω πεποιηκώς; Εἰ γὰρ ἡ ἐν λέξεσι προσθήκη τὴν Εὐαγγελικὴν παραχαράττει ἀλήθειαν, καὶ τὸ παράδοσιν ἐκτίθεσθαι πίστεως, καὶ μὴ τὰς Εὐαγ-

vti ipse Dominus enunciauit, a Patre procedere, in Symbolo recitat? Ad similia pronunciantium ora frenanda, satis fuerint dicta Magni Basilij, in Oratione de Fide, quam ille inter Ascetica publicauit. Verba illius sunt: *Haud dubie manifestum hoc infidelitatis argumentum fuerit, & signum superbiæ certissimum, si quis eorum, quæ scripta sunt: aliquid velit reijcere, aut eorum, quæ non scripta, introducere, adducatque Apostolum, sumpto ex hominibus exemplo, vehementissime interdicente, ne quid eorum, quæ in diuinis literis habentur, dematur, aut addatur. Sic enim est apud illum: Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat*. Hic itaque, qui hæc omnia ita minutatim præmuniuerat, in eadem Oratione, cuius adductæ pericopæ sunt, scripto mandatã fidem nonnullis postulantibus tradens, nullo modo in ea expressit, Spiritum qui ex Patre procedit, quod Dominica vox in Euangelio enunciauerat. Quid ad hæc respondebunt, qui omnia, vtut in buccam venerint, effutiunt? Num apud ipsos, veluti Euangelij transgressor, hunc in modum

res pertractans Magnus Basilius condemnabitur? Etenim, si in dictionibus additio Euangelicam lædit veritatem & fidem,

tradere, neque in ea Euangelicas Seruatoris voces comprehendere, sed eas silentio praeterire, & hoc etiam est Domini voces peruertere, & Euangelium violare; si id, inquam, verum esset, nunquam Magnus Basilius diceret: *Haud dubie manifestum infidelitatis argumentum, & signum superbiae certissimum, vel ex ijs, quae scripta sunt, aliquid reijcere, vel eorum, quae non scripta sunt, introducere*; cum nunc, fidei pietatisque definitionem tradens, Domini vocem, quae in Euangelijs est, tacitus praeterierit. Qui cum rem ita peregisset, vir ille, Angelis non absimilis plane demonstrat, eorum, quae scripta sunt, violationem non esse, dictiones tum Euangelicas tum Apostolicas, cum de Theologicis tractamus, silentio obruere, dummodo ex aliarum omnium dictionum sententia dicta theologica accuratum perfectumque intellectum praeseferunt. Et, si nulla pietas imminuitur, dum scripti dictiones detrahuntur, dum sententia pietati adhaereat; neque pietatis erit violatio, dictionum additio, dummodo additarum dictionum sententia, nulla in re, pietatem immutat. Hinc nos, qui Romanae Ecclesiae societatem amplexati sumus, propter additionem criminantes, cogitationibus ad id comprobandum

γελικὰς τοῦ Σωτῆρος φωνάς, ἐν τῇ τοιαύτῃ πίστει διαλαμβάνειν, ἀλλὰ ταύτας παρατρέχειν σιγῇ, καὶ τοῦτο πάντως ἀθετεῖν ἐστι τὰς τοῦ Κυρίου φωνάς, καὶ παραχαράττειν τὸ Εὐαγγέλιον. Ἀλλ' εἰ τοῦτο ἦν ἀληθές, οὐκ ἂν ὁ μέγας οὗτος Βασίλειος, νῦν μὲν ἔλεγε φανερὰν ἔκπτωσιν πίστεως εἶναι, καὶ ὑπερηφανίας κατηγορίαν, ἢ ἀθετεῖν τι τῶν γεγραμμένων, ἢ ἐπεισάγειν τῶν μὴ γεγραμμένων, νῦν δὲ ὅρον πίστεως, καὶ εὐσεβείας παραδιδοὺς, τὴν ἐν Εὐαγγελίοις γεγραμμένην ἐλελοίπει τοῦ Κυρίου φωνὴν, πάντως οὔπω πεποιηκὼς ὁ ἰσάγγελος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἐναργῆ ποιεῖται ἀπόδειξιν, τοῦ μὴ τῶν γεγραμμένων εἶναι ἀθέτησιν, τὸ λέξεις ἐν ταῖς θεολογίαις ἀποσιωπᾶσθαι Εὐαγγελικάς τε, καὶ Ἀποστολικὰς, ὁπηνίκα ἐκ τῆς ἐννοίας τῶν ἄλλων ἁπασῶν λέξεων αἱ θεολογίαι τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐντελὲς ἀποφαίνωνται, καὶ εἰ μὴ εὐσεβείας ἐστὶν ἔλλειψις ἡ τῶν γραφικῶν ἔλλειψις λέξεων, ὁπηνίκα ἔχει τὸ τῆς εὐσεβείας ἀπηρτισμένον ἡ ἔννοια, οὐδὲ εὐσεβείας ἐστὶν ἀθέτησις τῶν λέξεων ἡ προσθήκη, ὁπηνίκα ἡ τῶν προστιθεμένων λέξεων ἔννοια, τὴν εὐσέβειαν, ἀπαράτρεπτον συντηρῇ. Ὅθεν οὐδὲ οἱ τοὺς προσεσταμένους ἡμᾶς τῇ Ῥωμαϊκῇ Ἐκκλησίᾳ κακίζοντες διὰ τὴν

προσθήκην, ἀστόχως τοῖς εἰς τοῦτο λογισμοῖς ἐπιβάλλουσι. Καὶ σὺ μηδὲν τῶν οὕτω προσφερομένων φροντίζων, τοῦ οἰκείου ἔργου, ὅπερ ἐστὶν ἡ πρὸς εἰρήνην τοῦ πιστευθέντος ποιμνίου συμβίβασις, ἔσο ἐπιμελούμενος. Νῦν μὲν περὶ ὧν ἀνέφερες, τὰς λύσεις ἐξ ἡμῶν πορισάμενος, οὐκ ἀστοχήσειν δὲ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, εἴ γέ τι τοιοῦτον, καὶ πάλιν ἀνενέγκῃς ἡμῖν:

dum haud probe petitis, temere insulseque adoriuntur. Et in illis, quæ simili modo ab ijsdem afferuntur, haud attendens animum, proprij oneris quod est, concredito tibi gregi pacem & concordiam gignere, curam gerito. Et nunc quidem de ijs, quæ ad nos retulisti, solutiones a nobis consecutus, id idem & in posterum obtinebis, si quid iterum simile nobis significaueris.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Τῶν πρὸς τὸν Σουγδαίας Θεόδωρον, τὸ Τρίτον.



EIVSDEM

Ad Sugdaæ Episcopum Theodorum.

LIB. III.

ΠΑ'λιν σου τὰ γράμματα πρὸς ἡμᾶς, καὶ πάλιν σοι προθύμως ἡμεῖς τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων παρεχόμεθα, δι' ὧν ἀντιλέγειν ἔξεστί σοι τοῖς ἐκ διαφόρων ἀποδεῖξαι πειρωμένοις αἱρεσιολογιῶν, σφάλλεσθαι τάχα Ῥωμαίους πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ὡς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ πρεσβευομένην παρ' ἡμῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος πρεσβεύοντας ὕπαρξιν. Ἔσονται δὲ ἡμῖν αἱ τὸ νῦν πρὸς τὸ ἀντιλέγειν παρεχομένων λόγων σοι ἀφορμαί, προηγουμένως μὲν ἀπὸ ἱστορίας, δεύτερον δέ, κα-

I. RVrsus literæ a te nobis redduntur, & rursus tibi nos argumenta differendi prompte exhibemus; quibus facile poteris respondendo illis opponere, qui nouis semper adinuentis artibus ostendere conantur, circa pietatis cultum Romanos aberrare, tanquam qui ex Patre & Filio, quam nos ex Patre per Filium sanctissimi Spiritus existentiam tenemus, asseuerent. Erunt porro, quæ nunc a nobis tibi suppeditantur ad respondendum argumenta, primum quidem ex historia, secundum ex scriptis autoritatibus

tibus, vti in alijs nostris tractatibus peregimus, desumpta. Nanque cum primum conspexeris, Photium, quidquid blasphemum ac impium in Romanam Ecclesiam oblatrauit, furore ac iracūdia concitum effutijsse, non leues vires tibi comparabis, ad eorum ora respondēdo frænanda, qui absque vllo examine Photium sequuntur: secundum a scriptis auctoritatibus assumes, quæ in vsu sunt, aduersariorum contradictionibus opponens, ea firmitate, quæ in dubium verti non poterit.

II. Historia hoc modo successit, & res ita se habuit, vti narro. Cum in sedem Constantinopolitanam cupiditatis oculos Photius adiecisset, qui suo æuo illam tenebat, hominem plane sanctum, Ignatium eiecit, & sedem occupauit. Ignatius quæ violenter peracta fuerant, sedem Apostolicam exornanti Papæ Nicolao significauit, qui statim in ipsa prima Epistola inter eas, quas aduersus Photium sedibus Patriarchico Constantinopoleos throno subiectis dederat, hæc verbis ijsdem expressit. *Postquam enim accepimus quosdam superbiæ fastu inflatos, & inuidiæ facibus inflammatos contra Pastorem suum & Doctorem comministrum nostrum Ignatium insurrexisse, atque ex Ecclesia pepulisse, magna sane cura affecti sumus, ob eam potissimum*

θῶς καὶ ἐν ἄλλοις, ἀπὸ γραφῶν. Μαθὼν γὰρ πρῶτον ἐξ ἱστορίας, ὡς πάνυ, ὅτι Φώτιος ἄθεσμον κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξεκορύφωσεν Ἐκκλησίας, θυμῷ στρατηγούμενος, ἀπεργάσαιτο, οὐ τὴν τυχοῦσαν ἰσχὺν πρὸς ἐπιστομισμὸν καὶ ἀντίρρησιν τῶν ἐπὶ τῷ σχίσματι ἀνεξετάστως ἀκολουθούντων ἑξῆς Φωτίῳ. Δεύτερος δὲ καὶ τὸ ἀπὸ γραφῶν προσειληφὼς ἀσυνήθεις, ἐπὶ τῷ ἐπ' ἀντιρρήσει τῶν ἀντιδίκων ποιήσει πρὸς τὸ ἀναμφίλεκτον ἰσχυρόν.

β'. Ἔστι μὲν οὖν τὸ ἐξ ἱστορίας οὕτως σοι προβαῖνον καὶ ἐπὶ τοιούτοις. Ὡς γὰρ τῷ ἀρχιερατικῷ τῆς Κωνσταντίνου ἐποφθαλμίσας Φώτιος θρόνῳ, τὸν μὲν ἐπ' αὐτοῦ ἅγιον ἀληθῶς ἄνδρα τὸν Ἰγνάτιον ἐκεῖνον ἀπώσατο, ἑαυτῷ δὲ τοῦτον περιεποιήσατο. ὁ δὲ τὰ τῆς δυναστείας τῷ τὸν Ἀποστολικὸν τότε κοσμοῦντι θρόνον, τῷ πάπᾳ Νικολάῳ ἀνέφερεν, αὐτίκα ἐν τῇ πρώτῃ τῶν κατὰ Φωτίου πρὸς τοὺς ὑποκειμένους τῷ πατριαρχικῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ἐπιστολῶν ὁ πάπας Νικόλαος τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν. Ἀκούσαντες γὰρ ἡμεῖς, ὅτι τινὲς ὑμῶν, φθόνῳ καὶ ὑπερηφανίᾳ ὁρμώμενοι κατὰ τοῦ ποιμένος καὶ διδασκάλου αὐτῶν, τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου ἐπανέστησαν, καὶ ἐξῶσαν τῆς Ἐκκλησίας αὐτόν, ἐν μερίμνῃ γεγόναμεν, καὶ μάλιστα ὅτι σχίσ-

μα ἐν πάσῃ τῇ εἰρημένῃ ἐπαρχίᾳ, καὶ ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῇ πόλεσι, διά τινα Φώτιον ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, καὶ κοσμικῆς στρατείας, καὶ σχήματος, καὶ τῶν ἀνακτορικῶν οἴκων τυγχάνοντα, καὶ αἰφνίδιον καρέντα, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ Ἐκκλησίᾳ ἐναντίως τῶν ἱερῶν Κανόνων προβληθέντα, οὐ μικρὸν ἀκηκόαμεν ἀναφυέν. Καὶ μετ' ὀλίγα τῆς ἐπιστολῆς. Οἱ δὲ Ἀποκρισιάριοι ἡμῶν καταλαβόντες τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐξουσίαν πτήξαντες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἠθέτησαν τὰς ἐντολὰς ἡμῶν, καὶ μετὰ Φωτίου τοῦ μοιχοῦ τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐκοινώνησαν μυστηρίων, καὶ Ἰγνάτιον τὸν γηραιὸν ἄνδρα καὶ ἅγιον κατέκριναν, καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐξήλασαν. Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς. Φώτιος ὁ ἀπὸ σχισματικῶν γινωσκόμενος, καὶ ἀπὸ κοσμικῆς ὑπηρεσίας, καὶ στρατείας, καὶ ἀγορᾶς αἰφνίδιον καρεὶς, καὶ ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Συρακουσῶν Ἐπισκόπου, τοῦ καθῃρημένου χειροτονηθεὶς, ζῶντος τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου, τοῦ βιαίως ἐκβληθέντος, καὶ μετὰ τῶν καταγνωσθέντων, καὶ ἀναθεματισμένων, καὶ μετὰ τῶν παρὰ τοῦ προκατόχου ἡμῶν, τοῦ ἁγίου Βενεδίκτου δεσμωθέντων κοινωνῶν, καὶ ἀναστρεφόμενος, μεθ' ὧν καὶ συνύφανε τὰ κατὰ τοῦ Πατριάρχου Ἰγνατίου. καὶ διαστρέψας τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας Ἐπισκόπους, ὥστε συναι-

mum causam, quod schisma in illa Vrbe & prouincia, & omnibus subiectis illi ciuitatibus propter Photium quendam a foro profectum, & seculari militia, & habitu, & ex Palatinis adibus subito attonsum, atque in Ecclesiam, reclamantibus sacris Canonibus, traductũ collocatumque non modicum audiremus obortum. Et paucis in eadem Epistola adiectis. *Legati vero nostri, postquam Constantinopolim peruenere, regiam formidantes potentiam, vt ipsimet aiunt, mandata nostra neglexerunt, & cum Photio mœcho in sacris communicarunt, Ignatiumque virum ætate iuxta ac sanctitate venerandum damnauerunt, atque de dignitatis gradu deturbarunt.* Et post non multa eiusdem Epistolæ. *Photius a schismaticis, & seculari ministerio, a curia, militarique, seu forensi functione repente attonsus, atque a Gregorio Syracusano Episcopo damnato, viuo adhuc comministro nostro Ignatio per vim pulso consecratus: & cum damnatis anathematisq; vinculis, a sancto Benedicto, qui nos præcessit, constrictis communicans, & conuersans, cum quibus insidias Ignatio Patriarcha concinnauit, nostrosque Legatos Episcopos ad suam protrahendo sententiam peruertit: qui etiam hodie Ecclesiam*

ſiam Dei perturbat, & Patriarcham Ignatium, illique adhærentes intolerandis cruciamentis affligit, Dei omnipotentis auctoritate, & Beatorum Petri & Pauli Principum Apoſtolorum, omniumque Sanctorum, & venerandarum ſex Oecumenicarum Synodorum, omni ſacerdotali honore, & nomine ſit alienus, & omni clericatus officio prorſus exutus. Et hæc quidem continentur in Nicolai Papæ Epiſtola, quam ille, cum primum intruſus eſſet Photius, ſcripſerat: at in ijs, quas ſcripſit, qui eum excepit Adrianus, aduerſus eundem Photium, verba hæc habentur. *Vanitatis conciliabulum a Photio, & eius fautore Michaële Imperatore per vim, & tyrannidem contra venerandam Romanam Eccleſiam, & eius auctoritatem nuper Conſtantinopoli coactum, uti veritatis inimicum, & omni falſitate refertum, Epheſino illi latrocinio comparamus: impiaque acta illius, vbicunque habeantur, penitus abolenda decernimus, ignique pabulum, & diris execrationibus deuouemus.* Et paucis annexis: *Photium ab anteceſſore noſtro, nobiſque de criminibus propoſitis damnatum & anathematizatum, poſteaque priora ſcelera nouis ſuperantem & contra venerandam ſummam*

δοκῆσαι αὐτῷ, καὶ μέχρι νῦν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ συστρέφων, καὶ κολάζων αὐτόν τε τὸν Πατριάρχην Ἰγνάτιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κολάσεσιν ἀφορήτοις. Ἔστω τῇ τοῦ παντοδυνάμου ἐξουσίᾳ Θεοῦ, καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων καὶ κορυφαίων Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν Ἁγίων, καὶ τῶν τιμίων καὶ οἰκουμενικῶν ἓξ Συνόδων αὐθεντίᾳ πάσης ἱερατικῆς τιμῆς, καὶ ὀνόματος ἀλλότριος, καὶ παντὸς τάγματος κληρικοῦ ἀπόβλητος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ τοῦ Πάπα Νικολάου ἐπιστολῇ, ἣν ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ κατὰ Φωτίου εἰσβολῇ ἐκεῖνος ἀπέλυσεν. Ἐν οἷς δὲ ὁ τούτου διάδοχος Ἀδριανὸς κατὰ τοῦ αὐτοῦ γράφει Φωτίου ταῦτα κατὰ λέξιν εὕρηται. Τὸ συνέδριον τῆς ματαιότητος τὸ ὑπὸ Φωτίου, καὶ τοῦ ὑπασπιστοῦ αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ Βασιλέως πάλαι ἐν Κωνσταντινουπόλει τυραννικῶς κατὰ τῆς αἰδεσίμου τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ταύτης προνομίων συναθροισθὲν, ὡς τῆς ἀληθείας ἐχθρὸν, καὶ πάσης ψευδηγορίας ἀνάμεστον, τῷ Ἐφεσίῳ λῃστρικῷ παραβάλλομεν, καὶ τὰς αὐτοῦ μιαρὰς πράξεις, ἐν οἷς ἂν ὦσι παντάπασιν ἀφανισθῆναι ὁρίζομεν, καὶ παρανάλωμα πυρὸς γενέσθαι, καὶ ἀναθεματισθῆναι. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Φώτιον τὸν ὑπὸ τοῦ προκατόχου ἡμῶν, καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν ὑπὲρ τῶν προκειμένων ἐγκλημάτων καταδικασθέντα, καὶ ἀναθεματισθέντα, εἶτα τὰς προτέρας ἀνομίας ὑπερβάντα, καὶ κατὰ τῆς αἰδε-

que

σίμων τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου προνομίων εἰσφορήσαντα, καὶ ἐφευρέτης ψευσμάτων, καὶ διεστραμμένων δογμάτων, καὶ κατὰ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἁγιωτάτου Πάπα, καὶ καθ' ὑμῶν ὑλακτῆσαι τολμήσαντα, καὶ αὖθις κατακρίνομεν καὶ διὰ τὴν τούτων ἰδικῶς ἀναθεματίζομεν. Μετὰ δὲ περικοπὰς ἄλλας τῶν κατὰ Φωτίου συγγεγραμμένων καὶ τάδε αὐτολεξεὶ γεγραμμένα εὑρίσκονται. Φωτίῳ τῷ βουλευτικῷ, καὶ ἐπιβάτορι. Φωτίῳ τῷ κοσμικῷ, καὶ ἀγοραίῳ. Φωτίῳ τῷ νεοφύτῳ, καὶ τυράννῳ. Φωτίῳ τῷ σχισματικῷ, καὶ κατακεκριμένῳ. Φωτίῳ τῷ μοιχῷ, καὶ πατροκτόνῳ. Φωτίῳ τῷ τέκτονι τῶν ψευσμάτων. Φωτίῳ τῷ νέῳ Διοσκόρῳ. Φωτίῳ τῷ νέῳ Ἰούδᾳ, ἀνάθεμα. Ταῦτα καὶ τοσαῦτα ἦσαν ἐκεῖνα, οἷα καὶ ὅσα Φώτιον ἀνερρίπισαν πρὸς τὰ παρ' αὐτοῦ ῥηθέντα τε, καὶ γραφέντα κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀπόφημα.

γ'. Ἐπεὶ δὲ παρῆλθε μὲν τὸν ὧδε Νικόλαος. Ἀπῆλθε δ' ἐπ' αὐτῷ Ἀδριανὸς, καὶ πάπας Ἰωάννης τὸν Ἀποστολικὸν διαδεξάμενος θρόνον, οὐ συνεδέξατο καὶ τὴν κατὰ Φωτίου δυσμένειαν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ εἰς τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον ἐπανόδῳ αὐτοῦ ἀξιῶς αὐτὸν ἀπεδέξατο, Σύνοδόν τε Φώτιος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀθροίζει ὑπὸ πλειόνων, ἢ τριακοσίων Ἀρχιερέων συγκροτουμένην καὶ κανόνας ἐκτίθησι, καὶ πᾶν ὅτι κατὰ

que Apostolicæ sedis auctoritatem sese ingerentem, nouaque mendaciorum, & prauorum dogmatum figmenta concinnantem, atque aduersus Antecessorem nostrum sanctissimum Papam, & contra nos ipsos latrare ausum, & rursum damnamus, & hac de causa speciatim anathemate percellimus. Post alias Pericopas aduersus Photium, hæc quoque verbatim scripta comperiuntur; *Photio curiali, & inuasori. Photio seculari, & forensi. Photio neophyto, & tyranno. Photio schismatico, & damnato. Photio mœcho, & parricidæ. Photio architecto mendaciorum. Photio nouo Dioscoro. Photio nouo Iudæ, anathema.* Et hæc quidem tot ac tanta Photium inflammarunt, ad publicandum quæ ille aduersus Romanam Ecclesiam propudiosa nimis & criminosa oblatrauit, sciptoque etiam condemnauit.

III. Sed postquam ex hominum vita Nicolaus migrasset, migrasset quoque post eum Adrianus, & Ioannes Pontifex; qui sedem post eos Apostolicam exceperat, Photium throno redditum, æquo animo admisisset, cogit Synodum in Byzantio Photius trecentis & amplius Præsulibus celebratam & Canones edit, & quidquid aduersus Romanam Ecclesiam

dissidij tempore actum fuerat, pronunciatumque anathemate ferit. Oportebat igitur, quotquot ante nostram hăc ætatem, & hac nostra sequuti sunt, & & sequuntur, quæ Photius aduersum Romanam Ecclesiam composuit, non tantum ad scandalum absque vlla ratione conceptum, sed ad Deo gratam postmodum subsecutam viri illius pacem & concordiam mentem figere, illique veluti Christi pacifici alumnos potiores partes tribuere. Veruntamen hi, o pessimas cuiusuis mali authoris insidias! magis, quam antiquus Israël tabulis lapideis, ab eo datis atque dictatis, ad conuellenda tum magni Basilij, tum aliorum sanctorum Patrum pronũciata animum attendunt; nec aduertunt eundem ex proprijs propositiones pro dogmate suo stabiliendo commentum fu isse, quarũ manifestam in Sanctorũ de diuinis sentẽtias contrarietatẽ examinare non sustinent.

IV. Et cum nos illos adhortamur, vt tandem aliquando resipiscant, & quæ ille pro pace ineunda dixit, scripsitque, attente considerent, qui semel dissidium vnioni præposuere, magis repugnanter sese opponunt, dum in dictatis ad Eusebium hæc verbatim illum enarrantem deprehendunt. *Porro meus Ioannes, meus etenim est & rebus alijs.*

τῇ Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἐν τῷ τῆς διαφορᾶς χρόνῳ ἐπεράχθη καὶ ἐλαλήθη παραδέδωσιν. Ἐδεῖ γοῦν τοῖς ὅσοι τε πρὸ ἡμῶν, ὅσοι τε ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γενεᾷ, καὶ παρηκολούθησαν, καὶ παρακολουθοῦσιν, οἷς Φώτιος κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς συνεγράψατο Ἐκκλησίας, μὴ πρὸς μόνον ὁρᾶν τὸ τοῦ σκανδάλου ἀλόγιστον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν εἰσέπειτα θεοφιλῆ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου εἰρήνην, καὶ ταύτῃ μάλιστα τὸ κράτος ὡς τοῦ εἰρηνικοῦ Χριστοῦ μαθηταῖς ἀπονέμειν. Οἱ δὲ, ὢ τῆς κακίστης τοῦ ἀρχεκάκου ἐπιβουλῆς, πλέον ἢ ταῖς Μωσαϊκαῖς πλαξὶν ὁ παλαιὸς Ἰσραὴλ τοῖς παρ' αὐτοῦ ῥηθεῖσι, καὶ ταῦτα προδήλως ἐπ' ἀναιρέσει τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων Πατέρων θεολογιῶν προσανέχουσι, καὶ οὐ συνορῶσιν, ὅπως δογματικάς τινας προτάσεις οἴκοθεν ἐφεῦρεν αὐτὸς, οὐδὲ τὴν πρόδηλον αὐτῶν κατὰ τῶν πατρικῶν ἐναντιότητα διερευνῆσαι ἀνέχονται.

δ'. Ὑποτιθεμένοις δὲ ἡμῖν ἐπιστραφῆναι ποτὲ, καὶ ὧν ἐκεῖνος πρὸς εἰρήνην καὶ εἶπε καὶ ἔγραψεν, οἱ ἅπαξ τὸ σχίσμα τῆς ἑνώσεως αἱρετισάμενοι ἐνστατικώτερον ἀντιβαίνουσιν, ἐν τοῖς πρὸς Εὐσέβιον λόγοις ταῦτα κατὰ ῥῆμα διεξιόντα ἐκεῖνον εὑρίσκοντες. Ὁ δὲ ἐμὸς Ἰωάννης. ἐμὸς γὰρ τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι πλέον τῶν ἄλλων ἐξῳκείωται τὰ ἡμέτερα. Οὗτος τοίνυν

ὁ Ἰωάννης ὁ ἡμέτερος, ὁ τὸν νοῦν μὲν ἀνδρεῖος, ἀνδρεῖος δὲ τὴν εὐσέβειαν· πρὸς δὲ μισεῖν, καὶ καταβάλλειν ἀδικίαν καὶ πᾶσαν δυσσέβειαν, καὶ οὐχ ἱεροῖς θεσμοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολιτικοῖς ἐπαρκεῖν δυνάμενος, καὶ τὸ ἄτακτον εἰς τάξιν μεταβάλλειν. οὗτος, ὁ κεχαριτωμένος τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς διὰ τῶν αὐτοῦ θεοσεβεστάτων καὶ περιδόξων τοποτηρητῶν Παύλου, καὶ Εὐγενίου, καὶ Πέτρου τῶν ἀρχιερέων, καὶ ἱερέων Θεοῦ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς Συνόδῳ παραγεγονότων, ὡς ἡ καθολικὴ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖς, τὸ τῆς πίστεως ἀποδεχόμενος Σύμβολον, γνώμῃ καὶ γλώσσῃ καὶ χερσὶν ἱεραῖς τῶν εἰρημένων περιφανεστάτων, καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν ὑπέγραψέ τε καὶ ἐπεσφραγίσατο. Ταῦτα λέγοντα ὑπουσὶ εὑρίσκοντες Φώτιον οἱ πρὸς οὓς ἡμεῖς τοὺς λόγους ποιούμεθα, οἴονται τῆς ἔχθρας τὴν εἰρήνην αὐτὸν ἀνταλλάξασθαι, τὸ διὰ τοὺς τοῦ πάπα Ἰωάννου θεοσεβεῖς τοποτηρητὰς τὸ δίχα τῆς προσθήκης ἀναγινωσκόμενον παρ' ἡμῖν τῆς πίστεως Σύμβολον ὑπογράψαι τε καὶ ἐπισφραγίσασθαι. Τὸ δ' ἐκ ταύτης τῶν εὐθυβόλως ἐπιβάλλειν εἰδότων, ῥᾴδιον εἰς πίστιν ἡγήσαιτο, ἐπεὶ μηδὲ δογματικός τις λόγος ἐν τῇ πρὸς εἰρήνην γενομένῃ ταύτῃ Συνόδῳ εὑρίσκεται κινηθείς, ἀλλ' ἀπόκρυψις τοῦτο τῆς ἀληθοῦς

alijs, & quod negotia nostra magis quam alij amice amplexus est. Hic itaque Ioannes noster, prudentia iuxta ac pietate strenuus: necnon ad iniustitiam, quam odio prosequitur, & impietatem propulsandam idoneus, & nec sacris Canonibus tantum, sed & ciuilibus legibus opem ferre, & quod inordinatum est, in ordinem redigere, plurimum potens. Hic gratiosus Romanus Pontifex per suos pijssimos & gloriosissimos Locumtenentes Paulum, Eugenium, & Petrum Præsules, & Sacerdotes Dei, qui in nostram Synodum conuenere, quemadmodum catholica Dei Ecclesia, & prædecessores eius Romani Pontifices, Symbolum fidei acceptans, mente & lingua, sacrisque dictorum illustrissimorum, & admirãdorum hominum manibus subscripsit, & obsignauit. Hæc cum inueniant Photium scribentem illi, cum quibus nobis sermo est, opinantur inimicitias cum pace commutasse, quod Papæ Ioannis pij Locumtenentes, absque additione, quod apud nos legitur, Symbolum subscripserint, & obsignauerint. Hoc vero nemo ex ijs, qui ad bene coniectandum idonei sunt, facile sibi credendum proponeret; cum nec Dogmatica vlla oratio in ea Synodo, quæ pro pace sancienda coacta fuerat, reperiatur edita. Sed veræ causæ illud

erat occultatio, propter quam cum vniuersa Romana Ecclesia simultates ac inimicitiæ Photio exortæ fuerant. Cum enim vereretur, ne omnium reprehensionem incurreret, quod, cum Papa cum Nicolaus non admitteret, Romanam Ecclesiam vniuersam in Numen iniuriam, impiam, & legum maxime præuaricatricem, nuncuparet; & cum Papa Ioannes in thronum patriarchalem restitutioni illius assensum præbuisset, eandem sanctam & pietatis magistram prædicaret, pro pace cum Ioanne inita, quasi apologiam contexens, per suos Locumtenentes Ioannem accepisse Symbolum, & mente, & lingua, & sacris illustrissimorum & admirandorum hominum manibus subscripsisse, obsignasseq; Hoc autem ita isti perfecere, veluti qui ante Papam Ioannem Romanam sedem ornarunt, hoc sanctum Symbolum, & pietate plenum profitebantur, & qui post eum ad hæc vsque tempora successere, & mente amplectuntur, & lingua deprædicant. Et dictum meum demonstrabit Euangeliorum nulla facta commutatio, & omnia Patrum scripta, quæ Spiritum tradunt ex Patre procedere absq; additione vlla ea apud illos ad hunc diem & legi, & approbari.

ἣν αἰτίας, καθ' ἣν ἡ κατὰ πάσης τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀνήφθη τῷ Φωτίῳ δυσμένεια. τὸν γὰρ ἐξ ἁπάντων ψόγον ὑφορώμενος Φώτιος ἐφ' οἷς τοῦ μὲν πάπα Νικολάου μὴ προσιεμένου αὐτὸν, πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν πρὸς τὸ θεῖον ἐξυβρίζουσαν, καὶ ἀσεβοῦσαν, καὶ παρανομοῦσαν τὰ ἔσχατα ἀπεκάλει, τοῦ δὲ πάπα Ἰωάννου τὴν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον καθίδρυσιν τούτου ἐπευδοκήσαντος, ἁγίαν ταύτην, καὶ εὐσεβείας διδάσκαλον αὐτὴν ἐκήρυττεν ὥσπερ τινὰ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς πρὸς τὸν πάπαν Ἰωάννην εἰρήνης προβάλλεται τὸ, διὰ τῶν ἐκείνου τοποτηρητῶν τὸ τῆς πίστεως ἐκεῖνον ἀποδέξασθαι Σύμβολον, καὶ γνώμῃ καὶ γλώσσῃ καὶ χερσὶν ἱεραῖς τῶν τοιούτων περιφανεστάτων, καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν ὑπογράψαι αὐτὸ καὶ ἐπισφραγίσασθαι. Τοῦτο δὲ οὕτω πεποιήκασιν οὗτοι, διὰ τὸ καὶ πρὸ τοῦ πάπα Ἰωάννου τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς Ῥώμης θρόνον κοσμοῦντας τὸ τοιοῦτο Σύμβολον ἅγιον καὶ εὐσεβείας πλῆρες ὁμολογεῖν. ὅπερ οὖν καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν καὶ γνώμῃ στέργουσι, καὶ γλώσσῃ ἀνακηρύττουσι. καὶ ἀπόδειξίς μοι τοῦ λόγου τὸ τῶν Εὐαγγελίων ἀμεταποίητον, καὶ πᾶσα γραφὴ πατρικὴ, ἡ τὸ πνεῦμα λέγουσα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, δίχα προσθήκης παρ' αὐτοῖς καὶ ἀναγινωσκομένη, καὶ ἐμπολιτευομένη.

V. Mo-

ε'. Μάθεις ὧδε, ὅπως καὶ ἀπὸ μόνης ἱστορίας ἔσαι σοι ἀντιβαίνειν τοῖς κατὰ τὸ πείθεσθαι Φωτίῳ ἀντιλέγουσιν ἡμῖν παραδοὺς, ἀπάρτι δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῶν γραφῶν κατὰ τὸ συνήθες προσαχθήσεται σοι ἔλεγχον. ἐφ' οἷς, ὡς ἐν τοῖς νῦν ἡμῖν διακομισθεῖσι δεδήλωκας γράμμασιν, οἱ τῷ αὐτῷ Φωτίῳ πειθόμενοι λέγουσιν. Οὗτος δὲ γὰρ ἐπὶ πολλαῖς τῶν γραφικῶν ῥήσεων ἀπεναντίας ταῖς τῶν Πατέρων θεολογίαις τοὺς οἰκείους λόγους προσενεγκὼν, Πνεῦμα Χριστοῦ τὸ ἅγιον λέγεσθαι, φησι, πνεῦμα, ὅτι χρίει αὐτόν. καὶ μέχρι τούτου καλῶς διάγει τὸν λόγον. Ὅτι δὲ ἄλλον τρόπον λέγεσθαι τοῦ Χριστοῦ λέγει τὸ πνεῦμα, ἕτερον δὲ τοῦ υἱοῦ, σεσοφισμένη ἐστὶ τοῦτο καὶ διεστραμμένος παρεξήγησις. Εἰ γὰρ μόνον καθ' ὃν λόγον σαρκὸς ὁ Κύριος μετέσχε καὶ αἵματος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος τῷ ἰδίῳ χρισθεὶς πνεύματι, τὴν πνεῦμα Χριστοῦ λέγουσαν τὸ πνεῦμα φωνὴν ἐκλαμβάνεται. καθ' ὃν δὲ λόγον ἐξ ἀϊδίου ὑπάρχει Θεὸς οὐδαμῶς, τὸν τῆς ἀντιδόσεως τρόπον, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν τῶν τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεων ἀπαρνήσεται. Ἐλέγχει δὲ καὶ ὁ Νύσσης τὴν παρεξήγησιν, ἐν οἷς τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι λέγων προσμαρτυρεῖσθαι, κατασκευάζει αὐτὸ ἀπὸ τοῦ, τὸν Ἀπόστολον εἰρηκέναι. Εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

V. Modum, quo vel ex sola historia poteris contradicere ijs, qui Photio fidem adhibentes, nobis aduersantur, cum iam exposuerim: nunc & scriptis testimonijs pro more refutationem in medium afferam eorum, quæ, vt in tuis ad nos nunc redditis literis significasti, qui Photio fidem non denegant, producunt. Hic etenim in plerisque scripto traditis sententijs Patrum theologicis testimonijs ex aduerso proprios sermones producens, Spiritum sanctum Christi dici asseuerat, quod ipsum inungat, & his huc vsque recte rationem explicat: cum vero alio modo dici spiritum Christi affirmat, alio vero Filij, subdola est hæc, praueque contorta expositio: Etenim si solummodo ea ratione, qua Christus carnis, & sanguinis particeps factus est, & hominem assumpsit, proprio inunctus spiritu, dictum asserens, *Christi spiritum*, assumendum est, qua vero ex æterno est Deus, nullatenus; retributionis, & mutuæ duarum Christi naturarum communicationis modũ inficias iuerit. Prauam hanc interpretationem Nyssenus quoque refellet, [a] dicens, *Spiritum ex Filio esse astipulatu confirmatur*. Probatque hoc Apostoli dicto; *Quisquis spiritum Christi non habet, hic eius non est*.

V. Rur-

VI. Rursumque idem, Spiritum Christi vocat spiritum, quod eiusdem cum Filio essentiæ est: & quod super ipsum manet, & in ipso. At rebus diuinis pertractandis magnus Basilius, nunc [b] dicit, *Spiritum Filij esse spiritum, quod per Filium est ex Patre*; nunc nullum esse discrimen in rebus theologicis inter propositiones *Ex*, & *Per*, & patēter admodum docet.

δ'. Ἐπεὶ δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλά τις ἄλλος αὐτῷ νῦν κατηγορίας σκοπός, δυαρχίας δηλονότι ἔγκλημα προστρίψαι ἡμῖν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν δῆθεν ἄναρχον τοῦ πνεύματος αἴτιον, καὶ ἀρχικὴν κατὰ τὸν πατέρα ῥίζαν πρεσβεύουσιν, ὥσπερ εἰ ἐξ ἀποδιῃρημένων ἀνάρχων δύο ἀρχῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν, ὅπερ ἀντιτιθέναι, καὶ ἀντιπαρεξάγειν προφανῶς ἐστι τὸν υἱὸν τῷ πατρί. Πρὸς τὸν ἐφ' ᾧ καὶ κατηγορεῖ σκοπὸν Κύπριος, καθ' ἡμῶν προβαίνει πᾶσα γε ἡ ἀντίρρησις. Καὶ οὐ δὴ πρὸς τὰς τῆς ἀντιρρήσεως λέξεις κατὰ μέρος ἀποσκοπῶν, ὃ λέγω σοι, σαφῶς γνωριεῖς. Ὅρα ὅτι Κύπριος αἰτιώμενος τὸ λέγειν ἡμᾶς, ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός, οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς τὸ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἀποφαί-

theologica dicta, quæ ad stabiliendam in causa Spiritus Patris & Filij vnitatem in nostris scriptionibus digesta, ea quoque Cyrilli assumamus, quæ Sanctus decernit; [a] *nunc a Patre effundi, procedere scilicet, nunc vero a Filio effundi*, asserens, *Spiritum quemadmodum nempe & ex Deo & Patre*. Et quid nam hic agit Cyprius? Annon hæc Cyrilli decreta nobis in medium profert, dum dicta nostra criminatur?

IV. Quodsi id non fuerit, sed alius illius accusationis scopus, crimen nempe nobis appingere, quod duo principia introducamus, dum Filium citra principium Spiritus caussam, & primariam radicem, vti & Pater est, profitemur, quasi ex duobus separatis & ab sese distinctis principijs, quæ nullum sui principium agnoscunt, Spiritus sanctus esset; quod contra opponere, & contra committere palam est Filium Patri. Nec alio scopo Cyprius nostram accusationam suscipere, & vniuersam illius contradictionem non alio collimare, si contradictionis verba singula consideraveris, quod tibi dico, plane dignosces. Considera dum Cyprius accusat quod criminatur a nobis, ex Filio Spiritum procedere, [illegible] nempe & ex Patre, non tam si-

citer nos ex Patre & Filio Spiritum procedere reijcimus, sed cum ad vnionem ex vtroque processionem asserentium venire fateamur, tanquam qui eam quæ ex Patre per Filium est, amplectimur & exosculamur, & illam, quæ ab vtroque est, in honore habendam esse contendimus, improbæ illius cogitationi respondemus. Illi siquidem omnes conatus & studium in eo consistunt, nos accusare, ac si præpositionem *ex* de Filio, ad indicandam primariam & originariam causam vsurparemus; vt inde locum habeat duorum principiorum criminatio. Nobis vero alia ratione certamen initur, qui præpositionum *Ex* & *Per* in Filio æquabiles vires agnoscimus; vt inde vna Spiritus causa pie admodum Pater & Filius glorificetur, veruntamen Pater tanquam primaria, & principalis, quod quidquid ex Patre per Filium esse dicitur, ex vno esse asseritur Deo, & ex vno causatum, quod eximie Sanctus Basilius affirmat, vocem *Per quem* primariæ causæ in se confessionem continere. Vides, vt nobis quoque ad accusationis scopum contradictio

μεθα, ἀλλὰ πρὸς τὴν εἰρημένην τῶν ἐξ ἀμφοῖν λεγόντων ἐκπόρευσιν ὁμολογοῦντες ἐλθεῖν, ὡς τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ καὶ στέργοντες καὶ πρεσβεύοντες, τὴν ἐξ ἀμφοῖν τε ὁμοῦ παραιτούμεθα τιμᾶν, καὶ πρὸς τὴν παρ' ἐκείνων πονηρὰν ἔννοιαν ἀπαντῶμεν. Τοῖς μὲν γὰρ πᾶσα διαβάλλειν ἡμᾶς ἐστιν ἡ σπουδὴ, ὡς τὴν ἐκ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ εἰς δήλωσιν πρώτης καὶ ἀρχικῆς αἰτίας λαμβάνοντας, ἵν' ἐντεῦθεν καὶ χώραν τὸ καθ' ἡμῶν τῆς δυαρχίας ἔγκλημα σχοίη. Ἡμῖν δ' ἑτέρωθεν ὁ ἀγών ἐστιν, τὸ τῆς ἐκ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὴν διὰ ἰσοδύναμον, ἵν' ἐντεῦθεν καὶ εἴη ἓν τοῦ πνεύματος αἴτιον εὐσεβῶς, τὸ πατέρα δοξάζεσθαι καὶ υἱόν. τὸν πατέρα δὲ μόνον τὸ πρῶτον αἴτιον, καὶ ἀρχικὸν, διά τε τὸ, πᾶν τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ εἶναι λεγόμενον, ἐξ ἑνὸς εἶναι ὁμολογεῖσθαι Θεοῦ, καὶ αἴτιον ἐξ ἑνὸς, διά τε τὸ, τὸν πολὺν τὰ θεῖα λέγειν Βασίλειον, τὴν δι' οὗ φωνὴν τὴν προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχειν ὁμολογίαν. Ὁρᾷς ὅπως πρὸς τὸν τῆς κατηγορίας καὶ ἡμῖν περιβαίνει σκοπὸν ἡ ἀντίρρησις; τοῦτο συνιστᾷ σοι καὶ τὰ ἐφεξῆς. φαμὲν γὰρ ἐπάγοντες. Σὺ δὲ ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἡμᾶς τὸ πνεῦμα λέγειν διαβεβαιούμενος, πῶς οὐχὶ καὶ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πνεύματος αἴτιον τὸν

succedat? Hinc etiam quæ sequuntur comprobabuntur. Nanque inducentes dicimus. Tu porro, vti ex ipso Patre ita & ex Filio Spiritum procedere, nos dicere affirmans, quare non & prima-

riam

υἱὸν λέγειν ἡμᾶς ἔφης, ἢ καὶ προβολέα πνεύματος κατὰ τὸν πατέρα, τάχα δὲ καὶ υἱοῦ ἄλλου γεννήτορα, ὡς πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐξιδιωσάμενον. Εἰ γὰρ αἴτιος τοῦ πνεύματος ὁ μονογενὴς ἡμῖν πρεσβεύεται κατὰ σὲ, καθὰ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τὸν μονογενῆ γεννήσας πατὴρ, προβληθείη ἂν καὶ ἀρχικὸν αἴτιον κατὰ τὸν πατέρα, καὶ πατὴρ ἔσται ἀνθ᾽ υἱοῦ. Ταῦτα πρὸς αὐτὸν λέγοντες, ἐπεὶ τάξιν ἐλέγχων οἶδεν ὁ λόγος, τὴν μὲν ἐξ ὧν εἶπέ τις, μὴ δέον εἰπεῖν, τὴν δὲ ἐξ ὧν οὐκ εἶπέ τις, δέον εἰπεῖν γινομένων, ἐξ ὧν αὐτὸς οὐκ εἶπε, δέον εἰπεῖν, αὐτὸν ἀπελέγχομεν. Ἐκεῖνο γὰρ καὶ λέγομεν ἄντικρυς, ὡς εἴπερ τὴν ἐκ ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ εἰς δήλωσιν προκαταρκτικῆς καὶ ἀρχικῆς αἰτίας, ὅπερ ἡ σὴ διαβολὴ βούλεται, ἐλαμβάνομεν, ὥστε δυαρχίαν φρονεῖν, ὥστε καὶ τὸν υἱὸν ἄναρχον αἴτιον, καὶ ἀρχικὴν κατὰ τὸν πατέρα δοξάζειν ῥίζαν τοῦ πνεύματος, ἠκολούθει ἂν ἡμᾶς μὲν ταῦτα λέγειν καὶ γράφειν, ὡς τῆς τοιαύτης κατ᾽ ἀνάγκην ἀπαιτούσης δόξης αὐτά. σὲ δὲ τούτοις πρὸς ἔλεγχον χρήσασθαι τὸν καθ᾽ ἡμῶν, πῶς οὖν οὐχὶ προδήλως τὸ, καὶ τὸ, λέγειν ἡμᾶς ἔφης, εἴπερ καὶ ἀποδεῖξαι ταῦτα λέγειν ἡμᾶς. ἢ δηλῶν, ὡς μὴ ἔχων τοιοῦτό τι καθ᾽ ἡμῶν ἀποδεῖξαι, τούτων μὲν λέγεις οὐδὲν, μόνῃ δὲ τῇ λέξει ἐπικάθῃ πανούργως, καὶ εἰς τοιαύτην

riam & principalem causam Spiritus Filiũ nos asserere scripsisti, aut productorem, vti & Pater est, Spiritus, forte etiam & alius Filij genitorem, tanquam qui omnia paterna sibi vendicat? Nanque si causa Spiritus a nobis agnoscitur vnigenitus, quẽadmodum & ipse Pater vnigenitum generans, affirmabitur etiam & primaria causa, vti Pater est, & pro Filio Pater euadet. Et hæc ad ipsum cum vero ordinem reprehensionum oratio noscat, alterum dum quis dixerit non dicendum: alterum dum quis dicendum silentio inuoluerit. ex ijs, quæ dicenda erant, nec tamen dixit, ipsum reprehendimus, & plane dicimus. Si præpositionem *Ex* in Filio ad primariam & principalem causam indicandam, vt tua accusatio vult, assumimus, ita vt duo principia introducantur, & Filius absque principio causa, & principalis, vti Pater est, radix Spiritus reputetur, sequeretur nos similia dicere & scribere; cum similis opinio necessario talia requirat, te vero ad nos redarguendos hæc producere, quanam ratione, non aperte hoc & hoc nos dicere scripsisti, aut ea demonstrasti nos dicere? Annon profecto manifestum fit, te nihil habere simile, quod nobis opponas, ideoq; te nihil ex memoratis afferre. tantummodo maligne dictioni inhæres,

& in eum significatum nos præpositionem *Ex* de Filio, inquam nullus vnquam ex sanctis Patribus assumere, criminaris. Hæc, o amice, dictorum nostrorum, quæ aduersus nos Cyprius in processione ex Patre & Filio Spiritus, attulit, vis & sententia est, & ea cum dubitationem prorsus tollant, tuum dubium non esse a ratione alienum probant, & finem quoque in hac hæsitatione non minus rationi consentaneum ostendunt. Cum enim nos nunc ex Patre & Filio processionem amplectentes deprehendis, nunc illi contradicentes, eorum qui in perquirendis dictiunculis assidui sunt, curiositatem perspicis, & similia tu non excurrens per transennam dubia mouens, dubitationis solertiam rationi nixam confirmas: cum vero cordate admodum futuris præuisis addubitas, & e longinquo solutionem inuestigaris, tibi multum antea reseruas, circa illam dubitationem scopum tuum quam maxime rationi consentaneum reputare singulos quosque persuades. Sed hæc ita se habent, & mota circa ea difficultas abunde satis sublata est.

ἡμᾶς τὴν ἔννοιαν ἐκλαμβάνειν τὴν ἐκ προθέσει ἐπὶ τοῦ υἱοῦ διαβάλλεις, εἰς οἵαν οὐδεὶς τῶν Ἁγίων ποτέ. Ταῦτα ὦ φιλότης, ἡ ἔννοια τῶν ἡμῖν εἰρημένων, ἐφ' οἷς καθ' ἡμῶν Κύπριος ἐπὶ τῇ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύσει τοῦ πνεύματος εἴρηκε δύναται. Καὶ ταῦτά σοι λύσις τῶν διηπορημένων γενόμενα, τῆς τε σῆς ἀπορίας παριστῶσι τὸ ἔλλογον, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀπορίᾳ σκοπὸν μηδὲν ἧττον μετέχειν ἀποφαίνουσι τούτου. Οἷς μὲν γὰρ πῶς μὲν προσιεμένους ἡμᾶς τὴν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ καταλαμβάνων ἐκπόρευσιν, πῶς δὲ πρὸς αὐτὴν ἀντιλέγοντας, τὸ τῶν ἐπικαθημένων ταῖς λέξεσι περίεργον ὑφορᾷ, καὶ μὴ παροδικῶς ἐπιὼν ταύτας διαπορεῖς, τὸ τῆς ἀπορίας ἔλλογον παριστᾷς. οἷς δὲ πολλοῦ τὸ μετὰ συνέσεως προεπισκεπτικὸν ἀξιῶν, τὴν τῶν ἐσομένων ποτὲ εἰς διαπόρησιν λύσιν, πόρρωθεν προαποσκοπούμενος, ἑαυτῷ προαποταμιεύῃ τὸν ἐπὶ τῇ ἀπορίᾳ ταύτῃ σκοπόν, τῶν πάνυ κρίνειν ἐλλόγων πείθεις τὸν ἐντυγχάνοντα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ, κἂν τούτοις ἀρκούντως ἡ ἀπορία σοι λέλυται.

ε. Ἐπεὶ δὲ αὖθις, νῦν μὲν ἀκούων ἡμᾶς σύ, ἓν τοῦ πνεύματος αἴτιον τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν λέγοντας. νῦν δὲ τῷ πατρὶ τὸ ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν ἀπονέμοντας]

V. Cum vero rursus nunc nos audiens, vnam Spiritus causam Patrem & Filium esse asserentes: nunc Patri in causa primas ac potissimas partes attribuentes, eumq; citra principium productorem

Spiri-

καὶ ἄναρχον αὐτὸν ἀποκαλοῦντας προβολέα τοῦ πνεύματος. ἐντεῦθεν προσθεὶς ἐρωτᾷς, πῶς ἂν εἴη καὶ τὴν τῆς αἰτίας ἑνότητα τοῦ πατρὸς ἅμα κατηγορεῖν καὶ υἱοῦ, καὶ τὴν τοῦ προσώπου καὶ ἀρχικοῦ διαφορὰν μόνῳ ἐνοῦσαν τῷ πατρὶ φρονεῖν ἀσφαλῶς, εἴγε ἡ μὲν ἑνότης τὸ ταυτὸν ἀπαιτεῖ, τὸ δὲ μὴ ταυτὸν ἡ διαφορά; Εἰ μὲν ὡς καὶ ἄλλοι τὴν ἀλήθειαν ἐπηρεάζοντες ἀντιλέγων οἶδα καὶ σὺ πρὸς τὴν ἐκ πολλῶν γραφῶν θεολογικῶν ἀναφαινομένην ἑνότητα τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος, οὐδέν τι ἂν ἕτερον τοιαῦτα ἐρωτῶντι σοι ἀπελογησάμεθα, ἢ ὅτι ὁ μὴ τὴν ἑνότητα δεχόμενος, πῶς περὶ τῶν τῇ ἑνότητι ἕπεσθαι ἀπῃτημένων διαπορεῖς; Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπηρεάζων, ἀλλὰ τοὺς ἐπηρεαστὰς ἐπιστομίζειν μᾶλλον βουλόμενος, ὡς πρὸς τὴν τῆς ἑνότητος ταύτης παραδοχήν, ἅπαξ ὑπὸ τῶν θεολογικῶν γραφῶν καὶ ὁδηγηθεὶς καὶ πεισθείς, τὰ ἠπορημένα διαπορεῖς, ὁ λυτικὸς τῶν ἀποριῶν αὐτός σοι κἀνταῦθα λόγος δοθήσεται. Οἶδας ὡς διαφόρων τρόπων τῶν τῆς ἀποδείξεως ὄντων, ὁ κατὰ τῶν ἄλλων ἔχων τὸ κράτος, ἐκ τινων προεγνωσμένων καὶ ὁμολογουμένων προβαίνων ἐστίν. Ἐπεὶ οὖν ἡ πᾶσα σου ἀπορία περὶ τοῦ πῶς ἐστι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος τὴν ἑνότητα τοῦ πατρὸς ἅμα κατηγορεῖν καὶ υἱοῦ, καὶ τὴν τοῦ προσώπου, καὶ ἀρχικοῦ διαφορὰν

Spiritus nuncupantes, arrepta occaſione poſtulas, quomodo id fieri poterit, vt cauſæ vnitas de Patre & Filio prædicetur, & primarij atque præcipui diſcrimen tantum Patri ineſſe, abſque errore exiſtimetur, ſi vnitas vnum idemque requirit, diſcrimen vero quod non eſt neque vnum neque idem? Si tu, vti & alij veritatis calumniatores, quæ ex multis theologicis teſtimonijs ſtabilitur, vnitatem Patris & Filij in cauſa Spiritus oppugnares, nihil vltra ad tuam interrogationem reſpondiſſemus quam illud, qui vnionem non admittis, quomodo in ijs, quæ vnitatem neceſſario conſequuntur, hæſitas? Quando vero non calumnians, ſed calumniantium os obſtruere cupiens, ad hanc enim vnionem acceptandam ſemel ſcriptis theologicis manu ductus es ſuaſuſque, dubia proponis, hic tibi quoque ratio, quæ dubia prorſus tollat, aſſignabitur. Cum duo ſint demonſtrationis genera, quod ex quibuſdam præcognitis, & minime dubijs eſt, plus pollere, ac potius eſſe iudicatur. Quando igitur vniuerſa tua dubitatio ſita eſt, qua ratione vnitas Patris ſemel ac Filij in cauſa Spiritus prædicetur, & primarij, atque principalis diſcrimen Patri ineſſe abſque errore aſſeratur:

tur: si vnitas vnum idemque requirit, discrimen vero quod non est neque vnum, neque idem, assumenda sunt a nobis ex ijs, quæ theologicis scriptis decernuntur illa, quibus freti, qui theologica tractant, & vnionem Patris & Filij fatentur, & primarij ac principalis in Patre discrimen non negant, indeque dubiorum solutio comparanda. Enimuero si in cunctis, in quibus secundum communia theologica axiomata Patris & Filij vnitas asseritur, Patris primarium & principale non inficiantur, planum est, dum in causa Spiritus Patris & Filij vnitatem semel concesserint, primum quoque & principale Patri concedere modis omnibus cogi.

Quare concessas iam vnitates, & in his primarij ac principalis discrimina, ad propositam vnitatem & discrimen comprobandum accipiemus. Et primum vnam esse Patris & Filij deitatem apud omnes in confesso est, neque propterea in Deitate primarium ac principale Patri quispiam negauerit. Patris & Filij dominatus vnus apud omnes in confesso est; neque propterea primarium ac principale Patri in dominatu quispiam negauerit. Patris & Filij in omnibus vnus principatus apud omnes in confesso est; neque

ἐνθεῖσαν τῷ πατρὶ φρονεῖν ἀσφαλῶς, εἴγε ἡ μὲν ἑνότης τὸ ταυτὸν ἀπαιτεῖ, τὸ δὲ μὴ ταυτὸν ἡ διαφορά, ἔστι λαβόντας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐν γραφαῖς εἰρημένων ταῖς θεολογικαῖς ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς πᾶς ἀνὴρ θεολογικὸς καὶ ἑνότητα πατρὸς ὁμολογεῖ καὶ υἱοῦ, καὶ τὴν τοῦ πρώτου καὶ ἀρχικοῦ διαφορὰν τῷ πατρὶ συνομολογεῖ, ἐντεῦθεν σοι τὴν τῶν διηπορημένων λύσιν ποιήσασθαι. Εἰ γὰρ ἐπὶ πᾶσιν, ἐφ' οἷς κατὰ κοινὰς ἐννοίας θεολογικὰς ἑνότης ὁμολογεῖται πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐδὲ τὸ τοῦ πατρὸς πρῶτον καὶ ἀρχικόν ἐστιν ἀπαρνούμενος, εὔδηλον ὡς καὶ τοῖς ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος ἑνότητα πατρὸς καὶ υἱοῦ ἅπαξ διωμολογηκόσι, καὶ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν διδόναι τῷ πατρὶ ἀπαραίτητον. Καὶ γοῦν τὰς ὡμολογημένας ἑνότητας, καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις τοῦ ἀρχικοῦ καὶ πρώτου διαφοράς, πρὸς τὴν τῆς ζητουμένης ἑνότητος καὶ διαφορᾶς ληπτέον ἡμᾶς πίστωσιν. αὐτίκα ἡ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότης μία εἶναι πᾶσι συνωμολόγηται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐπὶ τῇ θεότητι πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πατρός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος. ἡ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ κυριότης μία εἶναι πᾶσι συνωμολόγηται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐπὶ τῇ κυριότητι πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πατρός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος. ἡ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπὶ τοῖς πᾶσιν ἀρχὴ μία εἶναι πᾶσι συνωμολόγηται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐπὶ τῇ ἀρχῇ

πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πατρός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος. ἡ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ τῶν δεδημιουργημένων δημιουργία μία εἶναι πᾶσι συνωμολόγηται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐπὶ τῇ δημιουργίᾳ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πατρός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος. ἡ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ποιητικὴ δύναμις μία εἶναι πᾶσι συνωμολόγηται, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐπὶ τῇ τῶν πεποιημένων ποιήσει πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πατρός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος. Ὁρᾷς ὅπως τὰ ἀπηριθμημένα πάντα τῶν ὡμολογημένων εἰσί, καὶ οὐδεμιᾶς δεομένων τῆς ἀποδείξεως; ὅρα ταῦτα, καὶ ἐξ αὐτῶν κραταιὰν λαμβάνων τὴν πίστωσιν, τοῦ μηδὲν τῇ θεολογίᾳ εἶναι ἀπᾷδον, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος ἑνότητα τοῦ πατρὸς ἅμα κατηγορεῖν καὶ υἱοῦ, καὶ τὴν τοῦ πρώτου καὶ ἀρχικοῦ διαφορὰν ἐνοῦσαν τῷ πατρὶ φρονεῖν ἀσφαλῶς.

ϛ'. Μέχρι τοῦδε καὶ ἡ τῆς δευτέρας ἐρωτήσεως καὶ ἀπορίας σοι λύσιν περιϊσταμένην μάνθανε ἀκριβῶς, μὴ δὲ τοὺς λόγους καθ' οὓς αἱ εἰρημέναι ὁμολογίαι τοῖς θεολόγοις πρεσβεύονται, ἐροῦμεν γὰρ καὶ περὶ τούτων, καὶ μηδὲν ἐρωτώμενοι ἀγνοῶν. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, νῦν μὲν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, Ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως, ἔφη, καὶ ὁ υἱὸς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ, καὶ πάλιν πρὸς τοὺς αὐτοὺς, Ὥσπερ ὁ πατὴρ εἶπε ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ,

que propterea primarium & principale Patri in principatu quispiam denegauerit. Patris & Filij rerum creatarum opificium vnum apud omnes in confesso est: neq; propterea primarium & principale Patri in opificio quispiam denegauerit. Patris & Filij vnā esse operatricem facultatem apud omnes in cōfesso est, neque propterea in fabrefactorum creatione primarium & principale in operatrice facultate Patri quispiam denegauerit. Vides iam annumerata omnia certa ac firma esse, nullaque indigere demonstratione? Considera illa, atque ex illis certa ac constante confirmatione videbis, nullo modo a Theologia discordare, in causa Spiritus vnionem Patris simul & Filij prædicari, & primarij & principalis discrimen Patri absque errore attribui.

VI. Et hæc vsque tuæ interrogationis dubitationisque solutionem pertingere prorsus discito, & rationes, quibus ducti Theologi similia enunciata decernunt: nanque de his etiam, licet non interrogati, dicemus, ne te fugiant. Nanque Dominus in Euangelijs nunc quidem ad Iudæos conuertens orationem, *Quemadmodum Pater exsuscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult, viuificat*, dixit. Item ad eosdem, *Quemadmo-*

admodum Pater vitam habet in seipso, ita dedit & Filio vitam habere in seipso. Prætereaque ad eosdem; *Ego & Pater vnum sumus*: nunc ad Discipulos; *Quæcumque habet Pater, mea sunt*: nunc ad ipsum Patrem; *Mea omnia tua sunt, & tua mea.* Quicunque pie theologica tractare cupiunt, in Deitate, & dominatu, & omnibus alijs vnionem Patris & Filij confitentur, & simili confessioni certæ atque indubitatæ, & Euangeliorum testimonio comprobatæ nemo prorsus contradixerit. Quoniam vero Pater solus horum omnium absque principio causa est, & ille quidem ex alio eorundem nihil habet, Filius vero omnia hæc ex Patre, propterea rursus ex ijs, qui rectam Theologiam tenent, nullus hisce in omnibus primarij ac principalis discrimen Patri denegat. Quam ob causam? Ne rursus Sabelliana confusio confidenter diuulgata irrepat. Nanque discriminis huius negatio, dum vnitas asseritur, æque atque Sabellius confusionem in Trinitatem introducit. Et rationi simili nemo repugnauerit, si quæ Theologi de primarij, & principalis discrimine Patris decernunt, consideraueris. Quodsi

οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ἔτι πρὸς τοὺς αὐτούς. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, εἴρηκε· νῦν δὲ πρὸς τοὺς Μαθητὰς, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστιν. νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν πατέρα, Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν, καὶ τὰ σὰ ἐμά. πάντες οἱ θεολογεῖν βουλόμενοι εὐσεβῶς τὴν ἐπὶ θεότητί τε, καὶ κυριότητι, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἑνότητα τοῦ πατρὸς ὁμολογοῦσι καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ πρὸς τὴν ὁμολογίαν ταύτην βεβαίαν ἔχουσαν οὕτω ἐκ τῶν Εὐαγγελίων τὴν σύστασιν ὁ ἀντιλέξων ἐστὶν οὐδείς. Ὅτι δὲ ὁ πατὴρ μόνος τὸ πάντων τούτων ἄναρχόν ἐστιν αἴτιον, καὶ αὐτὸς μὲν ἐκ τινος ἑτέρου τούτων ἔχει οὐδὲν, ὁ δὲ υἱὸς πάντα ταῦτα ἐκ τοῦ πατρὸς, διὰ τοῦτο πάλιν τῶν τὴν ὀρθὴν πρεσβευόντων θεολογίαν ἐστὶν οὐδεὶς, ὃς τὴν ἐπὶ πᾶσι τούτοις κατὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν διαφορὰν οὐχ ὁμολογεῖ τοῦ πατρός. ἵνα μή τι γένηται; ἵνα μὴ παρρησίαν ἔχῃ καὶ πάλιν ἡ σαβελλίου σύγχυσις. τὸ γὰρ τὴν τοιαύτην ἀπαρνεῖσθαι διαφορὰν, τῆς ἑνότητος ὁμολογουμένης, ἴσον τῷ Σαβελλείῳ εἰς τὴν Τριάδα σύγχυσιν. καὶ λόγος οὐδεὶς λοιπὸν ἀναντίρρητος, καὶ τί; ἣν ἐπὶ τῇ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν διαφορᾷ τοῦ πατρὸς ὁμολογίας οἱ θεολόγοι πρεσβεύουσιν. Εἰ δὲ μὴ καί σοι δοκεῖ ἀναντίρρητοι πρὸς τοῦτο ἴσως διστάζοντι, διὰ τὸ μὴ πρὸς λέξιν οὕτω, πλὴν τῆς κατὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν δια-

tibi aliud placet dubitanti, & cótradici posse existimas, quod

non

φορᾶς τοὺς Πατέρας θεολογεῖν. ὁπόταν γὰρ αὖ πατρὸς ἑνότης μνημονεύηται καὶ υἱοῦ, ἀλλὰ δισταγμοῦ τοῦ πρὸς τοῦτό σε ἀπαλλάξει πᾶσα γραφὴ θεολογικὴ, πάντα τὰ τῷ πατρὶ προσόντα εἰληφέναι παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, καὶ πάντα εἶναι αὐτὸν ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἰσόμοιρον τῷ πατρὶ ἔχειν, δίχα μόνου τοῦ πατέρα εἶναι αὐτὸν φάσκουσα. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἐν τῇ Τριάδι ἄναρχον ἡ ῥίζα, τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν ὁ πατήρ ἐστι, ταῦτα πάντα ῥηθεῖσα δύναται ἡ πατρότης, καὶ λοιπὸν διαφέρει οὐδὲν, πάντα εἶναι λέγειν τὸν υἱὸν ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ πατέρα εἶναι αὐτὸν, ἢ δίχα τοῦ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν αἴτιον εἶναι αὐτόν. Εἰ δὲ καί τινες τῶν γραφῶν τὴν τοῦ πατρὸς καὶ αὐταὶ διδοῦσιν ἰσότητα τῷ υἱῷ πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ ἕτεραι τὸ αὐτὸ πιστοῦσι πλὴν τοῦ γεννᾶν, ἢ πλὴν τοῦ τίκτειν φασι. καὶ αὗται δὲ διὰ τὸ τὴν πατρότητα τὰς λέξεις ταύτας δηλοῦν, τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ υἱοῦ διαστέλλουσαι, τῷ πατρὶ ἀπονέμουσι. Ταῦτά σοι ἀπόδειξις ἱκανὴ τοὺς Πατέρας καὶ τὴν κατὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν διαφορὰν τοῦ πατρὸς ἐπὶ πάσαις ταῖς τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ ἑνότησιν ὁμολόγως θεολογεῖν.

ζ'. Καὶ σὺ λοιπὸν ἤδη καὶ τὰς ὁμολογίας, καὶ τοὺς τῶν ὁμολογιῶν ἀκριβῶς μαθὼν λόγους, πρόσιθι καὶ.

non iisdem verbis insinuant, & primarij ac principalis discrimen Patres excipiant, vbicunque Patris & Filij vnitas commemoratur, veruntamen ab hæsitatione simili scripta omnia theologica liberabunt, quæ Patris omnia inesse ex Patre Filio & omnia ipsum esse, quæ Pater est, & quidquid est, æquabili ratione cum Patre possidere, tantummodo si Patrem esse excipias, affirmant. Cum enim quod in Trinitate est absque principio, radix, primarium, & principale Pater est, hæc omnia, dum paternitas astruitur, inferuntur, hinc nullo discrimine dicitur, omnia esse Filium quæcunque dicitur Pater, excepto solummodo eum Patrem, necnon primariam, & principalem causam esse. Sic nonnulla scripta Patris parilitatem, vna excepta gignendi ratione, Filio tribuunt, & alia id idem comprobant, cum absque eo quod gignat, vel generet, insinuent, quod paternitas dictiones similes connotat, primarium ac principale a Filio dementes Patri concedunt. Et hæc tibi abunde demonstrabunt Patres, primarium & principale discrimen de Patre in omnibus Patris & Filij vnitatibus vno ore decantare.

VII. Et tu interim, cum iam & confessiones, & confessionum

num rationes perfecte didiceris, tum etiam quæ secundum intellectum est vnionum, & discriminum partitionem, absque errore rebus assensum præbere ne respuas. Nanque addecet, vt dum confiteris Deum vnum, & Dominum vnum, & vnum omnium principium, & opificem vnum, & creatorem vnum, prætereaque Spiritus causam vnam Patrem & Filium, vna simul in omnibus his vnitatibus primarij atque principalis discrimen Patris intelligas. ea nihilominus ratione ne vnitatem a discrimine diuisam agnoscas. Vna siquidem est & eadem, & indiuisa omnis Patris & Filij vnio, quod, cum Filius omnia habeat ex Patre, ita illa possideat, vt ipse Pater, neque discrimen a propria vnionis partitione diuellatur. Maximum siquidem est omne discrimen Patris & Filij, quod omnia Patris cum sibi vendicet Filius, & maneat Filius, nec in Patrem immutetur, hæc sibi adsiscat, vnde & contractio Sabelliana longe pellitur inconfuso hoc personali discrimine abrogata. Quodsi & scriptis tradito testimonio addiscere cupis, quomodo in beata Triade simul iuncta intelligantur partitio cum vnitate, & vnitas cum partitione, & neque partitio ab vnitate, neque vnitas a partitione impediatur, tibi sane

τὸν κατ' ἐπίνοιαν μερισμὸν τῶν ἑνοτήτων, καὶ τὴν διαφορὰν, πρεσβεύειν προσέσχε ἀσφαλῶς. Χρὴ γάρ σε ὁμολογοῦντα Θεὸν ἕνα, καὶ Κύριον ἕνα, καὶ μίαν πάντων ἀρχὴν, καὶ δημιουργὸν ἕνα, καὶ ποιητὴν ἕνα, ἔτι δὲ τοῦ πνεύματος αἴτιον ἓν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, συνεπινοεῖν μὲν τὴν ἐπὶ πάσαις ταῖς ἑνότησι ταύταις κατὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν διαφορὰν τοῦ πατρός. Οὕτω δὲ πλὴν ὡς μήτε τὴν ἑνότητα ὑπὸ τῆς διαφορᾶς μεριζομένην νοεῖν, μία γὰρ καὶ ταυτὴ, καὶ ἀμέριστος πᾶσα ἑνότης πατρὸς καὶ υἱοῦ, διὰ τὸ, τὸν υἱὸν πάντα ἔχοντα ἐκ πατρὸς, οὕτως αὐτὰ ἔχειν ὡς αὐτὸς ὁ πατὴρ, μήτε τὴν διαφορὰν τοῦ οἰκείου διϊσταμένην ὑπὸ τῆς ἑνότητος μερισμοῦ, μεγίστη γὰρ πᾶσα διαφορὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ διὰ τοῦ, πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐξιδιούμενον τὸν υἱὸν, μένοντα υἱὸν, οὐκ εἰς πατέρα μεταβαλλόμενον, ταῦτα καὶ ἐξιδιοῦσθαι, ὁπόθεν καὶ συναλοιφὴ ἀπελήλαται ἡ Σαβέλλειος παρ' ἀσυγχύτῳ τῆς προσωπικῆς ταύτης καταργουμένη διαφορᾶς. Εἰ δὲ κἀνταῦθα διὰ γραφικῆς ἐθέλεις τῆς μαρτυρίας μαθεῖν, ὅπως ἐν τῇ μακαρίᾳ Τριάδι καὶ συνεπινοοῦνται ἀλλήλοις μερισμὸς τῇ ἑνότητι, καὶ ἑνότης τῷ μερισμῷ, καὶ οὔθ' ὁ μερισμὸς ἐμποδίζεται ὑπὸ τῆς ἑνότητος, οὔθ' ἡ ἑνότης ὑπὸ τοῦ μερισμοῦ, σοὶ μὲν

ad

εἰς μαρτυρίαν ἀρκέσῃ τοῦ ζητουμένου πρὸς σύστασιν, τὸ, Συνημμένως τὴν ἁγίαν διαιρεῖσθαι Τριάδα, καὶ διῃρημένως φάσκον συνάπτεσθαι, τὸ θεολογίας ἀξίωμα. Ἡμῖν δὲ ἐχέτω πέρας ἤδη ὁ λόγος, οὐ μόνον γάρ, ὦ φιλότης, ἐντελῶς ἡμᾶς τὴν ὀφειλὴν σοι ἀποδεδώκαμεν. ὀφειλὴ γὰρ ἡμῖν ἀπολογία πᾶσα περιβαίνουσα, ἐφ' οἷς τὰς ἡμῶν γραφὰς ἐπισκεπτόμενος σύ, καθ' ἡμετέραν ἐκχώρησιν ἐρωτᾷς καὶ διαπορεῖς, ὅπερ ἂν ἄξιον ἐρωτήσεως δόξῃ σοι καὶ διαπορήσεως. Ἀλλ' ἐν προσθήκης λόγῳ, ἐφ' οἷς καὶ μὴ ἠρωτήμεθα, προστεθείκαμεν, ὧν ἀναγκαίαν εἶναι σοι τὴν γνῶσιν διεγινώσκομεν, τὴν ἐπὶ ταῖς σαῖς γινομένων ἐρωτήσεσιν ἀποκρίσεων, κἀπὶ ταῖς διαπορήσεσι λύσεων, οἱονεί τι πόρισμα ταῦτα ποιούμενοι. Καὶ ταῦτα μὲν νῦν, τὴν δὲ καὶ εἰσέπειτα ἐκχώρησιν τοῦ ἐρωτᾶν καὶ διαπορεῖν σε φιλοτιμότατά σοι παρεχόμεθα.

ad perfuadendum fatis fuerit, & quæftionem perfoluendam, [b] *coniunctim diuinam Triadem diuidi, & diuifim coniungi*, afferens theologicum axioma. Nobis porro oratio finem habeat. Non enim folum, o amice, tibi debitum abfolute exfoluimus, debitum fiquidem noftrum eft, refpondere ad ea, quæ noftra fcripta percurrens, atque confiderans, vt nos concedimus, efflagitas, & in dubium vertis, quodcumque tibi & interrogatione & dubitatione dignum vifum fuerit, fed etiam de quibus nulla interrogatio interceffit, nam quorum notitiam tibi neceffariam effe iudicauimus, refponfionibus eorum ad interrogationes tuas factis, & de dubijs folutionibus, veluti corollarium, adiunximus. Et hæc quidem in præfentia. Verum & in futurum tempus interrogandi, dubitandique tibi facultatem longe & quam liberaliter concedimus.

N O T Æ.

a Horum alterum eft Oratione ad Monachos, cuius eft illud principium; Τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλόπονον: alterum Oratione ad Neftorium.

b Quærito hoc Oratione in facra Lumina.

EIVSDEM AD CONSTANTINVM. LIBER IV.

I. RVrsus tu dubitationem affers, sed nulla nos dubitatione premimur. Cum interrogas, addubitas; nos tamen ad dubitationem non caremus responsione: stat enim a nobis veritas, nostrisque scriptis, quibus ex Patre & Filio, per Filium nempe ex Patre Spiritus sancti existentiam, paternarum scriptionum traditionem esse, probare contendimus; itemque demonstramus, ex ijs nunquam tibi responsa nostra non aderunt, donec veritate ipsa parabilius aut liberalius aliquid quispiam excogitauerit. Quare rursus interrogationibus insta: rursus dubitationibus vrge. Veruntamen cum in præsentia quæ controuertis, non vti illius sententiæ sis, controuertis, sed ad veritatis calumniatores animum intendens, vt in omnibus promptum tibi ad eorum ora obstruenda reserues, dubia, & dubitationum explicationes, quas sequi debeas, digerantur, quibus ad ora frænanda sese rebus similibus opponentium, non imparatus comprehendaris. Mouentur siquidem iterum, qui & heri, & nudius

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ πρὸς ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ, τὸ Δ'.

α. Ἀπορεῖς καὶ πάλιν· καὶ οὐκ ἀποροῦμεν ἡμεῖς. Ἀπορεῖς ἐρωτῶν, καὶ ἀπολογεῖσθαι οὐκ ἀποροῦμεν. εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια παρ' ἡμῖν, ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς, ἐφ' οἷς τὴν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τουτέστι διὰ υἱοῦ ἐκ πατρὸς τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν τοῦ ἁγίου θεολογικὴν τῶν πατρικῶν γραφῶν εἶναι παράδοσιν καὶ διενιστάμεθα, καὶ ἀποδεικνύομεν, τῶν ἀποκρινομένων σοι, ἀπορήσεις οὐδέποτε, ἕως ἄν τι ἀληθείας οὐδέν τι γένοιτο εὐπορώτερον. Ἐρώτα οὖν καὶ πάλιν. ἀπόρει καὶ πάλιν. τὸ δὲ νῦν ἔχον ἐπείπερ ἅπαντα διαπορεῖς, οὐχ ὡς φρονῶν αὐτὰ καὶ διαπορεῖς, ἀλλὰ τῶν τῆς ἀληθείας καταστοχαζόμενος ἐπηρεαστῶν, ὅπως ἂν ἐπὶ πᾶσι τὸ πρὸς ἐπιστομισμὸν αὐτοῖς ἕτοιμόν σοι ἀποταμιεύοιτο. καὶ τὰ ἠπορημένα, καὶ αἱ τῶν ἠπορημένων διασαφήσεις, εἰς τύπον ὁδηγίας σοι διεκτεθείσθωσαν, τίνι ἂν ἐπ' αὐτοῖς καὶ γένοιτό σοι τῷ τρόπῳ ἐπιστομίζειν συμπεσεῖν τὸ ἀπαρασκευαστόμενον. Κινοῦνται μὲν γὰρ καὶ πάλιν ἡμῖν τὴν χθὲς τε καὶ προτεραίαν συ-

dius

νήθως λόγοι περὶ τοῦ δόγματος. ἄγει δὲ πρὸς μνήμην ὁ λόγος ἡμᾶς τῆς Πρὸς Μαρῖνον τοῦ θείου Μαξίμου ἐπιστολὴ, ἐν ᾗ ὁ μεγαλώνυμος οὗτος Πατὴρ τὴν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τῇ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύσει τοῦ πνεύματος δεφένδευσιν ἀξιῶν, τὸ, Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν, εἴρηκε. Καὶ τοίνυν διὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν, ὅπερ ἀληθῶς μόνῳ τῷ πατρὶ πρόσεστιν εἰρῆσθαι τὰ εἰρημένα τῷ θείῳ Μαξίμῳ ἐξηγουμένων ἡμῶν, σὺ δὲ τὸ τῶν ἀντιδίκων ὑποδὺς πρόσωπον, ἀλλ' ἔστι τὸν βουλόμενον, ἔφης, εἰπεῖν, ὡς εἰ μὲν τοῖς αἰτιωμένοις Ῥωμαίους περὶ ἀρχικοῦ καὶ μὴ ἀρχικοῦ αἰτίου ἡ καταιτίασις ἦν, εἶχον ἂν αἱ ἐξηγήσεις τὸ εὐλογοφανές. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι πρὸς αὐτὴν τὴν ἐξ υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἀντιλέγουσι, πάντῃ ἐστὶ δῆλον, μήτ' ἐκείνοις, μήτε τῷ ὑπερηγοροῦντι τὴν ἐπ' αἰτίασιν περὶ ἀρχικοῦ καὶ μὴ, περὶ δὲ τῆς ὅλως αἰτίας τὸν λόγον ἅπαντα γίνεσθαι.

β'. Τοῦτο ἡ ἀπορία. ἡμεῖς δὲ τὴν λύσιν, ὃν εἴρηται τρόπον ὁδηγίας, ἐπὶ τῷ ἔχειν σε σὺν ταῦτα φρονοῦντας ἐπιστομίζειν, διεκθέσθαι βουλόμενοι, οὕτω δὴ καὶ διεκτιθέμεθα. Οἶδας ὡς τινὲς μὲν τούτων ὑπ' ἀρχηγῷ Κυπρίῳ ταττόμενοι, πρὸς αἷς ἄλλοις καὶ τοῦ-

dius tertius, vti aſſolet, ſermones de Dogmate, ſermoque nobis memoriam refricat diuini Maximi ad Marinum Epiſtola, qua magni nominis Pater pro Romanis de Spiritus ex Patre & Filio defenſionem inſtituens, illud, *ex quibus non cauſa Spiritus Filium aſſerere, ſeſe illi oſtenderunt*, ſcripſit. Et hæc cum nos propter primarium atque principale, quod vere ſoli Patri ineſt, dictata eſſe, quæ ſupra attulimus ex ſancto Maximo, interpretemur, tu aduerſariorum perſonam induens, poſſe ais, cuicumque id complacitum fuerit, opponere, ſi qui Romanos in crimen vocabant, illis de primaria & principali cauſa criminatio fuiſſet, ſimiles expoſitiones rationis aliquid in ſe continere iudicarentur: Sed cum illi ipſam ex Filio proceſſionem oppugnent, omnibus manifeſtum remanet, neque ab illis, neque ab alijs qui eorum defenſionem ſuſcipiunt, de primaria & principali cauſa quæſtionem, ſed de totali cauſa ſermones vniuerſos iactatos fuiſſe.

II. Hæc addubitatio eſt. Nos porro ſolutionem, vt habeas modo quo dictum eſt, promptam ad ora ſimilia ſentientium frænanda, exponere cupientes, ſic eam digerimus. Sat noſti ex hiſce nonnullos, ducem Cyprium ſequentes, inter

ter alia, quæ aduersus dogma pium rectumque blaterant, processionem quoque criminantes, homonymiæ obnoxiam facere: alios vero ijsdem in separatione Filij a Patre in causa Spiritus concordantes, ita æquos se præstasse, vt processionem modum tantum existentiæ Spiritus & nihil aliud connotare, dictarent. Dico vero simili assensu communi excepto; nanque illud *Ex quibus non causam Spiritus Filium facere sese illi ostenderunt*, eorum emolliens impetum ad præbẽdum assensum inducit. Etenim si id non esset, hoc vti pleraq; aliorum Patrum theologica dicta accusare nõ neglexissent. Attẽde porro tu, qua ratione, cum ambabus hisce partibus colloquiũ conferens, valide demonstrare poteris, propter primariam & principalem causam vere magni nominis Maximum scripsisse, *Ex quibus non causam Spiritus Filium, facere sese illi ostenderunt*. Et primum quidem cum sermones conferuntur, qui processionem recte tractant, proponant, quod nunquam, qui homonymiam insinuant, concedent, si qui Romanos in crimen vocabant, illis de primaria & principali causa criminatio fuisset, similes expositiones rationis aliquid in se continere iudicarentur: sed cum illi ipsam ex Filio processionem oppugnant, omnibus manife-

δυσσεβοῦς φασι δόγματος, καὶ εἰς ὁμωνυμίαν διαβάλλουσι τὴν ἐκπόρευσιν. τινὲς δὲ τοῖς τοιούτοις κατὰ τὸ ἐκ πατρὸς διαιρεῖν τὸν υἱὸν ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος συμφωνοῦντες, τοῦ πῶς μόνον διαγνωμονοῦσιν ὁμολογεῖν τὴν ἐκπόρευσιν, τρόπον τῆς τοῦ πνεύματος ὑπάρξεως μόνον, καὶ πλέον σημαίνειν μηδέν. Τῆς ῥήσεως γοῦν ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένης κοινῇ. τὸ γὰρ, Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν, τὴν αὐτῶν ὑποθέλγον ῥοπὴν πρὸς ὁμολογίαν ἕλκει αὐτούς. Ἦ γὰρ ἂν εἰ μὴ τοῦτο, οὐδὲ ταύτην, ὡς πολλὰς τῶν ἄλλων Πατέρων θεολογίας διαβαλεῖν ὤκνησαν. Ὅρα ὅπως καὶ πρὸς ἄμφω διαλεγομένῳ τὰ μέρη ταῦτα ἰσχυρῶς ἀποδεικνύειν ἐξέσται σοι, διὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν αἴτιον ἀληθῶς Μάξιμον εἰρηκέναι τὸν μεγαλώνυμον τό, Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν. Γινέσθω οὖν σοι πρῶτον οἱ τὴν ἐκπόρευσιν ὀρθοδοξοῦντες διαλεγόμενοι προτεινέτωσαν. ὅπερ οἱ ὁμωνυμοῦντες οὐδέποτε τό, εἰ μὲν τοῖς αἰτιωμένοις Ῥωμαίοις περὶ ἀρχικῆς καὶ μὴ ἀρχικῆς αἰτίας ἡ καταιτίασις ἦν, εἶχον ἂν αἱ ἐξηγήσεις τὸ εὐλογοφανές. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι πρὸς τὴν ἐξ υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἀπλέγουσι, πάντῃ ἐστὶ δῆλον

nife-

μήτ' ἐκείνοις, μήτε τοῖς ὑπερηγορεῦσι τὴν ὑπ' αἰτίασιν ἀρχικοῦ καὶ μή, περὶ δὲ τῆς ὅλως αἰτίας τὸν λόγον ἅπαντα γίνεσθαι. Τί σοι δοκεῖ; πολλοῦ σοι δεήσει τοῦ πόνου πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ τῶν ἐξηγήσεων ἀληθοῦς; Καὶ πῶς ὅλως πόνου, εἴγε αὐτοὶ φθάνοντες τὴν παρὰ τοῖς αἰτιωμένοις ἀπάρνησιν τῆς ἐξ υἱοῦ ἐκπορεύσεως, οὐχὶ ἀρχικῆς καὶ προσεχοῦς αἰτίας, τῆς δὲ ὅλως αἰτίας ἀφαίρεσιν ἐνίστανται δύνασθαι. Σὺ μὲν γὰρ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. Ἐπεὶ διὰ τοῦτο ἡμῖν ἀρνητέα παρὰ τῶν αἰτιωμένων Ῥωμαίους δοκεῖ ἐκπόρευσις ἡ ἐξ υἱοῦ, ἵνα μὴ τῷ υἱῷ κοινωνία τις μετὰ τοῦ πατρὸς ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ συγχωρηθείη τοῦ πνεύματος, τί ἂν ἕτερον τῷ τὴν ἐξ υἱοῦ διδόντι ἐκπόρευσιν φήσειέ τις εἶναι διασυνειδῆς, ἢ ἀπεναντίας τοῖς ἀντιλέγουσι, μετεῖναι τῆς αἰτίας ταύτης τῷ υἱῷ συνιστᾶν. Εἰ γὰρ ἡ ἄρνησις διὰ τὸ μή, ἡ ὁμολογία πάντως διὰ τὸ ναί. Ἐπεὶ μηδέ ἐστί τις λόγος ὁ πείθων, καὶ τοὺς ἀρνουμένους καὶ τὸν διδόντα πρὸς τὴν ἐκπόρευσιν Ἅγιον, πρὸς τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα τείνειν σκοπόν. αὐτοὶ δὲ τῆς ἀληθείας πάντως αἰσχυνούσης αὐτούς, ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ἐναντιοφωνοῦντες ἐλέγχωνται, ὡς ἅπαξ τὴν ἐκπόρευσιν, ἣν ὑγιῶς ὕπαρξιν φέρουσι τοῦ πνεύματος εἰς κατασκευὴν αἰτίας λαμβάνοντες, τοῦ πρὸς τὸ σύ-

nifestum remanet, neque ab illis, neque ab alijs, qui eorum defensionem suscipiunt, de primaria & principali causa quæstionem, sed de totali causa sermones vniuersos iactatos fuisse. Quid tibi videtur? Anne multo indigebis labore ad veritatem interpretationum similium confirmandam? Quid laborem commemoro, cum ipsi iam apud eos, qui accusabantur, negationem processionis ex Filio, non primariæ ac principalis causæ, sed totalis causæ ademptionem inferre contendunt? Tu enim ad eosdem dices. Quando propter hoc neganda vobis videtur, ab ijs, qui Romanos criminantur, processio ex Filio, ne aliqua Filio communio cum Patre in causa Spiritus concedatur, quid aliud quispiam asseuerauerit concedenti ex Filio processionem a consilijs esse, quam contra sentiendo oppugnatoribus reponere, huiusce causæ Filium participem esse? Negatio siquidem per *non*, confessio vero prorsus per *sic*, constituitur. Nulla quidem ratio suadet, & negantes, & Sanctum processioni assentientem in vnum eundemque scopum collimare. Verum ipsi cum a veritate præfocentur, ne sibimetipsis contradicere deprehendantur, tanquam qui semel processionem Spiritus, quam recte tenent, existentiam esse, ad compro-

probandum causam assumere, vltra contra verba facere cessabunt. Et interim robur suum habebit, & valide nostra expositio. Nam confidenter & libere enunciabit, Sanctum, qui ex Filio processionem concedit, verbis illis, cum antedictis subdit, *Ex quibus non causam Spiritus Filium facere, sese illi ostenderunt*, quibus processionem concedit, illis prorsus & causam tribuere: quibus vero per Filium processionem, *Ex* in Filio, loco illius *Per*, accipiens, causæ primarium ac principale tollere. Neque enim temere & inconsulto præpositionibus vna pro alia vtitur, sed sciens magnum asserentem Basilium, *Vox enim per Filium primariæ causæ confessionem continet*, hac voce, nempe per Filium, plane corroborat, licet Filius causæ Spiritus particeps est, non ita tamen esse participem, vt primaria Spiritus causa sit: id enim Pater est.

III. Hæc dum dicis, & nostra expositio suum robur habebit, & valide, vt diximus. Aduersarij vero aut vltra contradicendi finem facient, aut rursus in alia sese conuertentes, quod illis in more est, modos omnes fundendorum verborum vsurpantes, posse, inquient, & ex Filio, & per Filium processionem dici, atque existentiam, sed

σονται ἀντιλέγειν. καὶ ἕξει τὸ λοιπὸν τὴν ἰσχὺν ἡ ἡμετέρα κατὰ κράτος ἐξήγησις. ἕξει γὰρ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὡς ὁ τὴν ἐξ υἱοῦ διδοὺς ἐκπόρευσιν ἅγιος, καὶ τὸ, Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν, τοῖς προειρημέναις ἐπάγων, οἷς μὲν ἐκπόρευσιν δίδωσιν, αἰτίαν δίδωσι πάντως, οἷς δὲ τὴν δι᾽ υἱοῦ ἐκπόρευσιν, τὸ ἐξ, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἀντὶ τῆς διὰ, ἐκδεχόμενος, τὸ τῆς αἰτίας πρῶτον ἀφαιρεῖται, καὶ ἀρχικόν. οὐ γὰρ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε τῇ τῶν προθέσεων ἐνταῦθα χρῆται ἀντιπεριχωρήσει. ἀλλὰ τὸν μέγαν εἰδὼς Βασίλειον λέγοντα, Ἡ γὰρ δι᾽ υἱοῦ φωνὴ τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει, διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς, λέγω δὴ, τῆς δι᾽ υἱοῦ, παρίστησιν ἐναργῶς, ὡς εἰ καὶ τῷ υἱῷ τῆς αἰτίας τοῦ πνεύματος μέτεστιν, ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως, ὥστε αὐτὸν τὸ προκαταρκτικὸν τοῦ πνεύματος αἴτιον εἶναι. τοῦτο γὰρ ὁ πατήρ.

Γ'. Ταῦτα ἐρεῖς σὺ, καὶ ἡ ἡμετέρα ἐξήγησις τὴν ἰσχὺν ἕξει κατὰ κράτος, ὡς εἴρηται. οἱ δέ γε δι᾽ ἐναντίας ἢ τοῦ πρόσω στήσονται ἀντιλέγειν, ἢ ἐὰν ἴσως μεταβαλλόμενοι αὖθις, ὥσπερ εἰώθασι, πάντας τρόπους εὑρεσιλογίας ἀεὶ μετιόντες, δύνασθαι φήσουσι καὶ ἐξ υἱοῦ καὶ δι᾽ υἱοῦ ἐκπόρευσιν λέγειν καὶ ὕπαρξιν, πλὴν κατὰ τὸ διῆκον διὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ ταύτης γὰρ αὐτοὶ τῆς

λέξεως πλαστουργοί. οὐ μόνον κατὰ τὸ ἠνωμένως ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν τὸ παροιμιακὸν αὐτοὺς ἐπιφεύγῃ, καπνοῦ καταλήψεται πῦρ. τὸν γὰρ υἱὸν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ διαιροῦντες τοῦ πνεύματος, ἵνα μὴ δῆθεν δύο αἴτια πατὴρ καὶ υἱὸς νομισθεῖεν τοῦ πνεύματος, ὅπερ λόγος ἂν εὐσεβείας οὐδεὶς ποτε παραδέξαιτο. Καὶ διὰ ταῦτα πάνυ πονηρῶς τὸ διήκειν, καὶ πάνυ δυσεβῶς πλαστουργοῦντες, εἰς Ἀρειανισμὸν ἐκτραχηλίζονται οἱ ταλαίπωροι. Λόγος γὰρ ἔσται προσβοηθήσων οὐδείς, μὴ οὐχὶ τοῦ πατρὸς ὑπηρέτην, ἢ λειτουργικόν τι ὄργανον λογίζεσθαι τὸν υἱὸν κατ' αὐτὸ τὸ διήκειν ἐπὶ τῇ ἐκεῖθεν ἐκπορεύσει καθυπουργοῦντα τοῦ πνεύματος. Καὶ τὰ μὲν πρὸς αὐτοὺς οὕτως σοι προσοικονομηθήσονται. καὶ οὕτως ἡ κατ' αὐτῶν σοι νίκη περιγενήσεται.

δʹ. Ἐπεὶ δὲ καί τις ἄλλη ἐν τούτοις ἐστὶ φαύλη μερίς. Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ καὶ αὐτοὶ τὴν ἐκπόρευσιν φρονοῦντες ὀρθῶς, ὅμως δι' ἀναίρεσιν τῆς ὅλως αἰτίας, τὴν ῥῆσιν τὸν Ἅγιον εἰρηκέναι φασίν, ὡς τὸ δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἀντὶ τῆς μετὰ τοῦ υἱοῦ ἐκδεχόμενοι. εἰ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν μετὰ τοῦ υἱοῦ, φασίν, ἐκπορεύεται, πῶς ἂν καὶ εἴη ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἐκπορεύσει κοινωνῶν ὁ υἱὸς τῷ πατρί; Ὅρα εἰ καὶ ἡ τούτων ματαιολογία τὴν

sed eo significatu, quasi *pertranseat* per Filium. Huiusce enim quoque dictionis formatores sunt, non quod vniatur in causa Spiritus cum Patre Filius, & sic quod prouerbio circũfertur, ipsos, cum effugiunt fumum, ignis apprehendet. Nanque Filium a Patre separantes in causa Spiritus, ne videlicet duæ causæ Pater & Filius Spiritus reputentur, quod nullus vnquam pietatis sermo admisit, malitiose nimis hoc *pertransire*, & admodum impie efformantes in Arianismum infelices præcipitantur. Nulla enim ratio auxiliabitur, ne Patris administer, aut instrumentum seruile Filius, per hoc *pertransire*, in processione, quæ inde est, Spiritus, asseruiens existimetur. Et hæc tibi digesta promptaque sint, dum homines contra colloqueris, quibus aduersus eos victoriam facile consequeris.

IV. Veruntamen cum inter eosdem pars alia internoscatur, sed valde improba, quæ licet de processione recte sentiat, attamen Sanctum pœnitus causam tollentem, dictum simile enunciasse contendit, & *processionem per Filium* loco illius, *vna simul cum Filio* accipit. Nanque si per Filium Spiritus, quod idem est, ac si diceres simul cum Filio, inquiunt, procedit, qua ratione in illius processione

Filius

Filius partes obtinebit. Sed quo tandem tendat eorum vaniloquentia ex apponendis nostris expositionibus, deprehendes. Et primum quidem harum præpositionum, quam ipsi prætendunt transumptionem, quibus nam demonstrauerint? Quænam eam Grammaticæ artis curiosa indagatio conquisiuerit? Nam cum mutua præpositionum in sese immutatio ab ijs, qui artem pertractarunt, semel tradita sit, & diligenter, in nullo vnquam eorũ præpositionem *Per* loco illius *Cum* assumi inueneris. Adde etiam, nullum huiusce rei apud profanos reperiri exemplum, sed nec apud nos, qui diuiniorem philosophiam colimus, vllus est, qui loco illius *Cum* præpositionem *Per* accipi tradat, quemadmodum *Ex*, & *Per* apud Basilium, Cyrillum, & Gregorium magnos quidem viros, mutuam vnius pro alia acceptionem inuenies. Secundum, etiamsi id concedatur, forte ex aduersarijs, qui similia tradunt, præter expectationem mutata sententia, ad opem auxiliumque nostrum concurrent. Nanque dictio *Productor per Verbum*, cuius diuinus Damascenus auctor est, causam hac ratione cum Filio Patrem comprobans, sine vlla oppositione, quam veritas poscit Patris & Filij in causa Spiritus vnionem comprobauerit. Interim est, quod plane ipsos conuellet, cum necessario

ἡμετέρου ὀπίσω κεῖται ἐξηγήσεων. Περὶ ταῦτα μὲν πόθεν ἣν ἔτοι προβάλλονται μετάληψιν τῶν προθέσεων ἔχουσιν ἀποδεῖξαι; ποία ταύτην Γραμματικῆς τεχνολογίας ἔχει περίληψιν; τῆς γὰρ πρὸς ἀλλήλας τινῶν προθέσεων ἀντιμεταστάσεως ἅπαξ παραδοθείσης τοῖς τεχνολογήσασιν ἐς τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἔστιν οὐδέποτε εἰλημμένην παρ' οὐδενὶ τὴν διὰ πρόθεσιν ἀντὶ τῆς μετά. Καὶ ἔτι οὐ μόνον λόγος Ἑλληνικῆς σοφίας ἔχει τοῦτο οὐδεὶς, ἀλλά γε οὐδὲ γραφή τις οὐδεμία τῶν ὅσαι τῆς καθ' ἡμᾶς θειοτέρας φιλοσοφίας, ἀντὶ τῆς μετὰ τὴν διὰ παραδίδωσιν, ὡς ἡ τῆς ἐκ καὶ διὰ παρὰ Βασιλείῳ, Κυρίλλῳ καὶ Γρηγορίῳ τοῖς μεγάλοις ἀντιπαραχώρησις εὕρηται. Ἔπειτα δὲ εἰ καὶ τοῦτο δοθείη τάχ' ἂν ἀντιδίκων παρὰ προσδοκίαν οἱ ταῦτα λέγοντες ἐκτραπόμενοι εἰς συμμάχους καταστραῖεν ἡμῖν. Ἡ γὰρ προβολεὺς διὰ λόγου φωνὴ, ἣν Δαμασκηνὸς ὁ θεῖος πεφιλοσόφηκεν, αἴτιον ἐκ τοῦ λόγου τούτου μετὰ υἱοῦ τὸν πατέρα παριστῶσα τοῦ πνεύματος, ἀναπάντητα συνῆπται ἄν, ἣν ἡ ἀλήθεια βούλεται, τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ πνεύματος αἰτίᾳ ἑνότητα. Τρίτον εἰς κατάλυσιν αὐτῶν ἰσχυρὸν, ἣν ἔχει ἀνάγκην ὁ λόγος ὁ

Filium

τὸν υἱὸν ἐκπορευτὸν ἀποφαίνειν. Εἰ γὰρ μετὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, οὐκ ἔστι μὴ καὶ τὸν υἱὸν ἐκπορευτὸν καὶ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι, ὥσπερ αὖ εἰ καὶ τὸν υἱόν τις γεννᾶσθαι λέγοι μετὰ πνεύματος, οὐκ ἔστι μὴ καὶ τὸ πνεῦμα γεννητὸν καὶ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι. Ταῦτα καὶ ἡ δευτέρα τῶν τὴν ἐκπόρευσιν ὀρθοτομούντων μερίς· καὶ τοιοῦτόν σοι τὸ τέλος λοιπὸν ἐπειςσδήποτε προσδιαλεγομένῳ ἀποβήσεται, ἀναπάντητος δηλονότι ἀπόδειξις ἐκ τῆς πανταχόθεν τῶν οἰκείων λόγων στενοχωρεῖσθαι αὐτόν, καὶ εἰς ἀτοπίας περιάγεσθαι τῇ δι' ἀφαίρεσιν τοῦ πρώτου καὶ ἀρχικοῦ, ἵνα μὴ εἴπω τῆς ὅλης αἰτίας, τὸ, Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν, τὸν Ἅγιον εἰρηκέναι. Διὰ τοῦτο καὶ ἅπερ πρὸς ἡμᾶς πολλάκις διαπορεῖς, τὸ πρὸς ἐπιστομισμὸν τῶν δι' ἐναντίας ἑτοίμην ἑαυτῷ προαποταμιεύων ἡμεῖς προσιέμεθα.

ε. Παρείτωσαν γοῦν ἀπάρτι δεύτεροι πρὸς διάλεξιν καὶ τῆς ὁμωνυμίας οἱ πλαστουργοί. ἀλλὰ τί φημι πρὸς διάλεξιν. παρείτωσαν πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπιστομισμόν, πρὸς αἰσχύνην. Τί γὰρ καὶ ἀπολογήσονται παρὰ πάντων Ἁγίων, οἱ τρόπον ὑπάρξεως καὶ ὑποστατικὴν τοῦ πνεύματος ἰδιότητα τεθεολογήκασι τὴν ἐκπόρευσιν βασιλικῷ τῷ πήχει ἀνατρεπόμενοι; Ὁπη-

Filium quoque procedere demonſtret. Etenim, ſi cum Filio procedit, fieri nequit, vt Filius quoque procedens non ſit & dicatur, veluti, ſi quis Filium generari cum Spiritu diceret, Spiritum ipſum generari, & intelligi, & dici confirmaret. Huius ſecundæ, quæ de proceſſione recte ſentit partis, finem ſimilem, ſi ad eam confabulatum accedas, colloquium conſequetur, demonſtrationem ſcilicet, cui illa reſpondere nequeat, quod omni ex parte proprijs enuntiatis aſtringatur, & in abſurda deducatur, ob primarij & principalis, ne dicam vniuerſæ cauſæ, negationem propter illud Sancti dictum, *Ex quibus non cauſam Spiritus Filium facere ſeſe illi oſtenderunt.* Præterea quæ ſæpius ad nos dubia, ad ſeſe opponentium ora frænanda, promptas tibi reſponſiones præparans, proponis, hilariter & benigne excipimus.

V. Accedant itaque deinceps ad colloquium homonymiæ formatores. Sed quid inquam ad colloquium? accedant ad ſui confutationem, ad ſui oris obthuramentum, ad ſui infamiam. Quid enim reſpondebunt a Sanctis omnibus, modum exiſtentiæ & hypoſtaticam Spiritus proprietatem proceſſionem decernentibus, regio, vt dicitur, cubito refutati? Quando

etiam si dictio sui non ita patentem haberet significatum, sed vel minimum ostenderet, & correctione expositionis indigeret, abunde satis essent ad eorum ora obthuranda, qui a Photio ad hæc nostra tempora aduersus Romanam Ecclesiam proprijs commentarijs decertarunt: ij siquidem omnes processionem ex Filio, ex Filio inferre existentiam demonstrare hoc solo moti contenderunt. Opem quoque tulissent ad hoc iucundum certamen, ad quos diuino correptus Spiritu Maximus respondens, vti qui non reciperent, *ex Filio*, veluti causam notantem processionem. Et quid his opus est? diceret quispiã cum ad eos confutandos soli sufficiant, eodem fine ac scopo cum illis concurrentes, atque concertantes, qui, vt causam a Filio solum adimant, socios se certaminis præbent, ac solicitudinis in processionis homonymia, quasi illam sic recte pertractent, quo fit, vt pro amicis inimici, & pro commilitibus hostes euadant. Idcirco cum necessarium minime sit, cum illis colloquia conserere, erit nihilominus si congressus successerit, ex parte eos Arianismo obnoxios ostendere, peiusque iam dictis omnibus, qui per Filium existentiam confitentes,

γε εἰ καὶ μὴ οὕτω εἶχεν ἡ λέξις τὴν σαφήνειαν πρόδηλον, ἀλλ' ἐμφαντικόν τι ταύτῃ ἐνῆν, καί τινος παραμυθίας τῆς δι' ἐξηγήσεως δεόμενον, ἤρκεσαν ἂν τούτοις πρὸς ἐπιστομισμὸν οἱ ἀπὸ Φωτίου καὶ μέχρις ἡμῶν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας διὰ γραφῶν οἰκείων ἀγωνισάμενοι, πάντες τὴν ἐξ υἱοῦ ἐκπόρευσιν, τὴν ἐξ υἱοῦ δηλαδὴ ὕπαρξιν ἀποδεικνύειν φιλονεικοῦντες, παρὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐκτρεπόμενοι. Εἰ δὲ μὴ μόνοι συναντελάβοντο ἂν ἐκείνοις τὴν πρὸς τὴν τούτων καταβολὴν ἀγῶνος, καὶ οἱ πρὸς οὓς ἀπολογούμενός ἐστι Μάξιμος ὁ θεόληπτος, ὡς τὴν ἐξ υἱοῦ μὴ προσιεμένους ἅτε δηλωτικὴν αἰτίας ἐκπόρευσιν. Καί τι ταῦτα, τάχ' ἂν ἡμῖν εἴποι τις, ἐπειδὴ καὶ μόνοι τούτοις ἀρκοῦσι πρὸς ἔλεγχον οἱ νῦν ἐφ' ἑνὶ σκοπῷ συνδρομοῦσι τούτοις καὶ συναγωνισταί, οἱ πρὸς μόνον τὸ τὴν ὅλως αἰτίαν ἀφαιρεῖν τὸν υἱόν, τοῦ ἀγῶνος τούτοις κοινωνοῦντες, καὶ τῆς σπουδῆς ἐπὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ τῆς ἐκπορεύσεως, ὡς ταύτην ὀρθοτομοῦντες αὐτοὶ εἰς ἐχθροὺς ἀντὶ φίλων, καὶ ἀντὶ συμμάχων ἀντιδίκους καθίστανται. Διὰ δὴ ταῦτα τῆς διαλέξεως τῆς πρὸς τούτους τὸ ἀναγκαῖον μὴ ἐχούσης, ἔστω σοι ὅμως καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκ μέρους πως διαλεγομένῳ ἐνεχομένους αὐτοὺς ἀποδεικνύειν τῷ Ἀρειανισμῷ, χεῖρον ἢ τοὺς εἰρημένους πάντας, ὅσοι τὴν δι' υἱοῦ συνομολογοῦντες ὕπαρξιν, τὴν

per

δι' υἱοῦ αἰτίαν οὐ καταδέχονται. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς ὑπουργὸν ἐπὶ τῇ ἐκπορεύσει ποιεῖν ἀπελεγχόμενοι τὸν υἱὸν, τὸν Ἀρειανισμὸν κατακρίνονται. Οὗτοι δὲ οὐ τοῦτο μόνον καθότι καὶ αὐτοὶ οὐχὶ αἰτίας δηλωτικὴν ἐκπόρευσιν ὁμολογοῦσι δι' υἱοῦ, ἀλλά γε δὴ ἐλάττονα καὶ τοῦ πνεύματος, καθότι τὰς διὰ τοῦ υἱοῦ διδομένας χάριτας, εἰς ἃς αὐτοὶ ἀπάγουσι τὴν ἐκπόρευσιν, οὐχ ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν τοῦ πνεύματος ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἁπλῶς τῷ πνεύματι τοῦ υἱοῦ ἐπὶ ταύταις διακονοῦντος φρονεῖν ἀπελέγχονται. Σοὶ οὖν ἐς τόσον καὶ μέχρι τόσου καὶ ἡ πρὸς τούτους ἔστω διάλεξις. Ἡμεῖς δὲ τὰς λύσεις, ἧς προέτεινας ἀπορίας, ἐντελῶς ἤδη σοι ἀποδόντες, ὡς ἐν ὁδηγίας καθὼς σοι ἐπηγγειλάμεθα τύπῳ, ὡς ἂν τὸ πρὸς ἐπιστομισμὸν τῶν δι' ἐναντίας ἕτοιμον εἴη σοι, πειρωμένων ἴσως ἀποδεικνύειν, μὴ δι' ἀφαίρεσιν τοῦ πρώτου καὶ ἀρχικοῦ, πάσης δὲ ὅλως αἰτίας ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ, τό, Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν, Μάξιμον εἰρηκέναι τὸν θεῖον, εἰδέναι σε βουλόμεθα, ὡς καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς, ἐν ᾗ ῥήσει τὸν πατέρα, προβολέα διὰ λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ θεολογῶν πνεύματος, Πνεῦμα υἱοῦ, προστίθησι, λέγομεν, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. μόνος γὰρ αἴτιος ὁ

per Filium causam non amplectuntur. Illi siquidem in processione Patris administrum Filium facere deprehensi, Arianismi rei condemnantur: hi vero non huiusce tantum, cum & ipsi processionem per Filium negant, causam denotare, sed Spiritu etiam inferiorem faciunt, quod per Filium gratias datas, ad quas ipsi processionem attrahunt, non tanquam per Filium Spiritus existentiam, haberet, sed tanquam simpliciter in illis Spiritui Filius ministraret, sentire deprehenduntur. Tibi itaque tantundem nec vltra cum illis esto dissertatio. Nos porro dubij a te propositi solutionibus traditis, viam parantes, vti promisimus, vt eas promptas haberes ad aduersariorum ora obthuranda conantium ostendere, non propter primarij & principalis ademptionem, sed vniuersæ causæ ad Marinum Epistola, illud, *Ex quibus non causam Spiritus Filium facere, sese illi ostenderunt*, diuinum Maximum dixisse, te scire volumus. Sic quoque diuinus Damascenus, vbi Patrem *productorem per Filium manifestantis Spiritus*, decernens, *Spiritum Filij*, addit, *dicimus, non vti ex ipso, sed vti per ipsum ex Patre procedentem. Solus enim causa Pater*, con-

 cordi-

corditer cum magno Maximo eandem ſententiam indiſcriminatim determinat. Sub dictione nanque *Productor per Filium*, Patris & Filij in Spiritus cauſa vnionem confirmans, & præpoſitionem *Ex*, quæ primarium ac principale plene præfefert, Patri attribuens, illud, *Solus enim cauſa Pater*, a Filio Patrem in principali diſcernens, adducit.

VI. Nunc interea reliquum eſt, vt dictum quoque illius, cui a Theologia nomen eſt, & aduerſarij proponunt, commemoremus, non quod illud vti eſt, abſque vlla ſui immutatione proponant, ſed quod neceſſarium eſt, vt inde Sanctum ſibi ipſi concordem oſtendamus, quemadmodum & in dictis ſupra laudatis fecimus: ſed quod, data etiam atque conceſſa immutatione, multum valebit ad demonſtrandum conſenſionem, a Sanctis nempe Patribus cauſam præcipue Patri decerni, quod inde primarium & principale, neceſſario conſequitur. & id ipſum eſſe intelligitur, quod a Filio ſegregatur. Cum enim Oratione diuiniloqui Patris ad eos qui ex Aegypto acceſſerant, in nonnullis exemplaribus habeatur, *Quæcumque habet Pater, Filij ſunt, ſi vnum ingenitum eſſe excipias*, in alijs vero, *vnam ſi excipias cauſam*, inue-

πατὴρ, συνῳδὰ τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ καὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀπαραλλάκτως θεολογεῖ. ὑπὸ γὰρ τῆς, προβολεὺς διὰ λόγου φωνῆς, τὴν τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ πνεύματος αἰτίᾳ ἑνότητα παριστῶν, καὶ τὴν τὸ πρῶτον, καὶ ἀρχικὸν σαφῶς δηλοῦσαν ἐκ, τῷ πατρὶ ἀναφέρων, τὸ, μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατὴρ, ὡς τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα ἐπὶ τῷ ἀρχικῷ διαστέλλων ἐπάγει.

ς'. Λοιπὸν ἐστὶν ἀπάρτι λοιπὸν καὶ ἧς ἐστιν ὅτε προτείνουσι ῥήσεως τοῦ Θεολογίας ἐπωνύμου οἱ ἀντιλέγοντες μνημονεῦσαι. οὐχ ὅτι ἀμεταποιήτως ταύτην προτείνουσι, καὶ τὸ ἀναγκαῖον ἴσως ἐντεῦθεν ἡμῖν αὐτὸν ἑαυτῷ τὸν Ἅγιον συμβιβάσαι, ὡς ἐπὶ τῶν προειρημένων ῥήσεων ἔχει. ἀλλ' ὅτι δοθείσης καὶ συγχωρηθείσης παρ' ἡμῶν τῆς μεταποιήσεως, πολλή τις ἐπαγγέλλεται πρὸς ἀπόδειξιν ἡ συγκρότησις, τοῦ, τὸ αἴτιον παρὰ τῶν Ἁγίων ἐξαιρέτως τῷ πατρὶ ἀφορίζεσθαι διὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν, ὡς ἐντεῦθεν πρὸς ἀνάγκης ἀκολουθεῖν, τοῦτο νοεῖν εἶναι, τὸ καὶ ἀφαιρούμενον τοῦ υἱοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἐπιδημήσαντας Λόγῳ τοῦ θεορρήμονος, ἔστι μὲν γὰρ οἷς τῶν ἀντιγράφων, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστι πλὴν τῆς ἀγεννησίας. ἔστι δὲ παρ' οἷς, Πλὴν τῆς αἰτίας, εὑρίσκεται, οἱ τὴν ἐναντίαν μετιόντες, καὶ τοῦτο δὴ

τὸ, Πλὴν τῆς αἰτίας, τρίτον ἐπὶ τοῖς προειρημένοις δυσὶ τῆς τῶν οἰκείων λόγων σαθρότητος μέρος ποιοῦνται. Ἡμεῖς δὲ ὅτι αἱ τὸ, Πλὴν τῆς ἀγεννησίας ἔχουσαι βίβλοι, τῶν καθ' ἃς τὸ, Πλὴν τῆς αἰτίας, ἐμφέρεται, ἀποφέρονται κράτος, ἱκανῶς ἐν διαφόροις λόγοις προαποδεδειχότες ἐκ τοῦ πᾶσιν, ἐν οἷς τὰς τῆς Τριάδος ὁ Ἅγιος ἀφορίζει ἰδιότητας, τὴν ἀγεννησίαν ἀποκληροῦν τῷ πατρί, καὶ τὸ, πλὴν τῆς αἰτίας νῦν διδόντες καὶ συγχωροῦντες, οὐδέν τι ἀπόνασθαι τῆς μεταποιήσεως ἐῶμεν τοὺς ἀντιλέγοντας. Ἔστω γὰρ τὸ, πλὴν τῆς αἰτίας τὸν Ἅγιον εἰρηκέναι. ποίαν δὴ τὴν αἰτίαν νοῶν ταύτην, ἐξεταστέον. Οὐ γὰρ ἀφορισμένως πλὴν τῆς αἰτίας ἔφη τοῦ πνεύματος, ὅτι μηδέ τις ἦν ὑπὸ τῷ λόγῳ, εἰ ἄρα ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἢ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ αἰτιατὸν τὸ πνεῦμα ἐστίν. ὅπερ τῆς νῦν ἀντιλογίας ἐστίν, ἀλλ' ἀπολύτως, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστιν, ἔφη, εἴγε καὶ ἔφη, πλὴν τῆς αἰτίας. Αἰτία δὲ ἀπολύτως οὕτω λεγομένη, οὐ μόνον τὴν φυσικὴν τοῦ πνεύματος αἰτίαν δηλοῖ, ἀλλά γε καὶ τὴν τῶν κτισμάτων ποιητικήν. Καὶ δεῖ τὸν τὰς σημασίας τῶν γραφικῶν ἀνιχνεύοντα λέξεων σκέπτεσθαι καὶ ἀνερευνᾶν, πῶς ἂν γένοιτο κατ' ἔννοιαν εὐσεβῆ, καὶ φυσικῶς καὶ ποιητικῶς τὸν υἱὸν ἀφαιρεῖν τὴν αἰτίαν, καὶ μόνῳ

inueniatur, qui contra nos faciunt: hoc item, *vnam si excipias causam*, tertiam post duo primum allata, sermonum suorum imbecillitatis partem apponunt. Nos porro cum ostenderimus Volumina, quæ, *vnum ingenitum esse si excipias*, continent, præ illis, quæ, *si excipias causam*, habent, potioris roboris esse, abunde sane in diuersis orationibus, propterea quod in reliquis omnibus, in quibus sanctus proprietates Triadis præscribit, ingenitum esse Patri attribuit, &, *vnam si excipias causam*, nunc dantes concedentesque, nulli commodo esse cõtradicentibus similem immutationem, dignoscamus. Esto siquidem, *vnam, si excipias causam*, Sanctus enunciauerit, quam causam ipse intellexerit, examinandum est. Neque enim separando dixit, *si causam spiritus excipias*. Neque enim illi curæ erat, An ex solo Patre, vel ex Patre per Filium Spiritus causaretur, quod præsentis contentionis est, sed indeterminate, *Quacunque habet Pater, Filij sunt*, dixit, si tamen dixit, *si excipias causam*. Causa vero sic absolute enunciata, non tantum naturalem spiritus causam, sed etiam creaturarum effectricem indicat. Oportetque scriptarum dictionum significatus inuestigantem considerare, & inquirere, quemodo pie intelligendo, & naturali & effe-

ctrice


ctrice causa Filium spoliet, & soli eam Patri ascribat. Et plane quicunque simili modo peruestigat, sententiam rectam illam esse intelliget, nisi secundum causæ primarium & principale. Reperiet quippe simul & Basilium & Athanasium in rebus Theologicis paris nominis, intelligentiam similem vti piam rectamque approbantes, hunc quidem illis, *Et nemo existimet me, tres esse affirmare primarias hypostases. Principium siquidem omnium vnum est, per Filium operans, & in Spiritu perficiens*, Nec non & illis; *Vnum enim scimus ingenitum, & vnum omnium principium, Patrem Domini nostri Iesu Christi:* Athanasium vero in illis, quæ subiungit ad Interrogationem, *Quid Deus est? Omnium principium, vt Apostolus ait, Vnus Deus Pater, ex quo omnia. Nanque Verbum ex eo est generatus, & Spiritus ex eodem procedens. Postmodum vniuersa creatura per Verbum in Spiritu fabrefacta consistit*. Hæc est pietatis summa. hic est sinceræ veræque confessionis vertex. Et tu iam tandem dubiorum a te propositorum exquisitam notitiam habens, a sanctis Patribus causam Patri potissimum ascribi propter primarium ac principale, indeque necessario sequi, hoc ipsum esse quod adimitur Filio intelliges. Percontare rursus, rursus addubita.

ταύτην ἀποκληροῦν τῷ πατρί. Καὶ πάντως πᾶς τις οὕτως ἀνερευνῶν κατ' οὐδὲν ἕτερον τὸν λόγον διορθούμενον γνωριεῖ, ὅτι μὴ κατὰ μόνον τὸ τῆς αἰτίας πρῶτον καὶ ἀρχικόν. Εὑρήσει γὰρ ἅμα καὶ Βασίλειον καὶ Ἀθανάσιον ἐπὶ τὴν θεολογίαν ἰσοκλεεῖς τῆς ἐννοίας ταύτης ἐπισυμμαρτυροῦντας τὸ εὐσεβές, τὸν μὲν, ἐν οἷς, Μηδεὶς οἰέσθω με, εἴρηκε, τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις. ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία, δι' υἱοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ τελειοῦσα ἐν πνεύματι. Καὶ αὖ ἐν οἷς ἔφη. Ἕνα γὰρ οἴδαμεν ἀγέννητον, καὶ μίαν τῶν ὄντων ἀρχὴν, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀθανάσιον δὲ ἐν οἷς. τί ἐστι Θεὸς; εἴρηκε, καὶ ἐπήγαγε τὸ, Ἡ πάντων ἀρχὴ κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα. καὶ γὰρ ὁ λόγος ἐξ αὐτοῦ γεννητῶς, καὶ τὸ πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευτῶς. Εἶτα πᾶσα ἡ κτίσις διὰ τοῦ λόγου ἐν πνεύματι συνέστη δημιουργικῶς. Τοῦτο τῆς εὐσεβείας ἐστὶ τὸ τελεώτατον. Τοῦτο τῆς εἰλικρινοῦς ὁμολογίας τὸ κορυφαιότατον. Καὶ σὺ τέλος ὧν διηπόρηκας τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν παρὰ τῶν Ἁγίων τὸ αἴτιον ἐξαιρέτως τῷ πατρὶ ἀφορίζεσθαι, διὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν ἐσχηκὼς, καὶ τοῦ ἐντεῦθεν πρὸς ἀνάγκης ἀκολουθεῖν, τοῦτο νοεῖν εἶναι τὸ καὶ ἀφαιρούμενον τοῦ υἱοῦ, ἐρώτα καὶ πάλιν. ἀπόρει καὶ πάλιν.

EIVS.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
Εἰς τὸν ΤΟΜΟΝ τοῦ ΚΥΠΡΙΟΥ
κατὰ τῶν νεοφανῶν αἱρέσεων αὐτοῦ σχεδιασθεὶς

Λόγος Α'.



ά. Ἔμελλεν ἄρα πολλὰς καὶ καιρὸν τὰς μεταξὺ τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης Ἐκκλησιῶν ταραχὰς ὁ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἀναρριπίσας πολέμιος εἰς τὸ πάντων τῶν κακῶν ἔσχατον τὴν οἰκείαν νῦν περιστῆσαι σπουδήν. Εἰ γὰρ καὶ τριῶν ὅλων ἑκατοντάδων χρόνου μέτρον ὑπεξετάθη, ἀφ' οὗ τῶν Ἐκκλησιῶν τούτων σχίσμα κρατύνεσθαι ἤρξατο, ἀλλ' οὔπω μέχρι καὶ νῦν ὁ τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος διεσαλεύθη· σχίσμα δὲ ἦν ἄλλως ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν ἐμφιλοχωροῦν, καὶ λόγοι ἑκατέρωθεν διαλεκτικαῖς μεθόδοις παρακεκυλισμένοι, παρεξηγήσεσί τισι τῶν γραφῶν τὸ τῆς ἐννοίας συνετάραττον καθαρόν. Νῦν δὲ εἰς φανερὰν, οἴμοι, τὴν αἵρεσιν ὁ πονηρὸς ἀπαυθαδιάζεται, καὶ πρόδηλον ἄρτι τῶν πατρικῶν δογμάτων εἰσηγούμενος τὴν ἀθέτησιν, τῆς ἐντεῦθεν αἱρετικῆς κακίας πᾶσαν ἀναπλῆσαι τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἀ-

EIVSDEM
IN TOMVM CYPRII
Et nouas eiusdem Hæreses de improuiso dictata

ORATIO I.

E. ALLATIO Interprete.

I. Scilicet hoc restabat, vt, cū multas alio atq; alio tempore, inter veteris ac nouæ Romæ Ecclesias simultates ac turbas salutis nostræ hostis excitasset, nunc tandem in malorum omnium extremum studia sua omnia atque solicitudinem collocaret. Licet enim trium, & trecentorum annorum spatium euolutum est, ex quo dictarum Ecclesiarum dissidium, vires & firmitatem nancisci cœpit, ad hæc nihilominus tempora rectorum dogmatum Ecclesiæ fundamentum non dum concussum fuerat, sed purum dissidium inter ambas partes intercedebat, & sermones dialecticis methodis vtrinque reuoluti, prauis nonnullis scripturarum, interpretationibus sententiæ puritatem interturbabant. At nunc apertam hæresim, væ mihi, improbus contumaciter euomit, & paternis dogmatibus palam exauctoratis, noxa quæ ex hæresi promanat, vniuersam Dei Ecclesiam inficere non veretur,

retur: ſed quomodo, & quibus artibus, ſiue inſtrumentis vſus rerum ſimilium auctor aduerſus Dei Eccleſiam hæc commini- ſcitur, non eſt præſentis temporis referre, & alterius eſſet narrationis, qua ipſe ratione, cum non eſſet ex legitimis huiuſce Vrbis fœtibus, ſed ſpurius, & ab eiuſdem alienus natalibus nouæ hæreſis auctor emerſit: imo & qua ratione Dei, quæ verbis exprimi nequeunt, iudicijs Conſtantinopolitanæ vrbis ſedem occupauit, ſub pietate tyrannidem exercens, canones omnes, legeſque vniuerſas Eccleſiaſticas peſſum dedit. Verum illud tantummodo ad ſignandum hominem cum antea dixerimus, peſtem hanc per mare antea vagam & palantem ad nos tandem deflexiſſe, belluam plane marinam, immanem cetum e Cypro reiectum, & in noſtra penetrantem, non vt Prophetam profugum exciperet, & ad Dei miniſterium ſaluum deduceret, ſed vt Eccleſiam vniuerſam deglutiens, de medio pœnitus tolleret, in eo, quod reliquum eſt, orationis noſtras curas intendemus, vt plene exquiſiteque quiſquis agnoſcat, in quam ſeſe hæreſeon voraginem præcipitem egerit, & qua ratione eos, qui dicta illius audiunt, vna ſecum abreptos præcipitet.

πανηδεύεται. Ἀλλ᾽ ὅπως μὲν καὶ διὰ τίνων, καὶ τίσι χρώμενος τοῖς ὀργάνοις, ὁ τῶν τοιούτων ἀρχηγὸς κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ταῦτα ἐπιτεχνᾶται, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν ἐστίν. ἄλλης γὰρ ἂν εἴη τῆς πραγματείας καθιστορῆσαι, ὅπως οὐ τῶν γνησίων αὐτῆς γεννημάτων, νόθον δὲ καὶ τῶν αὐτῆς ὠδίνων ἀλλότριόν ἐστι κυοφόρημα, ὁ τῆς ἀρτιφανοῦς αἱρέσεως ἀρχηγός. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὅπως ἀῤῥήτοις Θεοῦ κρίμασι τοῦ τῆς Κωνσταντίνου θρόνου ἐπέβη, τῇ εὐσεβείᾳ συντυραννήσας, καὶ πάντα κανόνα καὶ θεσμοὺς πάντας Ἐκκλησιαστικούς. ἐκεῖνο δὲ μόνον εἰς ὀλίγον εἰρηκότες γνωρίσομεν τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι τὸ κακὸν τοῦτο διαπόντιον εἰς ἡμᾶς ἧκε, θὴρ ἀτεχνῶς θαλάττιος, ἄγριον κῆτος, τῆς Κύπρου ἐπαναστὰν, καὶ τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς ἐνδεδημηκὸς, οὐχ ἵνα φυγάδα Προφήτην ὑποδέξηται, καὶ εἰς ὑπηρεσίαν Θεοῦ διασώσηται, ἀλλ᾽ ἵνα Ἐκκλησίαν ὅλην καταπιὸν, ἄφαντον ἀπεργάσηται, τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου σπουδὴν ποιησόμεθα σαφῶς πάντη παραστῆσαι καὶ ἀκριβῶς, εἰς οἷόν τι αὐτὸς αἱρέσεων βάραθρον καταπεκρήμνισται, καὶ ὅπως σὺν αὐτῷ τοὺς πειθομένους ἐλεεινῶς, οἴμοι, συγκατασπᾷ.

II. Diu multumque, vt antea dixeram, Eccleſiarum diſſidium

β΄. Ἦν μὲν, ὡς ἤδη μοι εἴρηται, χρόνιον τῶν Ἐκκλησιῶν τὸ σχίσμα καὶ

οὐ βραχὺ, καὶ τὴν πρώτην τῶν τοῦ Φωτίου χρόνων ἀναρρήξαν ὠδῖνα, ἐς τόδε παρετάθη καιροῦ, καὶ ἦσαν μὲν, ὥσπερ μοι καὶ προείρηται, λόγοι τῶν μερῶν ἑκατέρωθεν διαλεκτικαῖς μεθόδοις διακροτούμενοι, καὶ παρεξηγήσεσί τισι τῶν γραφῶν τὸ τῆς ἐννοίας συνταράττοντες καθαρόν. ἀλλ' οἱ τοῖς Ἰταλοῖς προσδιαλεγόμενοι, σοφίσμασιν αὐτῶν τὰ πολλὰ, καὶ συλλογιστικαῖς ἀπάταις διακρουόμενοι τὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν δόγματα, οἷς πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐχρῶντο σύστασιν Ἰταλοὶ, οὐδέποτε ἀναιδῶς οὕτως ἠθέτουν, ὡς ἡ τοῦ Κυπρίου γλῶττα νῦν καὶ διάνοια. Τίς γὰρ τῶν ἐξ ἐκείνου, καὶ ἕως τοῦ νῦν τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀθετῆσαι εὑρίσκεται; ζητηθήτω καὶ οὐδεὶς εὑρεθήσεται. Τίς τῶν ἁπάντων τὸ, διὰ τοῦ προσεχοῦς, μηδὲν διαφέρειν τοῦ προσεχοῦς εἴρηκεν; οὐδὲ οὗτος ζητηθεὶς εὑρεθήσεται. ἀλλ' ὁ Κύπριος, ὢ γνώμης πονηρᾶς, καὶ ψυχῆς μηδὲν ἡγουμένης δεινὸν, εἰ πάντα αἱρετικῶς γλωσσαλγήσειε, μόνον εἰ τὴν καθ' ἡμῶν κακίαν ἑαυτοῦ ἐξανύσειεν, ἐπὶ τοῖς δυσί τε τούτοις δόγμασι μεγάλας ἀπηρεύξατο βλασφημίας, καὶ οἵας προϊόντες εἰσόμεθα, καὶ ἐφ' ἑτέροις πατρικοῖς δόγμασιν οὐκ ὀλίγα τὴν ἀλήθειαν ἐλυμήνατο. Καὶ ἵνα καθ' εἱρμὸν ἡμῖν ὁ ταῦτα ἐλέγχων λόγος προ-

ſidium increbuerat, & ætate Photij primum in lucem proiectum, ad hæc noſtra tempora peruenit, ſed, vt etiam a me antea dictum fuerat, ſermones dialecticis methodis vtrinque reuoluti prauis nonnullis ſcripturarum interpretationibus ſententię puritatem interturbabāt. Verum qui cum Italis congrediebantur, eoſdem vt plurimum fallacibus concluſiunculis, & ſyllogiſticis fraudibus refutantes, noſtrorum Patrum dogmata, quibus ad ſua corroboranda Itali vtebantur, nunquam ita impudenter, vt nunc lingua Cyprij, & audacia, refutabant. Quis enim ex eo tempore, ad hoc præſens repertus eſt, qui ſancti Spiritus *ex Patre per Filium proceſſionem* amoliretur? Quæratur licet, nullus comperietur. Quis vnquam omnium, *quod per illud quod contigue eſt, ab ipſo contiguo non differre*, enunciauit? Neq; hic quidem licet anxie inueſtigetur, aderit. Veruntamen Cyprius, o mentem improbam! animumque haud vilum malum eſſe reputantem, ſi cuncta hæreticorum more fando pronunciauerit, ſi ſuam in nos improbitatem tantummodo exercuerit, in vtroque hoc dogmate ingentes blaſphemias eructauit, quas procedente oratione intelligemus, & in alijs quoque Patrum decretis

 non

non parum veritatem vulnerauit. Et vt suo ordine, quæ similia refellit, oratio procedat, Codex ad manus arripiendus a nobis est, quem ille immaniter quantum cõtra nos rabie actus, heri & nudius tertius temere concinnauit, partim vt suam in nos improbitatẽ expleret, partim vt magis simplicium animos in fraudem ageret, nos æque ac si noua, & aliena dogmata introduceremus, a reliquis Ecclesiæ membris abscindere, ipse subire, quæ in alios impudenter audet, dignus, conatus non remittit: in hoc quoque primum superbiæ auctorem æmulatus, quem a pueris ad hoc tempus, atque ætatem, vt bene callent, qui res illius apprime tenent, in se ipso contubernalem & socium complectitur. Hoc porro Codice assumpto, inde seligemus omnia, quibus vere ipse hæretica tenens ac sentiens, nos, quasi illa sentiremus ac teneremus, criminatur.

III. Cum vero in eo præ rebus alijs a principio initam œconomiam & pacem mirum in modum repræhendat, & insectetur, licet ipse ante & supra alios eandem studiose approbauerit promoueritque, prius quam de dogmate disputationem aggrediamur, ingentem eiusdem in hac parte vesaniam euulgabimus. Euulgabimus vero, si in hoc quoque aperte cun-

βάρη, δεῖ μετὰ χεῖρας ἡμᾶς λαβόντας τὸν Κώδικα, ὃν ἀρχέτως οὗτος λυπήσας χθές που καὶ περὶ τρίτης καθ' ἡμῶν ἐσχεδίασε, τὸ μὲν ἵνα τὴν καθ' ἡμῶν ἑαυτοῦ ἀποπλήσῃ κακίαν, τὸ δ' ἵνα τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ἀπατήσῃ ψυχάς, ὡς ξένων τινῶν δῆθεν δογμάτων εἰσηγητὰς τῆς κοινῆς ἡμᾶς ἀποτέμνων ὁλομελείας, ὧν παθεῖν ἄξιος, ἐφ' ἑτέρους ταῦτα πράττειν ἀναιδῶς οὐχ ὑποστελλόμενος, καὶ τὸν πρῶτον κἀν τούτῳ τῆς ὑπερηφανίας μιμούμενος εὑρετήν, ὃν ἐκ παίδων, καὶ ἐς τόδε χρόνου καὶ ἡλικίας, ὡς οἱ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδότες ἀκριβῶς ἴσασιν, ὅλον ἑαυτοῦ καὶ σύνοικον ἔχει καὶ σύντροφον. τὸν τοιοῦτον δὴ Κώδικα μετὰ χεῖρας δεῖ λαμβόντας ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἀπολέξασθαι πάντα, οἷς ἀληθῶς αὐτὸς αἱρετίζων, ὡς τοῦτο πάσχοντας ἡμᾶς διαβάλλει.

γ'. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων ἐν τούτῳ τῆς γενομένης τέως καταρχὰς οἰκονομίας καὶ εἰρήνης πολλὴν ὅτι ποιεῖται καταδρομήν, καὶ ταῦτα περὶ τῶν ἄλλων καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πολλὴν αὐτὸς τὴν συγκρότησιν παρασχών, περὶ τῶν δογματικῶν καὶ ἡμεῖς λόγων τὴν ἐν τῷ μέρει τούτῳ παραπληξίαν αὐτοῦ στηλιτευσόμεθα. στηλιτευσόμεθα δέ, εἰ καὶ ἐν τούτῳ πολέμιον ἄντικρυς τῶν Πατέρων, ὥσ-

περ οὖν κἀν τοῖς δόγμασιν αὐτὸν ἀποδείξομεν. Εἰ γὰρ τοσοῦτον τοῖς Πατράσιν ἡμῶν τὸ τῆς οἰκονομίας ταύτης καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα ἐγινώσκετο, ὡς καὶ παραινέσεις ἐγγράφους ἐφ' οἷς ἐκεῖνοι ἐφ' ἕνωσιν Ἐκκλησιῶν θεοφιλῶς διεπράξαντο, ἡμῖν τοῖς ὀψιγόνοις καταλιπεῖν πρὸς τὸν ὅμοιον ὥσπερ ζῆλον παρακαλέσας ἡμᾶς, πῶς οὐκ ἂν ἡμεῖς μὲν μαθηταὶ Πατέρων ὄντως εἶναι κριθείημεν, τὴν ἄνω καὶ κάτω τοῦ λόγου παρ' αὐτοῦ διασυρομένην οἰκονομίαν κατὰ ζῆλον μετελθόντες θεοφιλῆ, αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ταύτης διαβολὴν, πολέμιος ἐκείνων ἀληθῶς καὶ ἀντίδικος; Καὶ συστήσει μοι τὸν λόγον ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἀντιοχεῖς Τόμῳ παραδιδοὺς ἀκριβῶς, ὅπως ἄριστόν ἐστι καὶ πάνυ θεοφιλὲς, τὰς ἐν λέξεσι παρορᾶν διαφορὰς, ὁπηνίκα εἴη κατὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ ὁμοφροσύνην συμβαίνειν τοὺς ἀδελφούς. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἐπὶ ἄλλων, ἀλλὰ τούτων αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἐκκλησιῶν, περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος ἡμῖν. Συστήσει μοι τὸν λόγον Βασίλειος ὁ τὴν σοφίαν ἅμα καὶ τὴν ἁγιωσύνην ἀσύγκριτος, τὴν Θεὸς φωνὴν ἐπὶ τῷ ζωοποιῷ πρὸς μικρὸν ὑπερτιθέμενος πνεύματι ἐπὶ ἀδελφῶν ἑνώσει, καὶ οἰκονομίᾳ τινὶ κρείττονι. Συστήσει μοι τὸν λό-

eundẽ Patribus aduersari, quemadmodum & in dogmate demonstrabimus. Nanque si Patribus nostris res similis œconomiæ nomenq; adeo charum fuit, vt & scripto traditis admonitionibus modos, quos illi tenuere ad Ecclesiarum vnionem, vti Deo placebat, stabiliendam nobis posteris tradiderint, ad similem zelum suamque æmulationem excitantes, qua ratione nos, non eorundem veri discipuli reputabimur, qui susq; deque & in qualibet orationis suæ parte ab eodem œconomiam pessimis modis lacessitam zelo diuino procurauimus, ipse vero qui illam criminatur, illorum verus hostis & aduersarius? Confirmabit hanc meam Orationem rebus diuinis pertractandis præcelebris Athanasius, qui Tomo ad Antiochenos palam admonet, *optimum esse & admodum pium differentias in dictionibus contemnere; cum secundum sententiam fratres concordant*. Et quod magis admiratione dignum est, non de alijs, sed his ipsis nationibus, de quibus in præsentia nobis sermo est, loquitur. Confirmabit orationem meam sapientia simul & sanctitate incomparabilis Basilius, qui *Deus* dictionem de viuifico Spiritu, parum ad tempus differebat, vt fratres vniret, & melius res disponeret. Confirmabit orationem

meam,

meam, qui ob excellentiam in rebus Theologicis cognomen sibi Theologi vendicauit, dum non absimilis dispensationis viam iniens, non reijciebat Iudæorum gentem, quin eos amplectebatur & ampliter, *si perunčti vocem pro Christo accipientes, vna cum nobis numerari vellent*. Confirmabit meam orationem, & vere magnus Maximus, qui testimonio suo comprobat, *diuiniloquos Patres sæpenumero voces quidem permittere, sententias vero nunquam: quod non in syllabis sed in sententijs & rebus salutis nostræ mysterium continetur*. Confirmabit orationem meam, & sanctus martyr Dionysius, *a ratione alienum*, nuncupans, *& absurdum, non vim ipsam orationis attendere, sed verba; neque hoc proprium esse eorum, qui res diuinas intelligere cupiunt, sed sonos exiles aucupantur, eosdemque extrinsecus admittunt; Quasi non liceat quatuor per bis duo significare, aut directas lineas, per rectas lineas, aut materiam per patriam aut aliud quodlibet per id quod in pluribus orationis partibus æquiualet*. Hi, omnes Patres, seruarores, accurati fidei custodes orationem meã comprobabunt, qua ego vti certum enuncio, Oeconomiæ ab initio initæ & pacis criminationem, vt Patrum hostem

γον ὁ διὰ τὸ ὑπερέχον ἐπὶ θεολογίαις τὴν ἐπωνυμίαν Θεολόγος, τὴν αὐτήν τε τῆς αὐτῆς οἰκονομίας ὁδὸν μετερχόμενος, καὶ μηδὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν, εἰ τὴν τοῦ ἠλειμμένου φωνὴν ἀντὶ τῆς Χριστοῦ πρὸς ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τετάχθαι, ἡδέως καταδεχόμενος. Συστήσει μοι τὸν λόγον καὶ ὁ μέγας, ἀληθῶς Μάξιμος, φωνὰς μὲν πολλάκις τοὺς θεηγόρους Πατέρας παραχωρεῖν διαμαρτυρόμενος, ἐννοίας δὲ οὐδαμῶς, ὅτι μὴ ἐν συλλαβαῖς ἀλλ' ἐν νοήμασί τε καὶ πράγμασι τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὑπάρχει μυστήριον. Συστήσει μοι τὸν λόγον καὶ Διονύσιος ὁ ἱερομάρτυς, ἄλογον καὶ σκαιὸν πάνυ ἀποκαλῶν τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι, καὶ τοῦτο μὴ τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων ἴδιον εἶναι, ἀλλὰ τῶν ἤχους ψιλοὺς ταῖς ἀκοαῖς εἰσδεχομένων διαβεβαιούμενος. ὥσπερ οὐκ ἐξὸν τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν διὰ τοῦ δὶς δύο σημαίνειν, ἢ τὰ εὐθύγραμμα διὰ τῶν ὀρθογράμμων, ἢ τὴν μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος, ἢ ἕτερόν τι τῶν τοῖς πολλοῖς τοῦ λόγου μέρεσι ταυτὸ σημαινόντων. Οὗτοι δὴ πάντες οἱ πατέρες, οἱ σωτῆρες, οἱ ἀκριβεῖς τῆς πίστεως φύλακες συστήσουσί μοι τὸν λόγον, καθ' ὃν ἐγὼ διαβεβαιοῦμαι, καὶ τὴν τῆς γενομένης κατ' ἀρχὰς οἰκονομίας καὶ εἰρήνης καταδρομήν, ὡς πολέμιον ἀληθῶς τῶν Πα-

τέρον ποιεῖσθαι τὸν Κύπριον. Εἰ γὰρ ὡς ὁ τῆς θεολογίας ὅρος, καὶ κανὼν φησιν ἄντικρυς, οὐδὲ τὰς ἐλαχίστας πράξεις εἰκῆ παρεωρᾶσθαι τοῖς ἀναγράψασι γέγονε, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος μνήμῃ διασωθῆναι, ἀλλ᾽ ἵνα ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνήματα, καὶ παιδεύματα τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς διασκέψεως, οἷον κανόσι τισὶ καὶ τύποις τοῖς προλαβοῦσιν ἑπόμενοι παραδείγμασιν, τί ξένον ἡμεῖς καὶ τῆς ἀληθείας ἀλλότριον διεπράξαμεθα, τὸ ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ ἰσοδυναμοῦν τῆς ἐκ καὶ διὰ πάντη εὑρίσκοντες ἀναμφίβολον, καὶ τὴν μετὰ τῶν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα λεγόντων εἰρήνην πραγματευσάμενοι, ὡς τὴν ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐκπόρευσιν καὶ στέργοντες καὶ πρεσβεύοντες. Τοιαῦται εἰσὶν αἱ κακουργίαι τοῦ δόγματος. Ταῦτα τὰ ἔκφυλα δόγματα, ἅπερ ἡμᾶς τολμῆσαι εἰς ταραχὴν οὐκ ὀλίγην, καὶ μέγαν ἀναρριπισμὸν πολέμου τῆς Ἐκκλησίας ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς Κύπριος καθ᾽ ἡμῶν νεανιεύεται. Σὺ δ᾽ ἀλλ᾽ αὐτὸς εἰπέ μοι, ὁ ταῦτα καθ᾽ ἡμῶν νεανιζόμενος, τὴν διὰ ἐκλήψῃ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, εἰ πάντα φυσικῶς ἐστι δι᾽ υἱοῦ ἐκ πατρός, ὅσα δὴ καὶ εἴρηται δι᾽ υἱοῦ, οὐδὲ γὰρ τὴν ὑπηρετικὴν τῆς προθέσεως ταύτης ἔννοιαν τολμήσεις παραφθέγξασθαι πάντως, εἰ μὴ προ-

hostem Cyprium persequi. Etenim si, vti Theologicum præscriptum & regula aperte decernit, neque minimas actiones neglectas fuisse ab ijs, qui eas recensuerunt, & ad hæc tempora earum memoriam conseruarunt, vt nos haberemus commentaria & instructiones ad similia, cum occasio sese tulerit, perloluenda, veluti regulas & formas, quæ nos præcesserunt exempla sequentes, quid nouι nos, aut a veritate alieni peregimus, cum in rebus Theologicis præpositionum *Ex* & *Per* æquales absque vlla hæsitatione vires inuenientes, vna cum asserentibus ex Patre & Filio Spiritum procedere, pacem procurauimus, qui ex Patre per Filium processionem & amplectimur & profitemur? Hæc ne sunt in dogmate maleficia? Hæc spuria ac peregrina dogmata? quæ nos ausos fuisse, ad maximas turbas, & ingens belli Ecclesiastici incitamentum, veritatis hostis Cyprius petulanter atq; inconsiderate effutijt. Veruntamen tu, qui similia contra nos iactanter blateras, præpositiones *per* assumes de Filio, si omnia naturaliter sunt ex Patre per Filium, quæcumque per Filium asseruntur: neque enim seruilem huiusce præpositionis intellectum audebis vnquam asserere, ni prorsus & patenter desi-

desipis: quænam ergo ratio non suadebit tibi harum præpositionum vires æquales?

IV. Sed tempus iam est, Codicis pericopas blasphemiarum plenas colligere, & vnicuique in nostra veritate firmata scriptione digestæ, refutationem quamaptissime accommodare. *Audet ne quispiam*, ait, *inter nos dicere, ex Filio Spiritum procedere, quemadmodū procedit ex Patre? & vnigenitum causam illius ea ipsa ratione, qua & generans vnigenitum Pater?* O mi homo, qualem consuis dolum. Quanta hæc tua verba curiositate deformantur. Nos in omnibus scriptis nostris ex Patre per Filium procedere, dum amplectimur, & profiteri non denegamus, pacem cum processionem ex vtroque tradentibus, vti asseclæ & imitatores Patrum nostrorum, qui sese demittentes, non absque œconomia similia pie admodum peregerunt, iniuimus: At tu, vti ex ipso Patre, ita & ex Filio Spiritum procedere nos dicere affirmans, quare non & primariam & principem caussam Spiritus nos asserere non scripsisti, aut Spiritus productorem, vti & Pater est, forte etiam & Filij alterius genitorem, tanquam qui omnia quæ Patris sunt sibi vendicat? Etenim si causa Spiritus vnigenitus

φανερῶς μέμηνας, ποῖος οὐ πείσει σε λόγος πρὸς τὸ τὴν τοιούτων προθέσεων ἰσοδυναμίαν;

δ΄. Ἀλλὰ καιρὸς ἤδη τὰς περικοπὰς ἀναλεγομένους τὰς τῶν βλασφημιῶν Κώδικος, τὰς πλήρεις τῆς ἀληθείας ἡμῶν κατεστερεωμένῃ γραφῇ, καὶ τὸν ἐφ᾽ ἑκάστῃ αὐτῶν ὀρθοτομεῖν ἔλεγχον. Τολμᾷ τις ἐν ἡμῖν, φησι, λέγειν, ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός; ὅτι καὶ ὁ μονογενὴς αἴτιος αὐτοῦ, καθὰ δὴ καὶ ὁ τὸν μονογενῆ γεννήσας πατήρ. Ὢ οἷον ἀρτύεις τὸν δόλον, καὶ πόσον σοι τοῖς ῥήμασι τὸ περίεργον ἔνεστιν. Ἡμεῖς διὰ πασῶν τῶν ἡμετέρων γραφῶν τὸ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι στέργειν καὶ πρεσβεύειν ὁμολογοῦντες, πρὸς τὴν εἰρήνην τῶν τὴν ἐξ ἀμφοῖν λεγόντων ἐκπόρευσιν, ὡς ὀπαδοὶ καὶ μιμηταὶ τῶν ἐπὶ συγκαταβάσει τινὶ καὶ οἰκονομίᾳ τοιαῦτα θεοφιλῶς διαπραξαμένων Πατέρων ἡμῶν, ἤλθομεν. Σὺ δὲ ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρός, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἡμᾶς τὸ πνεῦμα λέγειν διαβεβαιούμενος, πῶς οὐχὶ καὶ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ πνεύματος αἴτιον τὸν υἱὸν λέγειν ἡμᾶς ἔφης, ἢ καὶ προβολέα τοῦ πνεύματος κατὰ τὸν πατέρα, τάχα δὲ καὶ υἱοῦ ἄλλου γεννήτορα, ὡς πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐξιδιωσάμενος; Εἰ γὰρ αἴτιος τοῦ πνεύματος ὁ μο-

νογενὴς ἡμῖν πρεσβεύεται κατὰ σὲ, πάντα δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τὸν μονογενῆ γεννήσας πατὴρ, πρεσβευθείη ἂν καὶ ἀρχικὸν αἴτιον κατὰ τὸν πατέρα, καὶ πατὴρ ἔσται αὐτοῦ υἱοῦ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐπακολουθήσει τὰ ἄτοπα, ὧν ἐπὶ τὴν σὴν ἡ βλασφημία τρέποιτο κεφαλήν.

ε. Ἀθετοῦμεν, φησὶν, αἰνιττόμενος ἑαυτὸν τὰς ἐπικινδύνους περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως λαληθείσας φωνάς. τὸ γὰρ παναγίον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου μαθόντες, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ὁμολογοῦμεν, καὶ αὐτὸν τοῦ εἶναι οὐσιωδῶς αὐχεῖν αἴτιον, ὥσπερ δήπου καὶ αὐτὸς ὁ υἱός. τὸν δὲ υἱὸν ἐκ πατρὸς μὲν οἴδαμεν καὶ πιστεύομεν, καὶ αἴτιον ἑαυτοῦ καὶ ἀρχὴν φυσικὴν τὸν πατέρα πλουτεῖν. ὁμοούσιον δὲ καὶ συμφυὲς τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχειν πνεῦμα. οὐ μὴν δὲ ὅτι ἡ ὕπαρξις τῷ παναγίῳ πνεύματι διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Ἐνταῦθα τῆς βλασφημίας τὸ κορυφαιότατον. ὧδε τῆς ἀρτιφανοῦς αἱρέσεως ἀπαρακάλυπτος θρίαμβος. τοῖς παροῦσι ῥήμασι καὶ νοήμασιν ὁ νέος αἱρεσιάρχης ἐκπομπεύει τὴν αἵρεσιν. Οὐ διὰ τοῦ υἱοῦ φησὶν, οὐδὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἡ ὕπαρξις τῷ παναγίῳ ἔνεστι πνεύματι. καὶ ἡ κατασκευὴ ὡς θαυμασία. Εἰ γὰρ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, φησι, παρά τισι τῶν Ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ

tus a nobis asseueratur, vt tu ais, quemadmodum & ipse, qui vnigenitum generauit Pater, asseuerabitur vtique & principalis causa, vti Pater est, & pro Filio Pater fuerit. & pleraque alia absurda subsequentur, quorum blasphemia in tuum caput conuertatur.

V. *Reprobamus*, ait, seipsum innuens, *periculosa de Spiritus sancti processione enunciata. Nanque cum sanctissimum Spiritum ex Patre procedere, ab eodem Deo & Verbo didicerimus, ex Patre existentiam habere confitemur, gloriarique causam, quod ipse sit, essentialiter Patrem agnoscere, quemadmodum & Filius. Filium vero ex Patre quidem scimus & credimus, eodemque sui causa & principio Patre locupletari, sibi vero consubstantialem & connaturalem, qui ex Patre est: Spiritum habere: non vero existentia Spiritus sanctissimi per Filium aut ex Filio est.* Hic plane est blasphemiarum vertex. Hic de nouo exortæ hæresis triumphus apertissimus. Hisce verbis atque sententijs nouus Hæresiarcha hæresim prodit. *Non est*, ait, *per Filium neque ex Filio Spiritus sanctissimi existentia.* Et huiusce probatio, quam admirabilis sit, considera. *Licet enim, apud nonnullos Sanctos per Filium procedere Spi-*

ritus

ritus sanctus astruatur, dictio hic in æternam effulsionem, non ad esse pure significat progressum. Et primum quidem intelligere non valeo, qua ratione admirabilis hic subtilisq; Theologus effulsionem in æternum Spiritus, a puro progressu ad esse distinguat. Etenim si in rebus theologicis præcellentissimo Gregorio tradente, *Effulsionis, aut mutuæ inter se relationis differentia, differentem & personarum appellationem cõstituit,* huiuscemodi vero effulsionis, aut mutuæ inter se relationis discrimen Pater noster Nyssenus interpretans, & aperte declarans, ad duarum personarum causæ differentiam sine vlla dubitatione deducit, in ea sola, inter sese distingui decernens, eamque non aliam esse quam *hanc quidem contigue, aliam vero per illud quod a primo contigue est*, determinans, non plane capio, quænam alia sit in æternum per Filium Spiritus effulsio nisi ipsius ex Patre per Filium hypostasis progressus.

VI. Postmodum etiam si concederemus, hæc inter se differre, ex quibusnam secretioribus, & nobis non dum cognitis decretis theologicis, hic, qui omnia examinat, Theologus, expiscatur, aliud notare ex Patre, cum non additur Filius, & aliud

ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται πρόοδον. Πρῶτα μὲν συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πῶς ὁ θαυμαστὸς οὗτος καὶ λεπτὸς θεολόγος τὴν εἰς ἀΐδιον δι' υἱοῦ τοῦ πνεύματος ἔκφανσιν τῆς εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς διαστέλλει προόδου. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον τὸ τῆς ἐκφάνσεως, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον καὶ τὴν τῶν προσώπων κλῆσιν πεποίηκε. τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς ἐκφάνσεως, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ Νύσσης ἐξερμηνεύων, οἷον καὶ διασαφῶν εἰς τὴν τοῦ αἰτιατοῦ τῶν δύο προσώπων διαφορὰν σαφῶς πάντη ἀπάγει, ἐν μόνῃ ταύτῃ διαφέρειν ἀλλήλων ταῦτα θεολογῶν, καὶ ταύτην οὐκ ἄλλο τι, ἀλλ' ἢ τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου εἶναι διοριζόμενος, οὐκ οἶδα λοιπὸν, εἴ τι ἄλλο ἢ εἰς ἀΐδιον δι' υἱοῦ τοῦ πνεύματός ἐστιν ἔκφανσις παρὰ τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως πρόοδον.

ς'. Ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ ταῦτα διαφέρειν ἀλλήλων δοθήσεται, ἐν ποίαις ἀποκρύφοις, καὶ ἡμῖν ἐς δεῦρο ἀγνώστοις θεολογίαις ὁ ἐξεταστικὸς εὗρεν οὑτοσὶ θεολόγος, ἄλλο μὲν σημαίνειν τὸ ἐκ πατρὸς, μὴ προσκειμένου καὶ τοῦ υἱοῦ, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Ἐκ τοῦ πατρὸς, φη-

σιν ἐκπορεύεσθαι τὸ πανάγιον πνεῦμα παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ λόγου μαθόντες, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχειν ὁμολογοῦμεν. Ἀληθὴς ἡ ὁμολογία. ἐφεξῆς δὲ παρακατιών. Εἰ δὲ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, φησι, παρά τισι τῶν Ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται πρόοδον. Οὐκ ἀληθὴς ἐνταῦθα ἡ τῶν οὕτω λεγομένων περίληψις. ἡ γὰρ ἀλήθεια μιᾶς ἐννοίας καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν σημαντικὴν τὴν λέξιν βούλεται εἶναι. Εἰ δὲ καὶ πάλιν τὴν ἐπινενοημένην ταύτην διαφορὰν συγχωρήσομεν, ἔλεγχός τις καὶ οὕτω τοῦ νέου αἱρεσιάρχου κατ' ἄλλον ἀνακύψει τὸν λόγον. Ἔστω σοι, ὦ οὗτος, ἡ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπόρευσις, ἔκφανσις τοῦ πνεύματος δι' υἱοῦ ἐκ πατρός. εἰλήφθω σοι καὶ ἡ ἔκφανσις, ὅπως αὐτὴ καὶ ἀρέσκει σοι. τί φήσεις, ἔκτοτε περὶ τῆς διά; ὑπουργὸν ἐρεῖς τὸν μονογενῆ τῆς ἐπινενοημένης σοι δι' αὐτοῦ ἐκφάνσεως τοῦ πνεύματος ἐκ πατρὸς, ἢ τὴν ἐντεῦθεν εὐλαβούμενος βλασφημίαν, φυσικὴν τοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τῇ ἐκφάνσει ταύτην τὴν μεσιτείαν ὁμολογήσεις. Εἰ δὲ φυσικῶς ἐκφαίνεται διὰ υἱοῦ, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, ἐκπορεύεται διὰ υἱοῦ κατὰ σέ. ἆρα ξυνομολογήσεις καὶ ἔτι περὶ τὴν τῶν ἐξ ἀμφοῖν ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα λε-

ex Patre per Filium procedere. *Ex Patre*, inquit *sanctissimum Spiritum procedere, ab ipso Deo & Verbo edocti, ex Patre & principium habere confitemur*. Vera isthæc confessio est. & orationem prosequens, ait. *Licet enim a nonnullis Sanctis per Filium procedere Spiritus sanctus astruatur, dictio hæc in æternum effulsionem, non ad esse pure significat progressum*. Quæ hisce verbis complectuntur pura puta mendacia sunt. Veritas siquidem poscit eandem sententiam in ambabus personis dictione simili connotari. Quod si rursus commenticiam hanc differentiam concedamus, sic etiam noui huiusce hæresiarchæ secundum aliam rationem refutatio assurget. Detur tibi, o Cyprie, ex Patre per Filium processionem, effulsionem esse Spiritus ex Patre per Filium. Assumatur etiam, vt tibi lubet, ista effulsio, quid tum postea de præpositione *Per*, asseueraueris? Affirmabis ne Vnigenitum huiusce per te excogitatæ *effulsionis Spiritus per ipsum*, ex Patre effulsionis administrum? Vel quam, inde exoritur blasphemia, vitans, naturalem vnigeniti in effulsione hanc mediationem adstrues? Quod si naturaliter per Filium effulget, id idem fuerit dicere, te iudice, procedit per Filium. Et contendes

ne vltra, & ab eorum vnione, qui ex vtroque Spiritum procedere probant, te subtrahes? *Per* enim præpositio a te naturaliter assumpta pares sibi vires cum præpositione *Ex* non destruit. Aut nunc quidem concedes ex Patre per Filium procedere idem esse ac ex vtroque ipsum procedere, fateberis, nunc illud inficias iueris? Quod si id est, haud addecebat te adeo immaniter in nos blasphema illa eructare, & improbi nos instrumenta compellere, & fœtus Dei Ecclesiæ vituperabiles, & filios illius spurios, & claudicantes, & prauam generationem, & peruersam, aliaque, quæ tua venenata dicacitas contra nostram pietatem audacter impudenterque deblaterat. Etenim si est aliqua processio per Filium ab ea, quæ est ex Filio, minime differens, non tot malis nos, quot tu vis, in Dei & Ecclesiæ offensionem incidimus. Quodsi vna est processio, quod veritati palam nititur, & naturaliter assumpta in ipsa *Per*, nemo potest absque diabolica obstinatione eiusdem & præpositionis *Ex* pares vires inficiari, tantum abfuimus, vt in Dei offensionem incideremus, cum Ecclesiarum vnionem procurauimus, vt pie admodum in ea peragenda Patrum nostrorum viam calcauerimus.

γόντων εὑρημένην; ἡ γὰρ διὰ φυσικῶς εἰλημμένη σοι τὸ πρὸς τὴν ἐξ οὐκ ἀπαρνήσεται ἰσοδυναμεῖν. ἢ νῦν μὲν δώσεις τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι μηδὲν διαφέρειν τοῦ ἐξ ἀμφοῖν, νῦν δὲ τοῦτο οὐ συγχωρήσεις; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐχ ὥσπερ σε ἀπηνῶς οὕτω τὰ καθ' ἡμῶν ἀπερεύγεσθαι βλάσφημα, καὶ τὰ πονηροῦ καλεῖν ἡμᾶς ὄργανα, καὶ τέκνα μωμητὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ υἱοὺς αὐτῆς ἀλλοτρίους τε καὶ χωλαίνοντας, καὶ πονηρὰν γενεὰν καὶ διεστραμμένην, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἡ σὴ γλωσσαλγία τῆς ἡμῶν εὐσεβείας κατεθρασύνεται. Εἰ γὰρ ἐστί τις ἐκπόρευσις διὰ υἱοῦ, μηδὲν τῆς ἐξ υἱοῦ διαφέρουσα, οὐ τόσα ἡμεῖς ὅσα σὺ βούλει Θεῷ καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ προσκεκρούκαμεν. Εἰ δὲ μία τίς ἐστιν ἡ ἐκπόρευσις, ὅπερ οὖν ταῖς ἀληθείαις καὶ ἐστὶ, καὶ φυσικῶς εἰλημμένης ἐπ' αὐτῆς τῆς διὰ, οὐκ ἔστι τις διαβολικῆς ἐνστάσεως δίχα, τὸ ταύτης πρὸς τὴν ἐξ ἀπαρνήσασθαι ἰσοδυναμεῖν, μὴ μόνον οὐ Θεῷ προσκεκρούκαμεν ἐπὶ τῇ παρ' ἡμῶν σπουδασθείσῃ ἑνώσει τῶν αὐτοῦ Ἐκκλησιῶν, ἀλλὰ καὶ πάνυ θεοφιλῶς ἐπ' αὐτῇ τὴν τῶν Πατέρων ὁδὸν ἐβαδίσαμεν.

ζ. Οὐχὶ τὸν πατέρα αἴτιον, φησὶν, ἡ τοῦ θείου τοῦ πνεύματος διὰ υἱοῦ Δαμασκηνοῦ παρίστησι ῥῆσις, ἢ ὅτι προβο-

VII. *Non Patrem, ait, causam Spiritus per Filium diuini Damasceni*

λεὺς ἐστι τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ λέγουσα. Οὐδ' εἰς ταὐτὸν οὐδαμῶς αὕτη φέρει τὸν νοῦν, ἀλλὰ βούλεται σαφῶς τὴν δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς τοῦ πνεύματος παριστάνειν φανέρωσιν. Καὶ τίς ἀκούων τοιαῦτα, ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ οὕτω νομοθετοῦντος αὐτοῦ, οὐχὶ μελαγχολίαν ἄντικρυς αὐτοῦ καταγνοίη, καὶ εἰς ἀδόκιμον ἐμπεσεῖν αὐτὸν νοῦν διαγνώσεται, καὶ πνευμάτων ἀληθῶς λεγεῶνα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν τῆς ψυχῆς χώραν κατασχεῖν καὶ πληρῶσαι; ταῦτα δὴ τῆς καθ' ἡμῶν θρασυστομίας τούτου νεανιεύματα. Εἰ γὰρ ἐγὼ προβολέα διὰ λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος ἐν ταῖς γραφαῖς τὸν πατέρα εὑρίσκων, καὶ μηδὲν τοῦτο διαφέρειν τοῦ τὸν πατέρα αἴτιον λέγειν τοῦ πνεύματος διὰ υἱοῦ συντιθέμενος, κακούργως, ὥς φησιν αὐτός, ἀνελίττων εἰμὶ τὰς γραφάς, καὶ σπερμολογῶν ἐκεῖθεν, καὶ ἱεροσυλῶν, καὶ τὸν νοῦν ἅμα μὲν τῆς γραφῆς κλέπτων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐπιπολαίως ἀκροωμένων ἐμοῦ, ποῖος οὐκ ἂν οὗτος κριθείη τῆς κακουργίας, καὶ πῶς οὐκ ἂν οὗτος καὶ τῆς γραφῆς, καὶ τῶν ἀκροατῶν ἀληθῶς ὑποκλέπτων διαγνωσθείη τὸν νοῦν, ὁ μηδεμίαν ἔχων ἐπὶ ταῖς παραλόγοις αὐτοῦ ἐξηγήσεσι τὴν αὐτὴν συγκροτοῦσαν γραφήν; Προβολεύς ἐστι διὰ λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος ὁ Πατήρ, τὴν δι' υἱοῦ, φησιν, ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ

sceni dictum comprobat, quod productorem esse reuelantis Spiritus Patrem per Filium tradit. Nullo modo id similem intellectum admittit, sed plane innuit per Filium ex Patre Spiritus manifestationem. Et quis audiens, similia ipsum in rebus theologicis decernentem, eundem atra bile palam laborare non existimabit, & in despiciendum sensum decidisse dijudicabit, & a spirituum legione integra eiusdem animæ regionem occupari compleríque? Hi scilicet sunt audacissimæ illius linguæ aduersus nos temerarij insultus. Nanque si ego productorem per Verbum reuelantis Spiritus Patrem in scripturis reperiens, indeque colligens, nullum esse discrimen inter illud, & Patrem esse causam Spiritus per Filium, malitiose atque improbe scripturas reuoluo, & nugator, & sacrilegus sum, & scripturæ mentem, necnon eorum simul, qui me superficie tenus audiunt, præuerto, cuiusnam ipse improbitatis reus nõ fuerit, & quomodo ipse & scripturarum, & auditorum vere mentem non præuertere dijudicabitur, qui nullam suas absurdas interpretationes comprobantem scripturam producere valet? *Productor est per Verbum reuelantis Spiritus Pater, per Filium,* inquit, *ex Patre*

Spiritus dictio manifestationem astruit. Stulte & sine vlla conscietia hostis veritatis. si dictionem *Productor*, ad notandam causam, & Spiritus ex Patre existentiam quispiam non acceperit, quæ alia dictio similia inferet? *Sed Damascenus*, ait, *productorem dixit, non causam Spiritus Patrem*. Papæ. Qualis est improbitatis fumus, & quas tenebras intellectui eorum offundit, qui semel illi animum addixerunt. Diuinus hic Pater Damascenus, non alijs, sed in eodem ipso Capite, in quo ista decernit; *Fons*, ait. *& causa Filij & Spiritus Pater*; statimque subdit. *Pater autem solius Filij, & productor Spiritus*. Si quæ est a fonte absque principio, causam Filij & Spiritus diuinus Damascenus distinguens, Filij quidem fontem hunc causam asserit, quod pater illius Pater est, Spiritus vero, quod productor illius Pater, qua ratione non erit apertissime causa productor? & quomodo aliam manifestationem præ illa, quæ Spiritus existentia est, dictum illud, *Productor est reuelantis Spiritus Pater per Filium*, importabit?

πνεύματος ἡ λέξις παριστάνει φανέρωσιν. Μάταιος καὶ ἀσυνείδητος τῆς ἀληθείας ἐχθρέ. Εἰ μὴ αὐτὸ τὸ προβολεὺς ὄνομα εἰς τὸ αἴτιον ἐκλήψεταί τις, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν, ποία τις ἑτέρα λέξις ταῦτα δυνήσεται; ἀλλ' ὁ Δαμασκηνός, φησι, προβολεὺς ἔφη, οὐκ αἴτιος τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ. Βαβαί. οἷος ὁ τῆς κακίας καπνός ἐστι, καὶ οἷον τὴν ἀχλὺν τῆς τῶν ἅπαξ αὐτῇ καταχεθέντων διανοίας κατασκεδάζει. Ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ ὁ Δαμασκηνὸς οὐκ ἐν ἄλλοις, ἀλλ' ἐν ᾧ τὰ ῥηθέντα ταῦτα θεολογεῖ κεφαλαίῳ, πηγή, φησι, καὶ αἰτία υἱοῦ καὶ πνεύματος ὁ πατήρ. καὶ παραυτίκα ἐπάγει, πατὴρ δὲ μόνου υἱοῦ καὶ προβολεὺς πνεύματος. Εἰ τὴν ἀπὸ τῆς ἀνάρχου πηγῆς αἰτίαν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς διαιρῶν, τοῦ μὲν υἱοῦ, φησι, τὴν πηγὴν ταύτην καὶ αἰτίαν, ὅτι πατὴρ αὐτοῦ ὁ πατήρ, τοῦ δὲ πνεύματος, ὅτι προβολεὺς αὐτοῦ ὁ πατήρ, πῶς οὐκ αἴτιος ὁ προβολεὺς κατὰ τὸ πάντη σαφές, καὶ πῶς ἄλλην τινὰ φανέρωσιν παρὰ τὴν τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν, ἢ ὅτι προβολεύς ἐστι τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ, λέγουσα παραστήσει λέξις.

VIII. Si vero quia idem Damascenus in hoc eodem capite solum Patrem causam vocauit, subtilis

η΄ Εἰ δὲ ὅτι μόνον αἴτιον τὸν πατέρα ὁ αὐτὸς Δαμασκηνὸς ἐν αὐ-

ἐπὶ τούτῳ ἔφη τῷ κεφαλαίῳ, ὁ λεπτὸς τὴν θεολογίαν οὗτος διὰ τῆς τοῦ μόνος φωνῆς ἀρχίαν τῆς ὑπὸ τῆς διὰ υἱοῦ φωνῆς ἀναφαινομένης σημασίας καταψηφίζεται. Ἀλλ' ἴστω πεπλανῆσθαι ἐνταῦθα, ἀπὸ τοῦ ἀγνοεῖν αὐτὸν διὰ τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀρχικὸν τοῦ πατρὸς, τὴν μόνος φωνὴν ἐν πολλαῖς τῶν γραφῶν ἀποκεκληρῶσθαι αὐτόν. ἐν γὰρ τῇ παρὰ τῆς ἐν Ἀριμινίῳ Συνόδου πρὸς τοὺς Ἄφρους ἐπιστολῇ, μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος τὸν πατέρα ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀριδήλως ἀποκαλεῖ, τὸ ζῶν τοῦτο ὕδωρ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα σαφῶς ἐκλαμβάνων. Ἀλλ ὁ αὐτὸς καὶ ἐν πολλαῖς τῶν γραφῶν αὐτοῦ ἄλλαις τοῦ αὐτοῦ ζῶντος ὕδατος πηγὴν καὶ τὸν υἱὸν λέγειν οὐκ ἀναβάλλεται. καὶ ἡμεῖς δὲ μόνου Θεοῦ πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα μελῳδοῦμεν τῆς ἐκ' Ἐκκλησίας; καὶ πνεῦμα υἱοῦ αὐτὸ καὶ φρονοῦμεν καὶ λέγομεν. καὶ ὁ πολὺς δὲ τὰ θεῖα Βασίλειος, μηδεὶς λέγων οἰέσθω με τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις. ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία διὰ υἱοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ τελειοῦσα ἐν πνεύματι. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις. Ἕνα γὰρ οἴδαμεν ἀγέννητον, καὶ μίαν τῶν ὄντων ἀρχὴν τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσον τῆς ἐννοίας κατὰ τὸ πρόχειρον δοκεῖ πως διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὰς λοιπὰς δύο ὑποστάσεις ἐπὶ τῇ τῶν ὄντων ἀρχῇ. Ἀλλ' ἡ ἀκρι-

tilis iste Theologus ob dictionem *Solus* significatum, qui voce per Filium infertur, suspendit, sciat seipsum in hoc negocio falli, cum plane nesciat, propter primarium ac principale Patris, vocem illi *Solus* in multis scripto traditis auctoritatibus attribui. Etenim de Synodo Ariminẽsi scripta ad Aphros Epistola, *Solum aquae viuae fontem Patrem* magnus Athanasius apertissime nuncupat, hanc viuam aquam de Spiritu sancto plane intelligens. Et idem ipse multis alijs suorum Comentariorum locis eundem *viuae aquae fontem*, & Filium appellare non refugit. Et nos solius Dei spiritum Spiritum sanctum in Ecclesiasticis Canticis asserentes, & spiritum Filij eundem & tenemus, & ore profamur. Et magnus in rebus diuinis speculandis Basilius, *Nemo*, dicens, *opinetur me, tres esse hypostases primarias asserere: rerum enim omnium vnum principium est, per Filium operans, & in spiritu perficiens:* Rursusque alibi, *Vnum enim agnoscimus ingenitum & vnum omnium principium Patrem Domini nostri Iesu Christi*, dat nobis intelligere de plano a Patre reliquas alias hypostases subdiuidere in rerum principio. Veruntamen exquisita Theologorum sententia propter

pter

pter primarium in omnibus ac principale Patris similes dictiones de eo dictatas esse vult. Et esset Cyprio proficuum admodum & accommodatius, scripturarum in omnibus mentem perscrutanti, similia diligenter examinare, & non sacrilegium opponere, & improbam vaniloquentiam aduersus eos, qui talia studiose examinant, iactare. cum ipse absque vlla inuestigatione, sed multa cum libertate, & audacia illa veluti enunciata theologica tradat, quæ neque Doctores Ecclesiæ tradiderunt, neque nos ab illis accepimus. & quædam Patrum veluti spuria eliminet, aut corrumpendo admittat, & loco eorum voces insinuet, prorsus omnibus incognitas, & quæ nunquam ad hoc tempus ad aures alumnorum Ecclesiæ peruenerut.

IX. *Nam quæ per Filium*, ait, *& ex Filio existere spiritum, nonnullorum Patrum scripta auctoritas tradit, notat plane inde illius effulsionem, & manifestationem. Per Filium enim, neque de eo quispiam dubitauerit, ipse perpetuo effulget, & manifestatur Paracletus, quemadmodum ex Sole per radium lumen. Notat præterea & erga nos suppeditationem, dationem, & missionem: non vero eum subsistere per Filium, & ex Filio, & essentiam per*

βὴς τῆς θεολογίας ἔννοια διὰ τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀρχικὸν τοῦ πατρὸς τὰς ἀναγεγραμμένας ταύτας εἰρῆσθαι φωνὰς ἐπ' αὐτοῦ βούλεται. Καὶ ἦν ἂν καὶ τῷ Κυπρίῳ συμφέρον κατὰ πολὺ, ἄγειν τὸν τῶν γραφῶν νοῦν ἐφ' ἅπασιν ἰχνεύων σκοπὸν, τὰ τοιαῦτα ἐπιμελῶς ἐξερευνᾶν, ἢ τὸ ἱεροσυλίαν μὲν γράφειν, καὶ κακοῦργον σπερμολογίαν κατὰ τῶν τοιούτων ποιουμένων ἐρευνᾶν ἀποφαίνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀνεξερευνήτως, καὶ σὺν πάνυ πολλῇ τῇ ἀδείᾳ ἐκεῖνα θεολογεῖν, ἃ μήθ' οἱ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας παραδεδώκασι, μήθ' ἡμεῖς παρ' αὐτῶν παρελάβομεν. Καὶ τὰ μὲν τῶν Πατέρων ἢ τέλεον ὀβελίζειν, ἢ μετὰ παραφθορᾶς παραδέχεσθαι, φωνὰς δ' ἀντεισάγειν μήπω καὶ μέχρι νῦν ἐς ἀκοὴν τινὸς τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων ἐληλακυίας, καὶ πᾶσιν ἀπαξαπλῶς ἀγνώστους παντάπασιν.

θ'. Ἡ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ, φησὶ, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα δηλοῦσα ἐνίων Πατέρων γραφὴ, δηλοῖ μὲν τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῦ ἔκλαμψιν καὶ φανέρωσιν. δι' υἱοῦ γὰρ ὁμολογουμένως αὐτὸς ἀϊδίως ἐκλάμπει, καὶ ἀναδείκνυται ὁ Παράκλητος, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς χορηγίαν, καὶ δόσιν, καὶ ἀποστολήν, οὐ μὴν δὲ ὅτι ὑφίσταται δι' υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ, καὶ τὸ εἶναι δι' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάν-

ipsum

ναι. Τίς, ὦ πάντες ἄνθρωποι, θεολογικὸς εἰς τοιαύτην ἀκήκοέ ποτε παρά τινι τῶν πρὸ ἡμῶν ἔννοιαν ἐκληφθὲν, τὸ δι' υἱοῦ καὶ ἐξ υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὁμολογεῖ δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν, ἐξ υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα γραφικὴν εἶναι ῥῆσιν συντίθεται, καὶ τὴν ἀληθῆ τῶν ῥήσεων τούτων ἔννοιαν συνορᾶν πολλὴν ἡμῖν παρεχομένην συγκρότησιν ὁμολογεῖ τῇ, δι' ἣν τὸν καθ' ἡμῶν ἄσπονδον ἤρατο πόλεμον εἰρήνῃ τῶν Χριστοῦ Ἐκκλησιῶν, οὐδὲν ἡγεῖται βιώσιμον, εἰ μὴ πρὸς οὐκ εὐαγῆ ταύτας διαστρέψει τὴν ἔννοιαν. Πρῶτα μὲν γὰρ ὃ κἀπὶ τῆς δι' υἱοῦ ἀϊδίου ἐκφάνσεως ἔφη, οὐ συνορᾶν ἔχω, εἰ ἄλλο τι ἡ δι' υἱοῦ ἀΐδιός ἐστι τοῦ πνεύματος ἔκλαμψις, παρὰ τὴν δι' υἱοῦ ἀΐδιον ὕπαρξιν. Ἔπειτα δὲ καὶ διαφορὰν μεταξὺ τῶν λέξεων συγχωρῶν, οὐδ' οὕτω κατάλληλα τῷ οἰκείῳ σκοπῷ φθέγξασθαι αὐτὸν ἡγοῦμαι. ἐπεὶ γὰρ ἐστὶ τὸ πάντων αὐτῷ σκοπιμώτατον ἡ ἄμεσος τοῦ πνεύματος ἐκ πατρὸς ἐστὶν ὕπαρξις, εἰ ἄλλο τι παρὰ τὴν δι' υἱοῦ ὕπαρξιν, ἡ δι' υἱοῦ ἐστιν ἔκλαμψις, ὥσπερ τυχὸν ἡ δι' υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς χορηγία, δόσις τε καὶ ἀποστολὴ, πῶς ἂν δι' υἱοῦ ἀϊδίως ἐκλάμπον, τὸ μὴ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, νοηθείη ἅγιον πνεῦμα; εἰ μὲν ὡς δι' ὀργάνου λειτουργικοῦ δι-

ipsum, & ab ipso accipere. Quis: o omnium hominum cœtus, theologicis speculationibus deditus vnquam ab aliquo, qui nos præcesserit, audijt, in similem sententiam acceptum illud, ex Filio & per Filium esse Spiritum sanctum? Confitetur per Filium spiritum existere, ex Filio spiritum existere scripto traditum esse dictum non denegat, & veram dictorum horum sententiam cognoscens, admodum nobis conducere, ad comprobandam Ecclesiarum pacem, ob quam aduersus nos irreconciliabile bellum suscepit, viuere se minime posse existimat, ni ad execrãdas has speculationes sententiam inuertat. Primum enim, quod & de æterna per Filium effulsione dixit, haud intelligere valeo, an aliud quid est æterna per Filium Spiritus effulsio, quam æterna per Filium existentia. Tum deinceps, etiamsi inter dictas dictiones discrimen concedam, neque hoc etiam modo suo intento paria enunciare ipsum existimo. Nam cum, quod præ omnibus alijs illi maxime propositum immediata Spiritus ex Patre existentia est, si diuersum quid ab existentia per Filium, effulsio per Filium est, quemadmodum forte, per Filium suppeditatio, datio, & ad nos missio, qua ratione per Filium perpetuo effulgens, non existentiam

habere

habere per Filium Spiritus sanctus intelligetur? si vti per instrumentum seruile, conceditur hoc ab ista decernente, tacebimus. Si vero vti Filio naturaliter in effulsione hac ex Patre, aut manifestatione, & suppeditatione, & datione, & missione, mediante, naturalis ista mediatio, per Filium ex Patre ante res omnes alias existentiam corroborat: & qui per Filium existentiam abnegat, tum ob innouatum ordinem, & existentiæ improbationem, & vniuersam fidem abnegat, vt cum magno & diuino Basilio loquar, quod serulentium, & ministrantium modo, vt iam supposuimus, necessario hæc omnia suppeditentur per Filium, suppeditatio, inquam, datio, missio, manifestatio, effulsio, & si quid aliud quispiam attulerit, manifesto secundum essentiam, & naturam Filium a Patre dissociat. Tandem quam non superat absurdam temeritatem, confiteri per Filium & ex Filio Spiritum existere, cui iam additur dictio existere, & naturaliter & essentialiter, & eam, quæ per Filium & ex Filio est, Spiritus existentiam inficiari?

δοθείη παρὰ τοῦ ταῦτα θεολογοῦντος τοῦτο, καὶ σιωπήσομεν. εἰ δ' ὡς τοῦ υἱοῦ φυσικῶς ὄντι τῇ ἐκ πατρὸς ἐκλάμψει ταύτῃ, ἢ καὶ ἐκφάνσει, καὶ χορηγίᾳ, καὶ δόσει, καὶ ἀποστολῇ μεσιτεύοντος, ἡ φυσικὴ αὕτη μεσιτεία τὴν δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς πρὸ τῆς ἄλλων ἁπάντων συνίστησιν ὕπαρξιν, καὶ ὁ τὴν δι' υἱοῦ ἀπαρνούμενος ὕπαρξιν, διά τε τὴν περὶ τὴν τάξιν καινοτομίαν καὶ αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν, καὶ ὅλης ποιεῖται τῆς πίστεως ἄρνησιν κατὰ τὸν μέγαν εἰπεῖν, καὶ θεῖον Βασίλειον, διά τε τὸ ὑπηρετικῶς καὶ λειτουργικῶς κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ἐξ ἀνάγκης ταῦτα πάντα χορηγεῖσθαι δι' υἱοῦ, χορηγίαν φημὶ, δόσιν, ἀποστολὴν, φανέρωσιν, ἔκφανσιν, καὶ εἴ τι ἄλλο βούλεταί τις λέγειν τοιοῦτον, προδήλως κατ' οὐσίαν, καὶ φύσιν διΐστησι τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός. Τέως δὲ ποίαν οὐχ ὑπερβαίνει τὴν ἀλογίαν δι' υἱοῦ καὶ ἐξ υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα ὁμολογεῖν, καὶ ταῦτα προσκειμένης τῇ τοῦ ὑπάρχειν λέξει, καὶ τοῦ φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, καὶ τὴν δι' υἱοῦ καὶ ἐξ υἱοῦ ὕπαρξιν ἀπαρνεῖσθαι τοῦ πνεύματος.

ι. Ἀλλὰ δι' υἱοῦ, φησι, καὶ ἐξ υἱοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν, οὐ μὴν δι' υἱοῦ καὶ ἐξ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν οἱ εἰρηκότες Πατέρες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔφησαν. Τῆς λεπτῆς τῶν ταῦτα λε-

X. *Sed per Filium, ait, & ex Filio naturaliter existere, non vero per Filium & ex Filio existentiam habere, qui id enunciarunt Patres, fassi sunt.* O argutum talia asserentium acumen! Quam admirabilis

γόντων ἐννοίας. ὡς θαυμαστή σου Κύπριε ἡ γνῶσις, ὡς ὑψηλά τε τὰ νοήματα καὶ αἰθέρια. Ἐγὼ δὲ ἀφελῶς, ὡς ἔχω καὶ οὕτως ἰδιωτικῶς, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα εἰς τὴν ἐξ υἱοῦ ὕπαρξιν ἐκλαμβάνω. καὶ τὴν ἐξ, ἀντὶ τῆς διὰ, κατὰ παράδοσιν γραφικὴν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνων ἀεὶ, οὐ δύο τοῦ πνεύματος αἴτια, τὸν δὲ πατέρα αἴτιον διὰ τοῦ υἱοῦ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ θάρρους ἀνακηρύττω. καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος πρόοδον τοῦ φωτὸς εἰς τὴν διὰ τῆς ἀκτῖνος ὕπαρξιν ἐξηγοῦμαι. ἵνα κατὰ πολλὴν τὴν ἄδειαν καὶ ἐξ ἀμφοῖν, τοῦ ἡλίου δηλονότι καὶ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς εἶναι λέγοιμι, καὶ ἵνα καὶ τὴν ἀκτῖνα λέγειν πηγὴν φωτὸς ἔχοιμι. Ὃ δὲ εἶναι ἀπογορεύεις ἔχειν τὸ πνεῦμα δι' υἱοῦ καὶ παρὰ υἱοῦ, ἐγὼ τοῦτο στέργειν ὁμολογῶ, τὴν παρὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα θεολογοῦσαν ῥῆσιν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ταῖς αὐτοῦ θεολογίαις ἐγκρίνων, ὥσπερ οὖν καὶ τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν τοῦ Νύσσης, τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι αὐτὸ λέγουσαν.

ιά. Οὐχ ἡ κοινή, φησιν, οὐσία καὶ φύσις ὑποστάσεως ἐστὶν αἰτία μηδὲ γεννητική ποτε, οὐδὲ προβλητική αὕτη. γὰρ ἡ κοινὴ οὐσία πέφυκε τῶν ἀτόμων, ἡ δὲ μετ' ἰδιωμάτων οὐσία, ἥτις σαφῶς κατὰ τὸν μέγαν Μάξιμον

bilis est, mi Cyprie, tua hæc sapientia! vt sublimes sunt, & plane æthereæ cogitationes! At ego qui non ita curiosus sum, sed rudis hebesque illud, ex Filio naturaliter Spiritum existere, pro existentia ex Filio assumo: & præpositionem *Ex*, loco præpositionis *Per*, vt scriptis mandata traditio intonat, de Filio semper accipiens, non duas causas Spiritus sed Patrem causam per Filium multa, quæ ex Theologia oritur confidentia, deprædico. & progressum ex sole per radium luminis pro existentia per radium interpretor, vt postea multa cum libertate ex vtroque, sole nempe & radio lumen esse pronuntiem; & vt etiam radium fontem luminis asserere possim. Quod vero negas habere Spiritum per Filium & a Filio, id ego exosculari confiteor, dictum magni Basilij a Filio Spiritum esse decernens inter theologica illius placita enumerans; quemadmodum & illud beati Patris nostri Nysseni, quod illum ex Filio esse declarat.

XI. *Communis, ait, essentia & natura hypostaseos causa non est: cum neque vnquam generet, neque producat. Hæc communis essentia indiuiduorum est. Verum essentia cum proprietatibus, quæ plane auctoritate magni Maximi ipsam hypostasim notat.*

Imo etiam ipsius magni Basilij. Hic siquidem item definit, hypostasim esse, qua commune & incircumscriptū in re aliqua per apparentes proprietates repræsentat, & circumscribit. Euge hanc tuā confessionem, licet ad aliud, nec ipsam veritatem respiciens allata dixeris! Non communem essentiam & naturam, sed cum proprietatibus essentiam, quæ palam ipsam hypostasim notat, causam hypostasis esse fateris, & generare & producere similem essentiam asserere non refugis. Contra hæc nihil nos opponimus, verum in his & concordamus, & assensum præbemus. Illud porro a te edoceri cupimus, an soli Patri, nō vero alijs personis essentiam cum proprietatibus ad denotandam hypostasim vendicas? Etenim si in solo Patre essentia cum proprietatibus palam apud te hypostasim notat, pleraque Patrum scripta te mendacij falsitatisq; conuincent, quæ similiter & de Filio, & de Spiritu hanc cum proprietatibus essentiam æque atque de Patre tradunt. ni quasi aliud agens Damascenicum illud versaueris. *Cum enim concepero vnam ex hypostasibus, perfectum Deum ipsum agnosco, perfectam essentiam.* Et illud magni Basilij; *Donec tacent, ne te lateat, secundam sæculorum* unige-

auditori suadebit, nullam ob aliam rationem, sed tantummodo ob vnitatem essentiæ Patris & Filij ex vtriusque essentia Spiritum dici: aut si inde blasphemia manifesta enascitur, demonstraberis tu quoque maximæ blasphemiæ obnoxius esse. Et essentiæ indiuisibile causam huiusce theologicæ sententiæ proponens, palam deprehenderis subducens, non persuadens auditorem. Quis enim fuerit, qui te peius essentiam diuiserit, si essentiam Spiritus ab ea quæ est essentia Patris & Filij separabis, non concedens forte, & ex sui ipsius essẽtia Spiritum esse? Quare vero, dicito quæso, quod ex essẽtia Patris, & ex hypostasi illius dicitur; quod vero ex essentia Filij, ex hypostasi illius non dicetur? Annon hic quoque non ratione tantummodo, quod in essentia est indiuisibile deprehenderis confiteri, vere ipsam subdiuidens, & Ariana diuisione atrocius? Ille siquidem posterioritate Patris, & quod generatus esset ex Patre, non coæternum asserebat Patri Filium, quasi essentiam diuideret, cõdemnatus est. Tu vero alio modo summi essentiam sanciens, cum ex Patris essentia Spiritus dicitur: est enim in hypostasi, alio modo cum ex essentia Filij: est enim absque hypostasi, multo maiori mensura illius

illius blasphemiam superas. Et sit hæc tua blasphemia prima. Quod vero subsequitur quale est?

III. *Essentia quidem*, ait, *cum quid commune est ijs, de quibus dicitur, & non circumscriptum, nunquam simpliciter ab vna persona definita, nunquam causa hypostasis fuerit*, si vera hæc oratio est, quonam modo falsus non est, sed in eum, qui falsa memorat, condemnatio conuertatur, Athanasius Ecclesiæ fulcrum, nunc, *Proprium*, vocans, *fœtum Filium*, nunc, *essentiam Patris principium & radicem, & fontem Filij*, decernens, nunc, *Neque enim deforis est*, dicens, *adscita Filij essentia, neque ex non entibus introducta est, sed ex paterna essentia nata est, quemadmodum ex lumine splendor, & ex aqua vapor*, nunc, *causa est Dei natura*, determinans, *& Filij & Spiritus. paternam essentiam principium, & radicem, & fontem Filij*, Et rursus, *causam Filij & Spiritus Dei naturam*, Athanasius tradit. Et Cyprius, *Nunquam*, ait, *causa hypostasis essentia Dei fuerit!*

IV. *At Nicæni Patres*, inquit, *ex essentia Patris Filium affirmantes, ex hypostasi quoque addiderunt, consubstantiale & causatũ inde comprobare volentes, & accipientes alium alio denotari. Nam si consub-*

νης. Καὶ κείσθω βλασφημία πρώτη σοι αὕτη· τὸ δ' ἐπαγόμενον ποῖον.

γʹ. Οὐσία μὲν, φησι, κοινόν τι ἐστι καθ' ὧν λέγεται, καὶ ἀπερίγραπτον, καὶ μήποτε καθάπαξ ἑνὶ προσώπῳ περιοριζομένη, οὐκ ἄν ποτε αἰτία ὑποστάσεως φανεῖται. Εἰ ἀληθὴς ὁ λόγος, πῶς οὐ ψευδής, ἀλλ' εἰς τὸν ψευδόμενον τὸ κατάκριμα τρέποιτο. Ἀθανάσιος τῆς Ἐκκλησίας τὸ στήριγμα, νῦν μὲν, ἴδιον ἀποκαλῶν γέννημα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ τὸν υἱὸν, νῦν δὲ τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν ἀποφαινόμενος τοῦ υἱοῦ. καὶ νῦν μὲν, Οὐ γὰρ ἔξωθέν τι; ἐστι λέγων ἡ τοῦ υἱοῦ ἐφαυρεθεῖσα οὐσία, οὐ δὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ὡς τοῦ ὕδατος ἡ ἀτμὶς, νῦν δὲ, αἰτία ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις θεολογῶν καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν τοῦ υἱοῦ. καὶ πάλιν, αἰτίαν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν Ἀθανάσιος θεολογεῖ. καὶ Κύπριος οὐκ ἄν ποτε, φησιν, αἰτία ὑποστάσεως ἡ οὐσία φανεῖται τοῦ Θεοῦ.

δʹ. Ἀλλ' οἱ ἐν Νικαίᾳ, φησὶ, Πατέρες, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἰπόντες, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως προστεθείκασι, τὸ ὁμοούσιον καὶ αἰτιατὸν ἐντεῦθεν παραστῆσαι βουλόμενοι, καὶ θάτερον θατέρου πα-

περιληφότες δηλωτικόν. Εἰ γὰρ τοῦ ὁμοουσίου σαφής ἐστιν ἔνδειξις τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰπεῖν, τὸ ἄρα ὡς ἐξ αἰτίας τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως φάναι χωρὶς ἀντιλογίας παρίστησιν. Ἄλλη αὕτη βλασφημίας ὑπερβολή. Ὁ γὰρ καινὸς θεολόγος, ἢ ματαιολόγος τὸ κυριώτερον, εἰς τὸ ἐνυπόστατον καὶ ἀνυπόστατον τὴν τοῦ υἱοῦ καὶ πατρὸς οὐσίαν διαιρῶν πρότερον ἐν τῷ νομοθετεῖν ἐξ ἐνυποστάτου μὲν τῆς τοῦ πατρὸς εἶναι οὐσίας τὸ πνεῦμα, ὡς ὁμοούσιον ἐξ αὐτοῦ αἰτιατόν. ἐξ ἀνυποστάτου δέ γε τῆς τοῦ υἱοῦ, ὡς οὐχὶ δι' αὐτοῦ αἰτιατόν, ἀλλ' ὡς ἁπλῶς ὁμοούσιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις δύο τινὰ κατ' ἀδελφικὴν συνάψειεν ὁμοουσιότητα, ἐφεξῆς καὶ ἀπ' αὐτοῦ διὰ τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν τῆς ὑποστάσεως ἀναισχυντεῖ διαιρεῖν. Ἐπεί, φησιν, ὁ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς εἶναι λέγων οὐσίας διπλῆν ταύτην συναναφαινομένην ἔχει τῇ λέξει τὴν ἔννοιαν, καὶ μὲν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τὸ ὁμοούσιον, καὶ δὲ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποστάσεως σημαίνων αἰτιατόν. Ἐγὼ δ' ἐκ τῶν ἤδη ῥηθέντων προαποδείξας αἰτιατὸν ἐκ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναι διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι, εἰ διὰ τῶν αὐτῶν ἀποδείξω γραφῶν καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ διὰ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς εἶναι, ἀμφοτέρωθεν τὴν ἐφευρημένην αὐτῷ ἀπελέγξω διαίρεσιν. Ὁ μὲν γὰρ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος, Οὐκ ἀδελφά, φησι, λέ-

si consubstantialis plana demonstratio est, cum ex essentia dicitur veluti ex causa. ergo cum dicitur, ex hypostasi absque ulla contradictione confirmat. Hic alius est blasphemiæ excessus. Nouus siquidem Theologus, vel, vt aptius dicam, vaniloquus illud quod in hypostasi, & illud quod sine hypostasi est Patris & Filij essentiam diuidens, prius cum determinat, ex essentia Patris in hypostasi esse Spiritum, tanquam consubstantiale causatum ex essentia vero sine hypostasi Filij, tanquam qui non est causatus ab ipso, sed vt simplex consubstantialis. veluti si quis duo secundum paternam consubstantialitatem coniunxerit. postmodum etiam ab ipso Patre essentiam hypostaseos diuidere non veretur; *Quandoquidem*, ait, *ex Patris essentia Filium esse dicens, duplicem hanc sententiam dictione simili exprimit, ex essentia nempe quod eiusdem substantiæ est, ex Patre, Filij hypostasim causari nouit.* Ego vero ex iam dictis cum ostenderim ex Patre Filium causari, quod ex essentia Patris est, si per easdem scripturas demonstrauero eũ consubstantialem esse Patri, quod ex hypostasi Patris est, vtroque modo commentitiam ipsius diuisionem refellam. Magnus enim in rebus diuinis Basilius, *Non fratres*, ait, *dicimus Pa-*

 trem

trem & Filium, sed Patrem & Filium confitemur, vnum vero idemque essentia, quandoquidem ex Patre Filius est. Sanctus vero Cyrillus, *Nanque ex Patre,* inquit, *generatum esse Filium, coget nos omnes etiam inuitos illi consubstantiale tribuere.* Quid ais, quisquis es, qui hæc diiudicas? si Patris nomen apud omnes in confesso est hypostasim significare, & Patres, quod ex ipsa Filius est, eiusdem cum Patre essentiæ colligunt, in quonam reponetur mendacio, qui philosophatur, *Qui ex essentia Patris Filium dicit, duplicem hanc sententiam dictione simili exprimit, ex essentia nempe, quod eiusdem substantiæ est, ex hypostasi, causari Filium.*

V. Sed consideremus quanam ratione sibi veritatique absurdissime sapientissimus hic contrarietur. *Licet,* ait, *diuidimus hypostasim ab essentia. at non carnea crassaque diuisione essentiam ab hypostasi partimur, neque alteri ab altero seiunctio propriam exhibemus existentiam tantummodo ea sola ratione seiungimus, quæ seiungi natura sua apta non sunt.* Et si sola ratione contra producentes nos dicimus, quod idem est ac dicere sola cogitatione, vt res vere se habet, essentia ab hypostasi diuiditur: alia siquidem ratione hæc diuidi natura sua apta non sunt

γομεν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ἀλλὰ πατέρα καὶ υἱὸν ὁμολογοῦμεν. τὸ δὲ τῆς οὐσίας ταυτὸ, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος, τὸ γὰρ ἐκ τοῦ πατρός φησι, γεγενῆσθαι τὸν υἱὸν, ἀναγκάσει δὴ πάντας καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. Τί φῂς, ὦ ὅστις ἂν εἴης ὁ διαγινώσκων; εἰ τῆς ὑποστάσεως τὸ, πατὴρ ἐστὶν ὁμολογουμένως δηλωτικὸν, καὶ οἱ Πατέρες ἀπὸ τοῦ ἐξ αὐτῆς τὸν υἱὸν εἶναι, τὸ πρὸς τὸν πατέρα συνάγουσιν ὁμοούσιον, ὅποι ψεύδους ταχθήσεταί σοι ὁ φιλοσοφῶν, ὡς ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν λέγων, διπλῆν ταύτην ἐμφαίνει συναναφαινομένην τῇ λέξει τὴν ἔννοιαν, κατὰ μὲν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τὸ ὁμοούσιον, κατὰ δὲ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τὸ τοῦ υἱοῦ δηλοῦσαν αἰτιατόν;

ε. Ἀλλ' ἴδωμεν, ὅπως αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ τῇ ἀληθείᾳ περιπίπτει ἀλογώτατα ὁ σοφώτατος. Εἰ καὶ μερίζομεν, φησὶν, ὑπόστασιν οὐσίας, ἀλλ' οὐχὶ σαρκίνῳ καὶ παχεῖ μερισμῷ οὐσίαν ὑποστάσεως διαιροῦμεν ἡμεῖς. οὐδ' ἑκατέρῳ χωρὶς θατέρου ἰδίαν ἀπονέμομεν ὕπαρξιν. μόνῳ δὲ τῷ λόγῳ ἀποδιϊστῶμεν, ἄλλως μὴ πεφυκότα χωρίζεσθαι. Καὶ, εἰ μόνῳ τῷ λόγῳ, ἀντιπαράγοντας ἡμᾶς λέγομεν, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ ὡς ἀληθῶς ἔχει, ἡ οὐσία τῆς ὑποστάσεως διαιρεῖται. ἄλλως δὲ ταῦτα πέφυκε χωρίζεσθαι οὐδαμῶς, ἢ λόγῳ μόνῳ καὶ

ἐπινοίᾳ μόνῃ ψιλῇ, ἀλλὰ τρέποιτο εἰς κεφαλὰς ἀθέων τὸ βλάσφημον, ἡ τοῦ πνεύματος πρόοδος ἐκ τῆς τοῦ υἱοῦ ἔσται οὐσίας, ἐὰν ἐξ ἀνυποστάτου οὐσίας αὐτῆς πρόεισιν. ἢ ἐὰν ταῖς ἀληθείαις αὐταῖς πράγματι καὶ οὐσίᾳ καὶ φύσει ἐκ τῆς τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶν οὐσίας, πῶς οὐκ οὐσία ἀνυπόστατος ἐξ ἀνυποστάτου ἔσται αὐτὸ τῆς οὐσίας τὸ προϊόν;

ϛʹ. Ἀλλ' εἰ τὴν αἰτίαν εἰς τὴν οὐσίαν ἀνοίσεις, φησίν, οὐκ εἰς τὴν ὑπόστασιν, πῶς ὁ πατὴρ μᾶλλον αἴτιος τοῖν δυοῖν, καὶ οὐχὶ καὶ αὐτὰ καὶ ἀλλήλων αἴτια καὶ τοῦ πατρὸς, τὸ ἓν ἀπαραλλάκτως ἔχοντα κατὰ τὴν οὐσίαν; καὶ πῶς εἰς τὴν τριάδα ἡ τῆς ὑπερουσίου γονιμότητος ἔκφανσις στήσεται, εἴπερ τῆς οὐσίας ἁπλῶς ἐστι τὸ γόνιμον, καὶ οὐχὶ αὐτίκα ἀπειρία ἔσται προσώπων, πάντων ἐπίσης καὶ γεννώντων καὶ ἐκπορευόντων διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτόν; Ἐνταῦθα πρῶτα μὲν, καὶ εἰ μὴ τὴν αἰτίαν φαμὲν εἰς τὴν οὐσίαν ἀνοίσει τις, πόθεν ἄλλοθεν τὸ τῶν αἰτιατῶν πρὸς τὸ αἴτιον ὁμοούσιον συναχθήσεται. Εἰ γὰρ ὡς ὁ καινοφωνῶν διατείνεται, ἡ οὐσία τῆς ὑποστάσεως ἐν τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ διῄρηται, καὶ κατ' ἄλλον μὲν τὸν λόγον τῇ μακαρίᾳ Τριάδι τὸ ὁμοούσιον, κατ' ἄλλον δὲ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατόν ἐστι, τὸ αἰτιατὸν καὶ ὁμοούσιον διαιρεθήσονται. καὶ ταῦτα διαιρεθέντα, καὶ τὴν Τριάδα συνδιαιρήσουσιν, οὐχ

sunt, nisi ratione sola, & nuda sola cogitatione, sed blasphemia in capita impiorum conuertatur, progressus Spiritus ex essētia Filij sit, si ex essentia absque hypostasi progreditur, aut si re ipsa vere & essentia & natura ex essentia Filij Spiritus est, quomodo non essentia absque hypostasi ex essentia absque hypostasi Filij progrediens Spiritus?

VI. *Quod si causam*, inquit, *in essentiam referas, & non in hypostasim, quomodo Pater potius duorum causa erit, & non etiam ipsa mutuo sui ipsius causa erunt & Patris, cum unum æque sint prorsus secundum essentiam? & quomodo in Triade supersubstantialis fœcunditatis effulsio sistetur, si essentiæ simpliciter fœcunditatis est, & non statim innumera personarum multitudo exorietur, omnium æquali ratione & generantium & producentium propter unum ac idem essentiæ?* Hic primum quidem, & si causam, dicimus, in essentiam quis non deferat, vndenam aliunde eorum, quæ ex causa sunt, cum causa consubstantiale colligetur? Nanque si vt nouator iste contendit, essentia ab hypostasi ratione causæ diuiditur, & alio quidem modo in beata Triade consubstantiale, alio vero modo causa & causatum est, causatum & consubstantiale diuidentur, & hæc diuisa Triadem quoque simul

 simul

simul vna secum diuident, non ea diuisione, quam ipsa sibi secundum piam confessionem vendicat, sed alia noua & prodigiosa, adeo vt ipsius consubstantiale secundum ratione & cogitatione diuisionem intellectam essentiæ ab hypostasi sit, & causa & causatum secundum hypostases simpliciter nudas consubstantialitatis. Deinceps, quomodo dicimus personas mutuo sibi causas esse propter idem essentiæ, & prorsus simile? quomodo non innumera personarum multitudo, si propter easdem rationes essentiæ quispiam fœcunditatem asseruerit? Tibi vero hæc edicenti faciem obuertentes dicimus; Nonne essentiæ in illis fateris per omnia simile? Non negabis scio. Si itaque, vt tu contendis, est quædam ratio quæ suadeat, consequi essentiæ per omnia simile generationes personarũ & processiones, vel nega scripturas, quæ affirmant Filium nasci ex essentia Patris, & Spiritum procedere: vel concede, ex essentia Filij alium generari Filium, & ex essentia Spiritus alium Spiritum procedere. Quod si non ex essentia Patris

τὴν διαίρεσιν κατὰ τὴν εὐσεβῆ αὐτῇ ἔχει ὁμολογίαν, ἀλλὰ καινήν τινα καὶ ἀλλόκοτον ἄλλην, ὥστε τὸ μὲν αὐτῆς ὁμοούσιον κατὰ τὴν λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ νοουμένην διαίρεσιν τῆς οὐσίας ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως εἶναι. τὸ δ' αἴτιον καὶ αἰτιατὸν κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἁπλῶς ψιλὰς τῆς ὁμοουσιότητος. Ἔπειτα δὲ καὶ πῶς φαμὲν ἀλλήλοις αἴτια εἶναι τὰ πρόσωπα διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτόν τε καὶ ἀπαράλλακτον; πῶς δ' οὐκ ἄπειρα πρόσωπα, εἰ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον τῆς οὐσίας ἐρεῖ τις εἶναι τὸ γόνιμον; Σοὶ δὲ πρὸς ταῦτα λέγοντι τὸ πρόσωπον στρέψαντες λέγομεν. Οὐχὶ τὸ τῆς οὐσίας ἐν αὐτοῖς ὁμολογεῖς ἀπαράλλακτον; ὁμολογήσεις οἶδα. Εἰ γοῦν, ὡς σὺ διατείνῃ, ἔστι τις λόγος ὁ πείθων ἕπεσθαι τῷ τῆς οὐσίας ἀπαραλλάκτῳ γεννήσεις προσώπων καὶ ἐκπορεύσεις, ἢ ἄρνησαι τὰς ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας λεγούσας γραφὰς γεννώμενον τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον, ἢ δὸς καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ γεννώμενον ἄλλον υἱόν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος ἄλλο πνεῦμα ἐκπορευόμενον. Εἰ δὲ καὶ μὴ τὴν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γέννησιν τοῦ υἱοῦ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ Παρακλήτου ἐκπόρευσιν, εἰς τὴν τοῦ αἰτιατοῦ μόνην δ' ἁπλῶς τοῦ ὁμοουσίου δήλωσιν ἐκλαμβάνῃ, οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ ζυγομαχήσομεν. Δὸς ἡμῖν

Filij generationem, similiter ex eadem Paracleti processionem ad causatum, solamque consubstantialis indicationem accipis, nihil de hoc reluctabimur. Concede nobis generationem ex essen-

γέννησιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, καὶ δὸς ἡμῖν ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας ἐκπόρευσιν διὰ τὸ κατ' οὐσίαν ἀπαράλλακτον τῶν τριῶν, καὶ τὰς γεννήσεις ταύτας καὶ ἐκπορεύσεις εἰς τὸ ὁμοούσιον, καὶ ἡμεῖς οὐκ εἰς τὸ αἰτιατόν σοι χαριζόμενοι ἐκληψόμεθα. ἀλλ' οὐ δίδως. Καὶ πῶς ὁμοούσιοι υἱὸς καὶ πνεῦμα πατρί, εἰ ταῦτα μὲν οὔτε ἀλλήλων αἴτια, οὔθ' ἕτερα τὰ ἐξ αὐτῶν γεννώμενα ἔχουσι καὶ ἐκπορευόμενα; τὸ δὴ ὁμοφυὲς καὶ ἀπαράλλακτον κατ' οὐσίαν ἀναγκαίως ἀπαιτεῖ κατὰ σὲ τὰς γεννήσεις ταύτας καὶ ἐκπορεύσεις. οὐκ ἔστιν ὅπως ὁμοφυῆ ἀλλήλοις εἶναι τὰ τρία εἰ μὴ κατὰ σὲ ἐκ τῆς υἱοῦ καὶ πνεύματος οὐσίας υἱὸς γεννηθήσεται καὶ πνεῦμα ἐκπορευθήσεται εἰ μὴ κατ' αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ μόνον τὸ πρὸς τὸν πατέρα ὁμοούσιον τούτων. Εἰ τοιαῦτα τῶν σῶν διορισμῶν τὰ ἀποτελέσματα, πάντως δὲ τοιαῦτα, ὑποπέπτωκας κάτω ποτέ, ὁ μετέωρος οὗτος τὴν γνώμην καὶ τὸ φρόνημα ὑψηλός, καὶ τοῖς παρ' ἡμῶν ταπεινῶς διὰ τὴν θεολογίας προσήκουσαν προσοχὴν εἰρημένοις προσεσχηκὼς, αἰσθάνῃ, ὅποι φέρῃ κινδύνου. Ἔστι γὰρ ἀληθῶς ὁμοφυὴς ὁ υἱὸς τῷ πατρί, καὶ ἔστιν ἀληθῶς ὁμοφυὲς πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐδεμία ἡ ἀνάγκη διὰ τὸ κατ' οὐσίαν ἀπαράλλακτον

essentia Filij, & concede nobis ex essentia Spiritus processionem propter trium in essentia per omnia simile, & generationes has & processiones ad consubstantiale nos etiam non ad causatum tibi gratum facientes, accipiemus. At plane non concedis. Et quomodo eiusdem essentiæ est cum Patre Filius & Spiritus, si hæc neque causa mutuo suiipsius sunt, neque alia ex se ipsis quæ generentur, aut procedant, possident? Quod enim eiusdem naturæ est, & essentiæ per omnia simile necessario poscit, te asserente, has generationes & processiones. Fieri nequit, vt hæc tria inter se eiusdem naturæ sint, nisi te iudice, & ex Filij & Spiritus essentia Filius generaretur, & Spiritus processerit, si non secundum causam, sed tantummodo propter eandem eorundem cum Patre essentiam id est; si isti sunt tuarum determinationum effectus, prorsusque non alij sunt. Tandem deorsum te deprimens, qui mente elatus es, & cogitationibus sublimis, & ijs quæ a nobis demisse propter Theologiæ addecentem astentionem asserrentur, animum applicans persentisce, quo in discrimine versaris. Nanque est vere Filius eiusdem naturæ cum Patre, & est vere eiusdem naturæ cum Patre & Filio Spiritus sanctus, nullaque cogit necessitas propter essentiam in omnibus simi-

similem horum trium, communem facere etiam causatis paternæ essentiæ fœcunditatem. Cum personarum proprietates & secundum essentiam singulis inesse creduntur, si nullum in illis accidens, neque deforis aduenientis, & essentiæ per omnia simile non deperditur.

VII. Rursus. *Si aliud est*, inquit, *generans uti generans, & aliud generatum vt generatum, itemque producens vt producens, & procedens vt procedens, secundum vero essentiam supersubstantialis trinitas, qua & vnitas est, & non aliud & aliud, quomodo secundum eam fuerit Pater, aut productor, aut Filius & Spiritus, aut causa & causatum, & non statim secundum essentiam & distinctiones & diuersitates exorientur?* Quod non hæc tria in vnam, ego dico, personam contrahantur propter vnitatem essentiæ. Aut enim inter generantem & genitum, & producentem, & productum diuersitatem propter essentiæ vnitatem, a propria diuisione exire concedat quispiam, aut si id concedere nequit, neque essentiæ imaginetur distinctiones & diuersitates propter generantis & geniti & producentis & producti diuersitates. Quemadmodum enim appellationum relatione, & in paternitatem ac filiationem diuisione personarum, quarum diuisio est & relatio, essen-

τῶν τριῶν κοινὸν δοῦναι καὶ τοῖς αἰτιατοῖς τῆς πατρικῆς οὐσίας τὸ γόνιμον. ἐπεὶ αἱ τῶν προσώπων ἰδιότητες καὶ κατ' οὐσίαν ἑκάστῳ ἐνεῖναι πιστεύονται, εἴπερ μηδὲ συμβεβηκὸς ἐκεῖ, καὶ ἐπιγινόμενον ἔξωθεν, καὶ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον οὐ λυμαίνονται.

ζ. Πάλιν. Εἰ ἕτερόν ἐστι, φησί, τὸ γεννῶν ὡς γεννῶν, καὶ ἕτερον τὸ γεννώμενον ὡς γεννώμενον. καὶ αὖ τὸ ἐκπορεῦον ὡς ἐκπορεῦον, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον ὡς ἐκπορευόμενον. κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ἡ ὑπερούσιος τριὰς ἥ ἐστι καὶ μονάς, καὶ οὐχ ἕτερον καὶ ἕτερον, πῶς ἂν εἴη κατὰ ταύτην πατήρ, ἢ προβολεύς, ἢ υἱὸς καὶ πνεῦμα. ἢ αἴτιον καὶ αἰτιατόν, καὶ οὐκ ἂν αὐτίκα καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν διακρίσεις καὶ ἑτερότητες ἀναφανήσονται, διὰ τὸ μὴ καὶ τὰ τρία εἰς ἕν, ἐγώ φημι, συναλείφεσθαι πρόσωπον διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἑνιαῖον. Ἢ γὰρ τὴν τοῦ γεννῶντος πρὸς τὸ γεννώμενον, καὶ τοῦ ἐκπορεύοντος πρὸς τὸ ἐκπορευόμενον ἑτερότητα διὰ τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα τῆς οἰκείας διδότω τις ἐξίστασθαι διαιρέσεως. ἢ μὴ διδόναι τοῦτο δυνάμενος, μηδὲ τῆς οὐσίας φανταζέσθω διακρίσεις καὶ ἑτερότητας διὰ τὰς κατὰ τὸ γεννῶν, καὶ γεννώμενον, καὶ ἐκπορεῦον καὶ ἐκπορευόμενον ἑτερότητας. Ὡς γὰρ ἔχει τῇ τῶν κλήσεων σχέσει, καὶ τῇ εἰς πατρότητα καὶ υἱότητα διαιρέσει, ἡ τῶν προσώπων οὐσία, ὧν ἡ διαίρεσις καὶ σχέσις

συνδιαιρεῖται. οὕτως οὐδὲ τῇ κατὰ τὸ γεννῶν καὶ γεννώμενον, καὶ ἐκπορεῦον καὶ ἐκπορευόμενον διακρίσει συνδιακρίνεται.

η΄. Οὐχ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, φησι, λέγομεν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴν αὐτὸν καὶ αἰτίαν ὁμολογοῦμεν. ἀλλ' ὅτι ἀρχὴ φυσικὴ καὶ αἰτία τῶν οὐσιωδῶς ἐξ αὐτοῦ ὑποστάντων, διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνου αὐτά. Σοφιστικώτερον μὲν χρώμενος ἐνταῦθα ὁ λόγος τῷ ἡγουμένῳ καὶ ἑπομένῳ κλέπτειν πειρᾶται τὸν ἀκροατήν, οὐχὶ πείθειν. Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ ἀπὸ τῶν φυσικῶς ὄντων ἁπάντων τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἔχω παραστῆσαι ἀντιστροφήν. Τί γὰρ αὖ τις πᾶν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τινὸς εἶναι λεγόμενον, ὡς ἐξ αἰτίου εἶναι λέγῃ αὐτοῦ. καὶ ἀνάπαλιν πᾶν τὸ ὡς ἐξ αἰτίου τινὸς φυσικοῦ, καὶ ὁμοφυὲς τῷ αἰτίῳ εἶναι ὁμολογῇ. Ἀλλὰ ταύτην πρὸς τὸ παρὸν παρέντες, καί τι πρὸς τὸν λόγον εἴποιμι αὖ πρὸς τὸν λέγοντα. Εἴ τις τιθείη τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα καὶ τὸν υἱὸν εἶναι, ἕπεσθαι ὡς ἡγουμένῳ τῷ, αἰτίαν αὐτὸν εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ. ἢ γὰρ ἀφελεῖ τῶν γραφῶν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεσθαι, ἢ τοῦτό γε ὁμολογουμένου κατὰ τὸν σὸν ἀναγκαίως συναχθήσεται λόγον, κατὰ τὸ δι' υἱοῦ αἰτιατὸν ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα τοῖς θεολογήσασι Πατράσι ῥηθῆναι αὐτό. Εἰ γὰρ

essentia non diuiditur, pari modo neque generantis & geniti, producentis & producti distinctione distinguitur.

VIII. *Non quod ex essentia Patris*, ait, *dicimus Filium & Spiritum, propterea & principium ipsum & causam confitemur, sed quod principium naturale & causa est eorum, quæ ex ipso essentialiter subsistunt, propterea que ea ex ipsius essentia.* Captiosas argutiolas hic oratio vsurpans, antecedenti & subsequenti subducere conatur auditorem, non persuadere. Ego vero licet ex naturalibus omnibus conuersionem ad iam dicta probare possim: quilibet enim, quidquid ex essentia alicuius esse dicitur, tanquam ex causa esse, affirmauerit; & vice versa, quidquid tanquam ex causa naturali ab aliquo est, eiusdem esse cum causa naturæ asseruerit. Sed hisce in præsentia neglectis, aliquid addam ad sermonem asserentem; si quis posuerit ex essentia Patris Spiritum & Filium esse consequi ac si illud præcederet, causam ipsum esse eorum, quæ ex ipso sunt. Aut enim dele e scripturis, ex essentia Filij Spiritum dici, aut si id fateamur, necessario te asserente colligetur, secundum per Filium causatum ex Patre esse Spiritum a Patribus, qui illud decreuere, dictum fuisse.

Nan-

Nanque si quod ex Patre Filius & Spiritus esse habent, propterea ex essentia hæc Patris sunt, erit & ex essentia Filij Spiritus, quod ex Filio esse Spiritus habet. Hæc ratiocinatio, etiam absque tuorum sermonum conuersione necessaria, tuarum sententiarum absurda manifestabit. Quod si rursus, o tu qui omnia propria auctoritate blateras, non quod per Filium Spiritus est, ex ipsius essentia dici affirmaueris, sed simpliciter propter eandem essentiam, sed occurret tibi ratiocinatio, consubstantialis hic etiam protendens conuersionem, & similis modo eam conuertens necessario de Filio & Spiritu illud ex essentia pronunciabit. Quis enim ex ijs qui res vel momenti alicuius intelligere possunt, non prorsus necessario dicet, si propter eandem essentiam ex essentia Filij Spiritus sanctus dicitur, etiam ex essentia Spiritus Filium propter idipsum dici.

IX. In vna suæ Orationis pericope hanc veluti sumptionem ante alia proponit: *Multa sunt illius ex aliquo significata. Nanque ex materia, & ex loco, & cum hoc, aliquando etiam ex principio, & ex essentia vnde dicitur, & vnde motum habuit, & pleraque alia hanc dictionem denotare comperies. Sed cum de Deo sermo est, Cyrillus aliorum minime indigens, de his tribus illud, ex*

διότι ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ εἶναι υἱὸς καὶ πνεῦμα ἔχουσι, διὰ τοῦτο ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς ταῦτα οὐσίας, ἔσται καὶ ἐκ τῆς τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐσίας, διότι δι' υἱοῦ τὸ εἶναι τῷ πνεύματι. Οὗτος ὁ λόγος καὶ δίχα τῆς ἀναλογίας τῆς σῶν λόγων ἀντιστροφῆς, τὸ τῶν σῶν δογμάτων ἀπελέγξει παράλογον. Εἰ δέ γε καὶ πάλιν πάντα σὺ λέγων κατ' ἐξουσίαν, οὐ διὰ τὸ εἶναι δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτὸ εἶναι οὐσίας ἐρεῖς, διὰ δὲ τὸ ἁπλῶς ὁμοούσιον. Ἀλλ' ἀπαντήσεταί σοι ὁ λόγος τὴν τοῦ ὁμοουσίου κἀν ἐνταῦθα προτείνων ἀντιστροφήν. καὶ ὁμοίως αὐτῇ ἀντιστρέφειν ἀπαιτῶν κατ' ἀνάγκην ὅτι υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸ ἐκ τῆς οὐσίας. τίς γὰρ καὶ τῶν μικρὰ συνορᾶν δυναμένων, οὐ πάντως ἂν εἶναι ἀναγκαῖον ἐρεῖ. εἰ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, καὶ ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν διὰ τὸ αὐτὸ λέγεσθαι.

θ'. Ἐν μιᾷ τῶν τοῦ οἰκείου λόγου περικοπῶν, ὥσπερ τι λῆμμα τοῦτο τίθησι πρότερον. Πολλὰ μὲν τὰ τοῦ ἔκ τινος σημαινόμενα. καὶ γὰρ τὸ ἐξ ὕλης, καὶ τὸ ἐκ τόπου, καὶ τὸ μετὰ τοῦτο. ἔστιν ὅτε καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς. καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ὅθεν λέγεται, καὶ τὸ ὅθεν ἐκινήθη, καὶ πλεῖστα δὲ ἕτερα τὴν φωνὴν εὑρήσεις σημαίνουσαν. ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις Κύριλλος μὴ τῶν ἄλλων δεόμενος, ὅτι τριῶν τούτων

quo,

τὸ ἔκ τινος ἐκλαμβάνεται. Σημαίνει μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς αὐτό τε τὸ ἔκ τινος ὑφίσταται, καὶ οὐσιοῦται, ὃ δὴ καὶ πρῶτον καὶ κυρίως τοῦδε ἂν εἴη σημαινόμενον, ὡς αὐτὴν παριστάνον τὴν τοῦ κυρίως ἔκ τινος ὕπαρξιν. Σημαίνει δὲ καὶ τὴν ὡς ἐξ ὁμοουσίου φανέρωσιν, καὶ οἷον ἀνάδειξιν, καθ' ὃν τρόπον φαμὲν τὸν κύριον τὴν ἐξ ἡμῶν φύσιν ἀναλαβεῖν, ἢ τὴν ὁμοούσιον ἡμῖν. ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ ἔκ τινος δόξαι κινηθῆναι, καὶ εἴ τι που παραπλήσιον. Ταῦτα καθά τι λῆμμα, ὡς εἴρηται, τοῦ λόγου προειληφώς, ἐπάγει. Οὐκοῦν ὅταν Κυρίλλου ἀκούῃς ἐκ πατρὸς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντος, ἐκεῖνό γε δηλοῦν νόμιζε, ὅτι ὑφίσταται, ὅτι ἔχει τὸ εἶναι, ὅτι ἐκπορεύεται. ὅταν δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐπὶ τὸν ἄλλον αὐτίκα τὸν, τοῦ ὅθεν ὡς ἐξ ὁμοουσίου φανεροῦται καὶ ἀναδείκνυται, καὶ τὸν, ὅθεν κινεῖσθαι δοκεῖ, μετάβαινε τρόπον. Ἄγε δὴ ὦ οὗτος τὴν τῶν λεγομένων δίδου πίστιν ἡμῖν. Ποῦ ταῦτα Κύριλλος. εἰ δὲ μὴ Κύριλλος, τίς ὅτι Κυρίλλου ταῦτα; παρέστωσαν αἱ γραφαί, καὶ ἄνω φέρειν κεφαλῆς οὐ παραιτησόμεθα. εἰ δὲ σῆς διανοίας ταῦτα γεννήματα, ὅτι δὲ σῆς ἀναμφίβολον, καὶ μόνῳ σοι πρεσβευέσθωσαν, οὐδὲ μὴ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς δίκην αἰσχυνομένοις θρεμμάτων ὀπίσω σου φέρεσθαι. Ἀλλὰ σὺ μὲν οὐδὲν ξένον κἀνταῦθα ποιῶν, εἰ μή τις ξένον λο-

quo accipit. Significat enim apud illum id, quod ex aliquo subsistit, & essentiam consequitur, qui primus & proprius huiusce erit significatus, tanquam qui repræsentat, proprie ex aliquo existentiam. Notat etiam ex consubstantiali manifestationem, & quasi ostensionem, qua ratione dicimus Dominum naturam ex nobis assumpsisse, aut nobis consubstantialem. Item ex aliquo videri motum accipere, vel quid simile. His veluti sumptione Orationi, vt iam diximus, præpositis subinfert. *Itaque cum Cyrillum audis, ex Patre existere Spiritum sanctum dicentem, illud indicare puta, eum subsistere, habere esse, procedere: cum vero ex Filio ad alium statim significatum recurre, nempe inde tanquam ex consubstantiali manifestari, & ostendi, & inde motum habere, videtur.* Age iam tu horum dictorum fidem exsolue. Quo in loco hæc ait Cyrillus? Et si Cyrillus non est, quis est qui ea Cyrilli esse dictitat? producantur scripturæ, & eas supra caput gestare non recusabimus. Quod si tuæ mentis ista sunt fœtus & germina, & esse nulli dubium est, a te solo in honore habeantur, nec tantum a te, sed ab ijs etiam, qui more pecudum tuis vestigijs insistere non indelectantur. Veruntamen tu nil noui etiam hic moliris, nisi quis nouum

repu-

reputauerit, quod dum in omnibus alijs auctoritate qua es dogmata effingas, hic nominatim Cyrillum rerum a te dictarum auctorem constituis. Ego vero, licet abunde tua hæc commenta esse ostendere possum, dum tu ostendere nequis ea Cyrillum dictasse, alia quoque ratione tuam contra veritatem stultitiam euulgabo, palam ante oculos ponens, quam ipsa ob absurditatem refutationem admittunt. *Cum ex Patre*, ais, *existere Spiritum Cyrillus dicit, indicat eum subsistere, habere esse, cum ex Filio ex consubstantiali manifestari, ostendi, & inde motum habere*. Ego vero aio, si duabus dictionibus diuersos significatus tribueres, aut eandem dictionem ab vno Theologo de Patre, ab alio de Filio dictam probare posses, aut ab vno eodemque de vtroque in alia tamen pericope de Patre addita determinatione, quæ illud inferret, in alia de Filio, cum aliud inferente determinatione, fortasse aliquid dicere videreris, proferens quæ dicis. Quod si vna & eadem dictio est, quæ inter alias ad explicandam alicuius essentialem productionem & existentiam præcipua, ac potissima est; Quid ex aliquo essentialem productionem aptius repræsentabit, nisi illud

γίσαιτο, ὅτι ἐφ' ἅπασι τοῖς ἄλλοις κατ' ἐξουσίαν πλάττων τὰ δόγματα, ἐνταῦθα καὶ πρὸς ὄνομα Κύριλλον τῶν σῶν προΐστησι πλασμάτων, εἰρηκότα τὰ εἰρημένα. Ἐγὼ δὲ καίτοι ἀρκούντως εἰς τὴν τῶν σῶν πλασμάτων ἀπόδειξιν μόνου τοῦ μὴ ἔχειν σε ἀποδεῖξαι, ὅτι Κύριλλος ταῦτα, καὶ ἄλλως τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἀπελέγξω σου ματαιότητα, ὑπ' ὄψιν φανερῶς θέμενος, οἷον ἐπὶ τῷ παραλόγῳ ἔχει ταῦτα τὸν ἔλεγχον. Ὅταν ἐκ πατρὸς λέγῃς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα, Κύριλλος λέγει, ὅτι ὑφίσταται δηλοῖ, ὅτι ἔχει τὸ εἶναι. ὅταν δ' ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὅτι ὡς ἐξ ὁμοουσίου φανεροῦται καὶ ἀναδείκνυται, ὅτι ἐκεῖθεν κινεῖται. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δυσί φημι λέξεσί τισι τὰς διαφόρους σημασίας ἐδίδους, ἢ τὴν αὐτὴν λέξιν παρ' ἄλλου τῶν Θεολόγων ἐπὶ πατρὸς, καὶ παρ' ἄλλου ἐπὶ τοῦ υἱοῦ εἰρημένην παριστᾶν εἶχες, ἢ παρ' ἑνὸς μὲν καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπ' ἀμφοῖν. πλὴν ἐν ἄλλῃ μέν τινι περικοπῇ ἐπὶ πατρὸς, καὶ κατὰ τοῦτο δέ τι δυναμένου διορισμοῦ. ἐν ἄλλῃ δέ τινι ἐπὶ υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦ ἄλλό τι δυναμένου διορισμοῦ, ἴσως ἂν ἐδόκεις τι λέγειν, λέγων ἃ λέγεις. εἰ δὲ μία ἡ λέξις καὶ αὐτὴ τὸ κατὰ πασῶν αὐτὴν τινὸς οὐσίωσιν δηλοῦσι, καὶ ὕπαρξιν ἔχουσα κυριώτατα. Τί γὰρ τὴν ἔκ τινος οὐσίωσιν παραστήσει, εἰ μὴ τὸ ἐκ τοῦδέ τινος τόδε τι φυσικῶς ὑπάρχειν καὶ οὐσιῶσθαι. Εἰ παρὰ τοῦ αὐτοῦ

ex

καὶ ἑνὸς καὶ τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ περικοπῇ τῆς γραφῆς ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν λαμβανομένη καὶ τόσον παντὸς ἐξῃρημένη διορισμοῦ, ὅσον ὁ τὰ πρόσωπα συνδέων, καὶ οἷον συνάγων εἰς ἑνότητα σύνδεσμος παρίστησι, ἵνα τί κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τοὺς παραλόγους πλάττῃ διορισμούς; Εἰ διαφόρως ἦν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑπάρχον, οὐκ ἂν οὕτω τὸ διὰ τοῦ καί, συνδέσμου ἀδιάφορον ἐπ' ἀμφοῖν ὁ Ἅγιος ἐπεδείκνυτο. νῦν μὲν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ αὐτὸ προϊέναι θεολογῶν, νῦν δὲ προχεῖσθαι παρὰ υἱοῦ, καθὰ δὴ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ πατρός. ἡμεῖς μίαν ταύτην διαίρεσιν οἴδαμεν καὶ πρεσβεύομεν πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἣν αἱ κλήσεις αὗται πατρότης ἔχουσι καὶ υἱότης, ὡρισμένα τὰ προσωπικὰ συνεπαγόμεναι πάντα ἰδιώματα. καὶ οὐκ ἄν ποτέ τις μίαν τινὰ τῶν τὴν διαίρεσιν ταύτην δηλουσῶν λέξεων εἰληφὼς ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν συνημμένως οὕτως ἐρεῖ, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἀγέννητα, ἢ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς γεννητά, ἢ τὰ καὶ τά, ὅσα τῆς διαιρέσεως. διά τοι τοῦτο οὐδὲ τὸ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα εἰς δήλωσιν, ἧς βούλει διαφορᾶς, τῷ Ἁγίῳ εἰλῆφθαι διατεινόμεθα. Σὺ δὲ τὰ τοιαῦτα χρησμολογῶν εἰς ὁμωνυμίαν ἀπάγεις; ὃ καὶ Δαίμοσιν ἐς δεῦρο ἀνεπιχείρητον

ex hoc, hoc quid naturaliter existere & essentialiter? si ab vno eodemque & in vna eademque scriptionis pericope, de vtraque persona accepta, & tantum ab omni determinatione exempta, maxime personas vinciens, & quasi in vnitatem contrahens coniunctio firmat, ad quid contra tuum caput absurdas has determinationes effingis? Si diuerso modo ex Patre & Filio Spiritus existeret, non sic propter coniunctionis *Et*, indifferentiam de vtroque Sanctus ostendisset, nunc quidem, ex Patre & Filio illum progredi decernens: nunc, effundi a Filio, sicuti etiam ex ipso Patre. Nos vnam tantum diuisionem nouimus, & profitemur Patris & Filij, quam in se continent hæ appellationes paternitas & filiatio, cum vna secum ducunt determinatas personales omnes proprietates. & nunquam quispiam vnam ex his dictionibus, quæ diuisionē hanc notant, assumens de vtraque persona coniunctim ita enunciabit, Pater & Filius vnigenita, aut Pater & Filius genita, aut hæc & hæc, quæ sunt diuisionis. Propterea que neque illud ex Patre & Filio Spiritum existere, ad notandam, quam ipse vis, differentiam a Sancto assumptum esse contendimus. Tu porro similia veluti ex oraculo fundens ad homonymiam rapis, quam nec Dæmones ad hoc vsque tempus co-

natu vllo assecuti sunt, illam ipsam sancti Spiritus appellationem, quam ipse Dei Filius & Verbum Paracleto appropriauit, cum Discipulis gentium baptisma committebat. Quomodo enim non erit aperta homonymia, si ex Patre quidem existere cum dicitur Spiritus sanctus, significat Paracletum; ex Filio vero singulas, quas commentitiæ istæ tuæ manifestationes & ostensiones innuunt, illius operationes. Præterea si commune est Patri & Filio, ex vtroque Spiritum & moueri, & manifestari, & ostendi, aut commune sit quoque subsistere, & vniuersa nostra quæstio finem habebit: aut si proprie in solo Patre significatum, subsistendi existendi dictio obtinet, & moueri, & manifestari, & ostendi, communia non sunt Patri & Filio, sed proprie ipsa in Filio locum habent. Palam hæc nobis concedito recens natus dogmatum lator, & tacebimus. Sed non concedes, imo magna auctoritate hæc quidem quæ ex Patre & Filio cum additione coniunctionis *Et*, communia esse decernis, alia vero propria. & non dum capio, an vllus alius ex ijs, qui vnquam commemorantur hæretici, similes in Deum blasphemias eiaculauit.

αὐτὴν ἐκείνην τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος κλῆσιν, ἣν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς καὶ λόγος τῷ Παρακλήτῳ ἀφώρισεν, ὅτε τοῖς μαθηταῖς τὸ τῶν ἐθνῶν παρέζετε βάπτισμα. Πῶς γὰρ οὐχ ὁμωνυμία σαφὴς, εἰ ἐκ πατρὸς μὲν ὑπάρχειν εἰρημένον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλοῖ τὸν Παράκλητον, ἐξ υἱοῦ δὲ ἐν ὑποφαίνουσι τὴν ἅπερ αἱ πεπλασμέναι σοι φανερώσεις καὶ ἀναδείξεις βούλονται ἐνεργήματα τῶν αὐτοῦ; Ἔτι εἰ κοινόν ἐστι πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τὸ πνεῦμα καὶ κινεῖσθαι, καὶ φανεροῦσθαι, καὶ ἀναδείκνυσθαι ἢ κοινὸν ἔστω καὶ τὸ ὑφίστασθαι καὶ σύμπαν ἡμῖν ἵσταται τὸ ζητούμενον. ἢ ἐὰν ἰδίως ἐπὶ μόνου τοῦ πατρὸς ἡ τοῦ ὑφίστασθαι σημασία τοῦ ὑπάρχειν ἀποκεκλήρωται, οὐδὲ τὸ κινεῖσθαι καὶ φανεροῦσθαι, καὶ ἀναδείκνυσθαι κοινόν ἐστι πατρὶ καὶ υἱῷ ἀλλ' ἰδίως καὶ αὐτὰ ἐπὶ μόνου ἀποκεκλήρωται τοῦ υἱοῦ. Καὶ δὸς ταῦτα κατὰ τὸ πρόδηλον ὁ νέος δογματιστὴς, καὶ ἡμεῖς σιωπήσομεν. Ἀλλὰ δοῦναι οὐκ ἔχεις. κατὰ πολλὴν δὲ τὴν ἐξουσίαν τὰ μὲν τὴν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ μετὰ τῆς συναφείας τοῦ καὶ, λεγόμενα κοινὰ εἶναι νομοθετεῖς, τὰ δὲ ἴδια, καὶ οὐκ οἶδα λοιπὸν εἴτις ἄλλος τῶν πώποτε μνημονευομένων αἱρετικῶν τοιαῦτα κατὰ Θεοῦ βεβλασφήμηκεν.

ι. Καὶ χωρὶς τούτων ὅσον ἔχει τὸν ἔλεγχον, ἐξ οὗ παράγει πρὸς ἀνατροπὴν τῆς ὑπάρξεως ὑποδείγ-

X. Et præter hæc quam solide confutantur exemplo, quo ille

ματος, τὴν ὡς ἐξ ὁμοουσίου τοῦ υἱοῦ φανέρωσιν. Δηλοῖ φησι τοῦ πνεύματος καὶ ἀνάδειξιν, ὁ ἐξ υἱοῦ ὑπάρχειν λέγων τὸ πνεῦμα, καθ' ὃν καὶ ἡμεῖς λεγόμενον τρόπον τὸν Κύριον τὴν ἐξ ἡμῶν φύσιν ἀναλαβεῖν, ἤτοι τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον. Ἐγὼ δὲ καί τι φημι ἄλλο. ἡ ἐκ τῆς ἡμῶν φύσεως γεγονυῖα φανέρωσις τοῦ Κυρίου καὶ ἀνάδειξις δηλοῦν βούλεται, ἢ τὴν κατὰ τὸν ἄνθρωπον αὐτοῦ ὕπαρξιν. ὅτι γὰρ ἐκ τοῦ ἀδαμιαίου φυράματος τὴν κατὰ σάρκα ὕπαρξιν ὁ Κύριος ἔσχεν ἡ φανέρωσις αὐτοῦ καὶ ἀνάδειξις γέγονε. καὶ καλῶς ἔχει λοιπὸν ἑπόμενον τῇ κατὰ σάρκα ὑπάρξει τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν καὶ ἀνάδειξιν ὁμολογεῖν τοῦ Κυρίου. Εἰ γοῦν οὕτω ταῦτα, πάντως δὲ οὕτω, καὶ ἡ παρὰ τοῦ υἱοῦ φανέρωσις τοῦ πνεύματος καὶ ἀνάδειξις τὴν παρὰ τοῦ υἱοῦ ὕπαρξιν κατὰ τὰς τῶν ἀποδείξεων τεκμηριώδεις παρίστησιν. Ὅτι γὰρ ἐκ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχει καὶ πεφανέρωται, καὶ ἀναδέδεικται παρ' αὐτοῦ, καὶ χορηγεῖται καὶ δίδοται, καὶ ἔτι τῶν ὑστέρων τῆς αὐτοῦ ὑπάρξεώς ἐστιν, ἐπεὶ καὶ παρὰ πατρὸς οὕτω. Εἰ δὲ παρὰ πατρὸς μὲν οὕτω, παρὰ δὲ υἱοῦ ἄλλως, ἄλλη πάλιν βλασφημίας ἀγχόνη τῷ δημιουργῷ πλακήσεται τῶν διαφορῶν. οὐ γὰρ φυσικὸν δοτῆρα καὶ χορηγὸν τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν πρεσβεύειν δια-

ille ad conuellendam existentiam vtitur. *Veluti ex consubstantiali Filio manifestationem, ait, Spiritus notat & ostensionem, qui ex Filio existere Spiritum asserit, eo quo nos dicimus modo Dominum, quæ ex nobis erat, naturam assumpsisse, nobis nempe consubstantialem.* Ego vero aliud adnecto. ex nostra natura facta Domini manifestatio, & ostensio prorsus innuit, secundum hominem illius existentiam: nam quod ex Adamiæa massa secundum carnem Dominus existentiam habuit, illius manifestatio & ostensio facta est, hinc sequitur nos commode cum existentia secundum carnem, secundum carnem manifestationem & ostensionem Domini fateri. Hæc itaq; si ita se habent, vt omnino se habent, etiam ex Filio Spiritus manifestatio & ostensio ex Filio existentiam secundum coniecturales demonstrationes repræsentabit. Quod enim ex Filio existit, & manifestatur, & ostenditur, ab eodem quoq; suppeditatur, & datur, & quidquid aliud de illius existētia asseritur, cum & de Patre consideratio non alia sit. Quodsi a Patre quidem hoc, a Filio vero alio modo, alius rursus blasphemiæ laqueus differentiarum opifici complicabitur. Neque enim datorem naturalem & suppeditatorem

Spi-

Spiritus Filium agnoſcere reputabitur, ſed adminiſtrum & ſeruũ manifeſtationis & oſtẽſionis.

XI. *Exiſtere ex Filio*, ait, *Cyrillus dixit Spiritum, ſed non propter ipſius ad eſſentiam productionem, ſed propter gratiam ex Spiritu, quæ in Filio manet, fidelibus effulgentem*. Alius iterum hic eſt blaſphemiæ exceſſus. Nam ſi ſpiritalium donorum effectus, effulgens in fidelibus gratia Spiritus eſt, & ſi hæc quidem abſque hypoſtaſi ſunt, ex Patre vero & Filio exiſtentis Spiritus appellatio hæc indicat, qua ratione & Spiritus ex vtroque exiſtens, abſque hypoſtaſi ab eiſdem exiſtere non intelligetur? Ni rurſus eadem ratione vnam eandemque Spiritus appellationem in duo ſubdiuidat, eundem Spiritum cum hypoſtaſi ex Patre, ſine hypoſtaſi ex Filio, prodigioſa loquacitate enuncians? *Exiſtit ex Filio*, ait, *Spiritus, ſed cum ſuppeditatum illum intelligimus, cum miſſum, & datum, cum ad renouandam creaturam venientem*. Et ſi cum hæc, tum ex Filio Spiritum intelligemus, poſteriora vero hæc ſunt, & ſub tempore cadunt, plane non ab æterno exiſtere ipſum ex Filio quiſpiam dicet. Quodſi non ab æterno a Filio ab æterno exiſtens a Patre, hoc enim nec ipſe fateri recuſat, quomodo dictio exiſtere de duobus ſecundum idem ac-

γνωσθήσεται, ὑπηρέτην δὲ ἴσως καὶ λειτουργὸν τῆς φανερώσεως καὶ ἀναδείξεως.

ια. Ὑπάρχειν ἐκ τοῦ υἱοῦ, φησι, τὸ πνεῦμα Κύριλλος εἴρηκεν, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν αὐτοῦ τὴν οὐσίωσιν, διὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν τῷ υἱῷ μένοντος ἀπολάμπουσαν τοῖς πιστοῖς χάριν. Ἄλλη πάλιν αὕτη βλασφημίας ὑπερβολή. Εἰ γὰρ τὰ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἀποτελέσματα, ἡ ἀπολάμπουσα τοῖς πιστοῖς ἐστι χάρις τοῦ πνεύματος. καὶ εἰ ταῦτα μὲν ἀνυπόστατα. ἡ δὲ τοῦ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρχοντος πνεύματος κλῆσις ταῦτα δηλοῖ, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον πνεῦμα ἀνυποστάτως ὑπάρχειν ἐξ αὐτῶν νοηθήσεται; Εἰ μὴ πως καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν καὶ μίαν κλῆσιν τοῦ πνεύματος εἰς ἀμφότερα διαιρήσει τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐνυποστάτως μὲν ἐκ πατρὸς, ἀνυποστάτως δ' ἐκ τοῦ υἱοῦ τερατολογῶν. Ὑπάρχει ἐκ τοῦ υἱοῦ, φησι, τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ὅταν ὡς χορηγούμενον νοῶμεν, ὅταν πεμπόμενον, καὶ διδόμενον, ὅταν ἐπὶ τὸ ἀνακαινίσαι τὴν κτίσιν ἐρχόμενον. Καὶ εἰ ὅτε ταῦτα, τότε ὑπάρχειν ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα νοήσομεν. ὕστερα δὲ ταῦτα καὶ ὑπὸ χρόνον, οὐχὶ καὶ ἀϊδίως ὑπάρχειν ἐρεῖ τις αὐτὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. εἰ δὲ μὴ ἀϊδίως ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀϊδίως ὑπάρχον ἐκ τοῦ πατρὸς.

cepta

τοῦτο γὰρ οὐδ᾽ αὐτὸς ὁμολογεῖν ἀναβάλλεται, πῶς ἡ ὑπάρχειν λέξις ἐπ᾽ ἀμφοῖν εἰλημμένη κατὰ ταυτὸν, οὐχὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα καὶ πάλιν εἰς τὸ ἔγχρονον καὶ ἄχρονον διαιρήσει,

ιβʹ. Ἐκ πατρὸς, φησὶ, προϊέναι τὸ πνεῦμα, Κύριλλος γράφει, ὡς ἀπὸ στόματος καὶ ὡς ἀπὸ πηγῆς τοῦ πατρός. καὶ Βασίλειος πάλιν, ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθὸν, οὐ γεννητῶς ὡς ὁ υἱὸς, ἀλλ᾽ ὡς πνεῦμα στόματος αὐτοῦ. Καὶ οὐκ οἶδα τίνα ταῦτα τὴν ἐναντιότητα πρὸς τὸν ἡμέτερον ἔχειν οἴεται λόγον. Εἰ γὰρ ὅτι ὡς ἀπὸ στόματος πρόεισι τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, στόματος ὂν τοῦ πατρὸς, τὴν ἐκ πατρὸς ὕπαρξιν ἔχει κατὰ τὸν λέγοντα καὶ ἐπὶ τούτοις ἀληθῶς ἀληθεύοντα. καὶ εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογεῖται, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθὸν, καὶ ὡς πνεῦμα στόματος τοῦ Θεοῦ, εὔδηλον ὡς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐστι, καὶ τὴν ἐξ υἱοῦ ἔχειν παρὰ τῷ ἀγνωμονοῦντι ὁμολογηθήσεται ὕπαρξιν, ὡς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προϊὸν, καὶ πνεῦμα στόματος ὂν τοῦ υἱοῦ. Εἰ δ᾽ ὅτι καὶ πηγὴ τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ ἐστι, διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, πῶς οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἴπερ αἱ αὐταὶ γραφαὶ πηγὴν τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ἀνακηρύττουσι τὸν υἱόν;

ιγʹ. Ἀλλὰ παρίτω καὶ Θεοδώρητος, καὶ αἱ Θεοδωρήτου ἐπιτιμήσεις. ἐπεὶ γὰρ ἃ κατὰ Κυρίλλου Θεοδώρητος

cepta, eundem Spiritum nunc rursus in illud, quod absque principio est, & in illud, quod sub principio cadit, non diuidet?

XII. *Ex Patre*, inquit, *Cyrillus scribit*, *Spiritum progredi veluti ex ore, & fonte Patre. Basilius item; Ex Deo esse dicitur Spiritus sanctus, non vt sunt omnia ex Deo, sed vt a Deo progrediens, non modo generationis vt Filius, sed vt Spiritus oris illius.* At non dum capio, quam ista in se continere aduersus nostra dicta contrarietatem existimet. Etenim si, qui ex ore progreditur Patris Spiritus, & Pater os sit, ex Patre existentiam habet, vt ille ait, & sunt, quæ dicit, vt dicit. Et si ex Deo esse asseritur, tanquam qui ex Deo progressus est, & vt Spiritus oris Dei, iam apertum remanet etiam ex Filio esse, & ex Filio habere existentiam ab æquo iudice reputabitur, tanquam qui ex Filio progreditur, & Spiritus oris Filij est. Si vero quia fons Spiritus Pater est, propterea ex Patre Spiritus est, quare non & a Filio, cum eædem scripturæ fontem eiusdem Spiritus Filium deprædicant?

XIII. Sed accedat Theodoretus, & Theodoreti increpationes. Quando quæ Theodoretus aduersus Cyrillum scripsit,

his

his verbis expressa; *Quodsi propter hoc proprius Filij Spiritus est, quod eiusdem naturæ, & ex Patre procedit. & nos quoque fatebimur: si vero quod ex Filio existentiam habet, tanquam blasphemum hoc & impium reijcimus*, in sui auxilium hic producit, nihil curans, quod anathemati tradita sunt. Et qui quod a Canonibus rebus sacris profane manus immittentibus infligitur, minime timet, sceleri astrictus, consideremus quam in arundineo harum increpationum baculo sibi stabilitatem promittit. *Theodoretum*, ait, *cum probe sese increpantem Cyrillus agnouisset, nullam mouit contentionem, & silentio præterijt, aperte hoc indicans, neque se eos, qui ita opinarentur admittere. nihilominus proprium esse Spiritum Filij vehementer conatur ostendere, & dicti sui testem adducit Apostolum, & ait, Procedit enim ex Deo & Patre Spiritus sanctus secundum Saluatoris vocem, non est vero alienus a Filio:* Euge, quod probe Cyrilli apologiam sartam tectam conseruasti. Et quodnam aliud Theodoreti increpationum refutationem melius confirmauerit? Cum enim diuinissimus

ἔφη αὐταῖς εἶπε λέξεσι λέγων. εἰ μὲν διὰ τοῦτο ἴδιον τοῦ υἱοῦ ἔφη τὸ πνεῦμα, ὅτι ὁμοφυὲς καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον συνομολογήσομεν. εἰ δ' ὅτι ἐξ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ δυσσεβὲς ἀπορρίψομεν, εἰς συμμαχίαν αὐτὸ προβάλλεται, μηδὲν αὐτῷ μέλον, ὅτι ἀναθέματι παρεδόθησαν. Πῶς γὰρ ὃς οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῶν Κανόνων τοῖς ἀνιέρως τὰ ἱερὰ μεταχειριζομένοις ἐπισειόμενον δέδοικε τῷ πλημμελήματι ἐνεχόμενος, ἴδωμεν, εἰ μὴ ὡς ἐπὶ καλαμίνης ῥάβδου τῆς ἐπιτιμήσεως τούτων ἐπερείδεται. Θεοδώρητον καλῶς, φησιν, ἐπιτιμῶντα εἰδὼς Κύριλλος, οὐκ ἐφιλονείκησε, καὶ παρῆλθε πως σιγῇ, δῆλον ἐκ τούτου ποιῶν, μηδ' αὐτὸν τοὺς οὕτω οἰομένους ἀποδέχεσθαι. Ὅτι δ' ὅμως ἴδιόν ἐστι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, σφοδρῶς ἀγωνίζεται δεικνύναι, καὶ τοῦ λόγου ποιεῖται τὸν Ἀπόστολον μάρτυρα καὶ φησίν, Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριόν ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ. Εὖγε τοῦ καλῶς σοι τηρηθέντος ἀπαραποιήτου τῆς Κυρίλλου ἀπολογίας. καὶ τί γὰρ ἄλλο τὴν τῶν ἐπιτιμήσεων Θεοδωρήτου συστήσει ἀνατροπήν; ἐν μὲν γὰρ τῷ λέγειν Κύριλλος ὁ θεσπέσιος, ὅτι ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, διὰ τῆς Εὐαγγελικῆς

Cyrillus dicit, *Ex Deo & Patre Spiritum sanctum procedere secundum Saluatoris vocem*, per Euangelicum hoc testimonium ex

Patre

ταύτης μαρτυρίας τὴν ἐκ πατρὸς τοῦ πνεύματος συνίστησιν ὕπαρξιν, ἐν δὲ τῷ, Ἀλλ' οὐδὲ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ ἐστιν ἐπάγει, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι αὐτὸ ὑπεμφαίνει. καὶ συνομολογήσει μοι πᾶς, ὃς τοῦ παντὸς τὴν ἀλήθειαν προτιθέμενος τὸν λόγον ὁμολογεῖ, καθ' ὃν ἐστι τὸ πνεῦμα ἴδιον τοῦ υἱοῦ. εἰ δὲ βούλει καὶ σύ. ὅπως δὲ καὶ σύ, λέγω, σκόπει. Τί δοκεῖ σοι; Πυνθάνεται κατ' ἐρώτησιν ὁ λόγος δεύτερον νομίζων κρατεῖν ὡς λῆμμα τὸ ἀναγκαῖον ἐκεῖνο τῶν Ἀθανασίου ῥητῶν, ἐν ᾧ, φησι, τοιαύτην ἔχειν τὴν φύσιν, καὶ τάξιν τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν, οἵαν ὁ υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα. ἢ τί ἄλλο ἐρεῖς; Κρατεῖν οἶδα ἐρεῖς, ἐπεὶ μηδὲν ἔχεις κἀνταῦθα τῇ περιεργίᾳ χαρίσασθαι. Εἰ γοῦν τὴν χρῆσιν κρατεῖν χρή, πάντως δὲ χρή, εἰ μέμνησαι. καὶ πάλιν ἐρωτήσει ὁ λόγος σε, ὅτι τὴν ἄλλην τῶν Ἀθανασίου ῥήσεων τὴν, Ἐπειδὴ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι λέγουσαν, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστι, τὴν καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς ἀληθείας σχεδιασθέντι σοι Τόμῳ συμπεριέλαβες. καὶ εἰ μὴ ὁμολογήσεις αὐτίκα μάλα ὁ Τόμος ἐμφανιζόμενος ἀπελέγξει σε. καὶ σκόπει λοιπὸν αὐτίκα, εἰ μὴ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα συνίστησι Κύριλλος, ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ πατρὸς λέγων αὐτὸ, οὐ μὴν γε ἀλλότριον εἶναι τοῦ υἱοῦ; εἰ γὰρ διότι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ

Patre Spiritus existentiam probat: cum vero, *non alienus est a Filio*, subnectit, & ex Filio esse cum demonstrat. Et id vna mecum fatebitur, quisquis relictis alijs veritatem præponens rationem non inficiatur, ob quam Spiritus dicitur esse proprius Filij, & si vis tu quoque, quomodo vero tu? inquam, considera. Quid tibi videtur? quærit secundum interrogationem oratio contendens, firmitatem habere, veluti sumptionem Athanasij dictum, quo ille ait, *talem habere naturam & ordinem Spiritum erga Filium, qualem habet Filius erga Patrem.* An aliud quid dices? Firmitatem dices habere, cum nihil hic habeas, quod tuæ curiositati satisfaciet. Si itaque dictum firmitatem habere necesse est, & plane necesse est, si memoria te non fallit, iterum a te oratio requiret aliud Athanasij dictum, asserens, *Quando Filius ex Deo est, proprius est essentiæ illius*, quod tuo aduersum nos, potius vero contra veritatem temere concinnato Tomo comprehendisti. Et si id non annueris, statim Tomus in medio productus euincet te. & iam considera, annon ex Filio esse Spiritum Cyrillus comprobat, *Procedere quidem illum ex Patre*, dicens, *non vero eum alienum esse a Filio*. Nam si, quod ex

Deo Filius est, & memoria recole Athanasianam personarum proportionem, propterea proprius illius essentiæ est, quæ ratio persuaserit diuinum Cyrillum non tenere propium esse Spiritum essentiæ Filij, quando ex Filio est? Filium proprium esse paternæ essentiæ, vti subsequens antecedentis, ex Patre eum esse, Athanasius ponit. Et tu Spiritum proprium Filij essentiæ asserens, & sic concedens subsequens, postmodum illius antecedens, ex Filio nempe esse illum, tollis? Quod si & in illis etiam velemus te refellere quibus decernis, *Proprium esse Patris Spiritum tanquam qui ex eo est, & consubstantialis, Filij vero quod ex eo nullo modo, sed quod consubstantialis.* Quid ad hæc respondebis? Quomodo non horres? Quomodo non consideras, pœnas te Deo daturum, dum diuisiones & determinationes ex proprijs in Patrum dogmatibus illis apprime contrarias comminiscceris.

XIV. Age vero Auditor ad expositionem prauarum interpretationum accedamus, quas admirabilis iste Philosophus ad dicta Nysseni ad Ablabium ex cerebro profert. Nanque hic prauertit veritatem, & putans nos omnes quasi somno oppressos, rem non posse capere, profert quæ profert. tu vero attente annon male ille id peragat, considera.

μνημόνευε τῆς κατ' Ἀθανάσιον τῶν προσώπων ἀναλογίας, διὰ τοῦτο ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστι, τίς ἔσται ὁ πείθων λόγος, μὴ καὶ τὸν θεῖον φρονεῖν Κύριλλον ἴδιον τῆς τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐσίας, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐστι; Τὸ τὸν υἱὸν ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς εἶναι οὐσίας ὡς ἑπόμενον ἡγουμένου τὸ ἐκ πατρὸς αὐτὸν εἶναι Ἀθανάσιος τίθησι. καὶ σὺ τὸ πνεῦμα ἴδιον τῆς τοῦ υἱοῦ εἶναι οὐσίας ὁμολογῶν, καὶ οὕτω διδοὺς τὸ ἑπόμενον, εἶτα τὸ τούτου ἡγούμενον τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ δηλονότι εἶναι αὐτὸ ἀφαιρῇ; Εἰ δὲ καὶ ἐν ἐκείνοις ἐπιλαβέσθαι σου θελήσομεν ἐν οἷς λέγεις, ἴδιον μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα, ὡς ἐκεῖθεν καὶ ὁμοούσιον, τοῦ υἱοῦ δὲ, ὅτι ἐκεῖθεν μὲν οὐδαμῶς, ὅτι δὲ ὁμοούσιον, τί καὶ πρὸς ταῦτα ἐρεῖς; Πῶς οὐ φρίττεις; πῶς οὐκ ἐννοῇ δίκας ὑφέξων Θεῷ, ἐφ' οἷς μερισμοὺς καὶ διορισμοὺς οἴκοθεν αὐτὸς ἐπὶ τοῖς τῶν Πατέρων δόγμασι πλάττῃ, πολὺ τὴν κατ' ἐκείνων ἐναντιότητα ἔχοντας.

ιδ'. Δεῦρο δὴ, ὦ ἀκροατὰ, καὶ ἐπὶ τὴν ἀνάπτυξιν ἴωμεν, ὧν ἐπὶ ταῖς πρὸς Ἀβλάβιον τοῦ Νύσσης ῥήσεσιν ὁ θαυμάσιος οὗτος φιλόσοφος παρεξηγήσεων ποιεῖται. ὁ μὲν γὰρ παραλογίζεται τὴν ἀλήθειαν, οἰόμενος ὥσπερ βαθὺς ὑμᾶς πάντας ὕπνος κατείχετο, λέγει ἃ λέγει. σὺ δὲ, εἰ μὴ καλῶς, σκόπει. Οὐ σκοπός ἐστι τῷ

Νύσσης, φησὶ, τὸν πατέρα τὴν ἐκπόρευσιν ἀφελέσθαι τοῦ πνεύματος. ἀφαιρεῖτο δ' ἂν εἰς υἱὸν ταύτην μετατιθέμενος. μετάθεσιν ὀνομάζων, εἰ τὸ διὰ τοῦ προσεχοῦς μηδὲν διαφέρειν τοῦ ἐκ τοῦ προσεχοῦς κρίνοιτο. Ἐγὼ δὲ μηδένα οἶμαι συνίστασθαι λόγον τὴν διαίρεσιν πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ πνεύματος προόδῳ συνιστῶντα, ἕως ἂν με πείθωσιν αἱ γραφαί, πᾶν ὅ τι ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ λέγεται, ὡς ἐξ ἑνὸς Θεοῦ εἶναι καὶ λέγεσθαι. Ἀλλ' ἐκ τοῦ υἱοῦ, φησι, τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ πατρὸς οὐκ ἂν ἐκπορεύοιτο, γεννῷτο δὲ μᾶλλον, εἴπερ καὶ ὁ υἱὸς ἐξ οὗ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητός. Καὶ οὐκ οἶδα τί πρὸς τὴν ἀλήθειαν ταῦτα. τί γὰρ κωλύει καὶ ἡμᾶς ἀντεπενεγκόντας εἰπεῖν; Καὶ εἰ δι' υἱοῦ ἐκπορεύεται, οὐκ ἂν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύοιτο, γεννῷτο δὲ μᾶλλον, ὡς ἂν οὕτω τὰς κατὰ τοῦ εἰπόντος πατρὸς τὴν διὰ τοῦ προσεχοῦς φωνὴν ἀναισχυντίας σου παραστήσωμεν, ἢ διαίρεσιν υἱοῦ καὶ πατρὸς κατὰ τὴν διὰ τοῦ προσεχοῦς φωνὴν δός, καὶ τὰς καινὰς ταύτας τερατολόγει γεννήσεις. Εἰ δ' εἴπερ ἕνωσιν ἀμφοτέρων ἡ δι' υἱοῦ φωνὴ δηλοῦται, οὐδὲν ἧττον ἢ ὅσον καὶ ἐξ ἀμφοῖν αὐτῶν τόδε τι λέγουσα εἶναι, μάτην αὐτὰς τερατολογεῖς. Διὰ τοῦ υἱοῦ αἰτιατὸν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ ἅγιος θεολογεῖ. καὶ ὁ τῆς νέας θεολογίας πλάτης καὶ ἀνανταγώνιστος, ὡς οἴεται, ῥήτωρ, Εἰ εἰς τὸ τοῦ πνεύ-

Non est propositum, ait, *Nysseno Patrem processione Spiritus spoliare; spoliaret vero, si eam in Filium immutaret, immutationem vocans, si illud, quod per contiguum est nihil differre ab eo, quod ex contiguo est, intelligeretur.* Ego porro nullam reor esse rationem, quæ cogat inferre Patris & Filij in Spiritus progressu diuisionem, donec mihi Scripturæ persuadent, quidquid ex Patre per Filium dicitur, vti ex vno Deo esse & dici. *Sed ex Filio, ait, Spiritus procedens, ex Patre nunquam processerit, sed potius generaretur, si & Filius, ex quo Spiritus, ex Patre generatur.* Et non dum intelligo, quid ad veritatem ista faciant. Quid enim impedit nos contra referentes dicere? Et si per Filium procedit, non ex Patre processerit, sed potius generaretur, vt sic tuam aduersus Patrem asserentē *per illud quod contiguū est*, impudentiam repræsentemus, aut Patris & Filij diuisionem, illa dictione *per illud quod contiguum est*, concede, & nouas hasce generationes prodigiose confinge, aut si vnionem vtriusque dictio *per Filium* infert, nihil minus quam ex vtroque hoc quidquid est affirmans esse, temere ac prodigiose eas tu blateras. Per Filium ex Patre causatum Spiritum sanctum decernit, & nouæ Theologiæ effusus & insuperabilis, vt ipse opi-

non habet, sed dixit spiritum Christi non habet, hic non est eius. verum hoc dixit, ut ostendat, si spiritus & Christus. & idem est Christum adesse, & spiritum adesse, & idem est, spiritum Dei dicere & spiritum Christi. Est igitur Spiritus sanctus Spiritus veritatis, quasi quis dicat, spiritus Filij. Quia dicit Saluator, ego sum veritas. Dicitur Spiritus veritatis, qui est spiritus Filij, sicut dicit Paulus. Emisit Deus spiritum Filij sui. Est igitur & spiritus Filij, & spiritus eius, qui excitauit Iesum Christum. Et audi Paulum dicentem, si autem spiritus eius, qui excitauit Iesum Christum, habitat in vobis. Hæc nomina sanctæ & immaculatæ potestatis sancti & adorandi spiritus sunt. Sunt & alia nomina non natura conuenientia, sed operationi. Profundus sermo & opus habet auribus attentis, munitis, & fidelibus. Dicitur autem iterum spiritus spiritus vitæ, quia Saluator dicit; Ego sum veritas & vita. Dicitur itaque spiritus vita sicut & Paulus dicit; Lex enim spiritus vitæ. Hæc nomina non ascribuntur Spiritui sancto, sed virtuti, & operationi eius, vt sunt dona eius.

πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν, ἵνα δείξῃ ὅτι εἰ πνεῦμα, καὶ Χριστός. καὶ ἴσον ἐστὶ Χριστὸν παρεῖναι, καὶ πνεῦμα παρεῖναι. καὶ ἴσον ἐστὶν εἰπεῖν, πνεῦμα Θεοῦ καὶ πνεῦμα Χριστοῦ. Ἔστι τοίνυν πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας, ὡς ἄν τις εἴπῃ, πνεῦμα τοῦ υἱοῦ. Ἐπεὶ λέγει ὁ Σωτήρ, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, λέγεται τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὅ ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, ὡς φησὶν ὁ Παῦλος, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ἔστιν οὖν καὶ πνεῦμα υἱοῦ, καὶ πνεῦμα ἐγείραντος Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Παύλου, εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν Χριστὸν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῆς ἁγίας καὶ ἀχράντου δυνάμεως τοῦ ἁγίου ἐστὶ καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ὀνόματα, οὐ τῇ φύσει προσήκοντα, ἀλλὰ τῇ ἐνεργείᾳ. βαθὺς ὁ λόγος καὶ χρῄζει ἀκοῆς προσεχούσης καὶ ἀσφαλοῦς πίστεως. Λέγεται δὲ πάλιν τὸ πνεῦμα, ζωῆς πνεῦμα, ἐπεὶ καὶ ὁ Σωτὴρ λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. λέγεται οὖν πνεῦμα ζωῆς, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος λέγει, Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς. Ταῦτα τὰ ὀνόματα δὲ οὐ προσγράφεται τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἀλλὰ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἐνεργείᾳ αὐτοῦ, οἷον αἱ δωρεαὶ αὐτοῦ.

ANIMADVERSIO.

Nota ex supra posito dicto, & ex hoc etiam sancti Patris Chry-

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ:

Σημείωσαι ἀπό τε τῆς προλαβούσης χρήσεως καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς τοῦ ἁγίου

sostomi

πατρὸς Χρυσορρήμονος μετὰ πολλῆς ἀκριβείας λεπτολογεῖται. ἐκεῖ μὲν γὰρ, περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως ἑρμηνεύων, ταῖς προθέσεσι τῇ τε ἐκ, καὶ τῇ παρὰ, διόλου χρᾶται ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ταύτην διδάσκων. ἐνταῦθα δὲ τὴν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος παριστῶν ὁμοουσιότητα, καὶ τὴν τῆς φύσεως ταυτότητα μόνην, οὐ μὴν καὶ τὴν ἐκπόρευσιν, οὐδεμιᾷ τῶν τοιούτων χρῆται προθέσεων. ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἄνευ αὐτῶν, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει τὸ πνεῦμα, τὸν θεοκήρυκα Παῦλον παράγων τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ἀπαράγραπτον μάρτυρα.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἴπερ οὖν διὰ τὸ, τὸν Χρυσορρήμονα πατέρα ἡμῶν, περὶ μὲν τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως ἑρμηνεύοντα ταῖς προθέσεσι τῇ τε ἐκ, καὶ τῇ παρὰ, χρῆσθαι διόλου, ἐν δὲ τῇ ἤδη ῥηθείσῃ τῶν αὐτοῦ λόγων περικοπῇ οὐδεμιᾷ τῶν τοιούτων προθέσεων χρήσασθαι, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἄνευ τῶν προθέσεων τούτων λέγειν τὸ πνεῦμα, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα, οὐ δέχῃ εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἔτ' ἂν εἴης δίκαιος ἀπαρνήσασθαι τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγειν τὸ πνεῦμα, ἐὰν αὐτὸν ἐκεῖνον σοι παραστήσω θεολογοῦντα, ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅρα καὶ γὰρ ἐν τῷ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή. Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, φησίν. Ἦλθεν ὁ Χριστὸς

ſoſtomi cum multa ac exacta diſcuſſione ſubtilem diſputationem. Vbi enim de Spiritus proceſſione ſermonem habet, præpoſitionibus Ex, *&* Ab, *per totum vtitur, & ex Deo & a Patre illum inſinuat. Hic vero Spiritus & Filij idem natura & eſſentiæ tantum exponens, non vero proceſſionem, nullam ex his præpoſitionibus vſurpat, ſed ſimpliciter & ſine illis Dei & Chriſti Spiritum nuncupat, diuinum præconem Paulum ſimilis doctrinæ teſtem omni exceptione maiorem adducens.*

REFVTATIO.

Si ex eo quod aurea eloquentia præditus Pater Spiritus proceſſionem exponens, *ex* & *ab* præpoſitionibus per totum vtitur, in iam vero digeſta ſuorum ſermonum pericope, nullam ex dictis præpoſitionibus vſurpat; ſed ſimpliciter & abſque illis ſpiritum Dei & ſpiritum Chriſti nũcupat, abnuis dicere ſpiritum etiã ex Filio eſſe, haud iuſta facis, dum refugis ſpiritũ ex Filio profiteri, ſi eundem ipſum tibi conſtituam decernentem, ex Filio eſſe Spiritum ſanctum. Hic enim Oratione de Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius principium eſt. *Vere apparuit nobis diuina gratia*, inquit; *Acceſſit Chriſtus ad nos, dedit nobis*

qui ex eo est, spiritum, & corpus nostrum assumpsit. Et Sanctum quidem in digesta pericope dictis præpositionibus vsum non fuisse, accurata tua ista Animaduersione adnotasti: at vero illum asseruisse, idem esse dicere Spiritum Dei, & spiritum Christi, tanquam tua Animaduersione minime dignum neglexisti. Et tamen illud maximi videtur esse momenti ad demonstrandum, spiritum esse etiam ex Filio. Nanque si idem est dicere, spiritum Dei, & spiritum Christi, quemadmodum ex Deo est, quia spiritus Dei est; pari ratione & ex Filio est, quia spiritus Filij est.

πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ ἀνελάβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα. Καὶ ὅτι μὲν ἐν τῇ τοιαύτῃ περικοπῇ ὁ Ἅγιος ταῖς ῥηθείσαις προθέσεσιν οὐκ ἐχρήσατο, πάνυ γε ἀκριβοῦς τῆς ἐπιστασίας ἠξίωσας. ὅτι δὲ ἔφη ἴσον ἐστὶν εἰπεῖν πνεῦμα Θεοῦ, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ, ἀλλὰ τοῦτό γε ἄμοιρον ἐπιστασίας παρῆκας. τὸ δὲ πολλὴν τὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Εἰ γὰρ ἴσον ἐστὶν εἰπεῖν πνεῦμα Θεοῦ καὶ πνεῦμα Χριστοῦ. ὥσπερ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ διὰ τὸ εἶναι πνεῦμα Θεοῦ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ διὰ τὸ εἶναι πνεῦμα υἱοῦ.

Ex eadem Homilia.

XI. *Si autem audieris dicentem; Mittam vobis Spiritum sanctum, ne secundum Deitatem accipias. Deus enim non mittitur. Nomina sunt hæc operationem significantia, eo quod omnis qui mittit, in illa mittit loca, in quibus non est. Finge quod ego loquar alicui in hac sede. Non possum dicere cuipiam. Veni, mittam te huc; hoc non est mittere, sed collocare & adstare sibi facere. Quod cum Deus vbique est: cælum enim, inquit, & terram impleo, dicit Dominus. Quo mittit qui vbique est? si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero*

Ἐκ τῆς αὐτῆς Ὁμιλίας.

ια΄. Ἐὰν δὲ ἀκούσῃς λέγοντος· Ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ τὴν θεότητα ἐκλάβῃς. Θεὸς γὰρ οὐκ ἀποστέλλεται. ὀνόματά ἐστι ταῦτα τὴν ἐνέργειαν σημαίνοντα. ἐπειδὴ πᾶς ὁ ἀποστέλλων, εἰς ἐκείνους ἀποστέλλει τοὺς τόπους, ἐν οἷς μὴ πάρεστιν. ὑπόθου ἐμὲ εἶναι τὸν λαλοῦντα ἐν τῷ καθίσματι τούτῳ, οὐ δύναμαι εἰπεῖν τινι, δεῦρο, ἀποστελῶ σε ὧδε. τοῦτο οὐκ ἔστι πέμψαι, ἀλλὰ συγκαθίσαι, καὶ παραστῆναι. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς πανταχοῦ, τὸν οὐρανὸν γὰρ καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, ποῦ πέμπεται ὁ πανταχοῦ ὤν. Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ. ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγάς μου κατ'

ὄρ

ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης. καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με. Ποῦ οὖν ὁ Θεὸς ἀποστέλλει; ἀλλ' ἄρα μὴ αὐτὸς μὲν πανταχοῦ, ὁ δὲ ἀποστελλόμενος οὐ πανταχῆ; Ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἆρ' ὡς μὴ παρόντα ἐν τῷ κόσμῳ; πῶς οὖν Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς λέγει, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Πῶς οὖν ἀποστέλλει εἰς τὸν κόσμον. πάλιν ἀποστέλλει ὁ ἀποσταλείς. καὶ ἔμεινεν ὁ ἀποστείλας ἄνω καὶ ὁ ἀποσταλεὶς κάτω. Πῶς ἔλεγε, καὶ ὁ πέμψας με μετ' ἐμοῦ ἐστι. ἀσφαλίσαι τὸν λόγον. δύναται γὰρ εἰπεῖν ὁ αἱρετικὸς, μετ' ἐμοῦ ἐστι τῇ βοηθείᾳ. ὡς λέγω κἀγὼ ὁ Θεὸς μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ εἶπεν ἁπλῶς. ἀλλὰ τί; Ὁ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων. εἰ μετ' αὐτοῦ ἦν καὶ ἐν αὐτῷ ἔμενε, πῶς ἐκεῖνος ἀπέστειλεν; ἢ πῶς οὗτος ἀποστέλλει; εἴτε γὰρ ἦλθον, οἱ δύο ἦλθον. καὶ οὐδεὶς ἀποστέλλει. εἴτε ἔμεινεν ὁ πατὴρ ἄνω, πῶς λέγει ὁ υἱὸς, Ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν, εἰ ἄνω ἔμεινεν ὁ ἀποστείλας; πῶς ἔχει μετ' αὐτοῦ ὁ ἀποσταλεὶς τὸν ἀποστείλαντα; Ἐγὼ γὰρ εἶπον ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι. Πῶς οὖν ὁ ἀποσταλεὶς λέγει, Ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί; πῶς δὲ πάλιν ἀπέσταλεν; Ὅταν οὖν λέγῃ, πέμψω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν δωρεὰν λέγει τοῦ πνεύματος. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι ἡ δωρεὰ

in infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim manus tua illuc deducet me. Quorsum igitur Deus mittis? An forte quia ipse quidem vbique, is autem qui mittitur, non vbique? Misit Deus Filium suum in mundum: num vt non præsentem in mundo? Quomodo igitur Ioannes Euangelista dicit, Omnia per ipsum facta sunt. in mundo erat, & mundus per ipsum factus est? Quomodo igitur iterum in mundum missus est? Num iterum missus est, qui alias missus est, & mansit qui misit, supra, & qui missus est, infra? Quomodo dicebat, Et qui misit me mecum est? Obsecro, diligenter attendas. secure serua sermonem. Potest enim dicere Hæreticus, Mecum est suo auxilio, sicut & ego dico, Deus mecum est. Non dixit simpliciter. sed quid? Pater in me manens. si mecum erat, & mecum mansit, quomodo ille misit, vel quomodo hic missus est? Si enim venerunt, duo venerunt, & neuter missus est. Et si mansit supra Pater, quomodo dicit Filius, Pater meus mecum est? si supra mansit qui misit: quomodo secum habet missus mittentem? Ego enim dixit in Patre, & Pater mecum est. Quomodo igitur missus dicit, Pater in me est? Et quomodo iterum misit? Igitur cum dicit, Mittam vobis Spiritum sanctum, donum

dicit Spiritus, & vt discatis donum mitti, Spiritum autem non mitti, Saluator dicit Apostolis, Manete in Hierusalem, donec induamini virtute ex alto, & sumatis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos. Licet virtus suppeditabatur, Spiritus tamen erat, qui suppeditabat. Omnia enim operatur vnus, & idem Spiritus, diuidens vnicuique, vt vult. Tu ergo non potes ostendere mitti Spiritum sanctum a pura Deitate: ego autem si ostendero tibi factorem cæli & terræ mitti a Spiritu sancto, quid facies? vel nega Christum, vel expunge scripturas, vel cum sis seruus scripturarum, obedi scripturis. Et vbi, inquit, dictum est hoc? Audi Deum dicentem per Prophetam Esaiam, pietatis præconem. Audi me, dicit, Iacob, & Israël, quem ego accerso. Ego Deus primus, & Deus posthac, & præter me Deus non est: attendite oro: restat enim hic quod quæritur. Quis hæc dicit, Pater ne an Filius? Vide quomodo in figura Monarchiæ Trinitatem obscure prædicat. Ego Deus primus, & ego posthac, & præter me non est Deus. Quis est, qui hæc dicit? mundi conditor. Subdit enim, Ego manu mea fundaui terram. Vides opificem loqui? Et Spiritus meus firmauit cælum. Ego omnibus stellis mandaui. Ego excitaui cum iustitia

πέμπεται, τὸ δὲ πνεῦμα οὐκ ἀποστέλλεται, ὁ Σωτὴρ λέγει τοῖς Ἀποστόλοις. Μείνατε ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. λήψεσθε γὰρ δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. κἂν ἡ δύναμις ἦν χορηγουμένη, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ χορηγοῦν. Πάντα γὰρ ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Σὺ μὲν οὖν οὐ δύνῃ δεῖξαι πεμπόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ γυμνῆς τῆς θεότητος. ἐγὼ δέ σοι δείξω τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἀποστελλόμενον ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τί ποιήσεις; ἢ ἄρνησαι τὸν Χριστὸν καὶ ἀπάλειψον τὰς γραφὰς, ἢ δοῦλος ὢν τοῦ Χριστοῦ, ὑποτάγηθι ταῖς γραφαῖς. Καὶ ποῦ φησιν εἴρηται τοῦτο. ἄκουε τοῦ Θεοῦ λέγοντος διὰ τοῦ Προφήτου Ἡσαΐου, τοῦ κήρυκος τῆς εὐσεβείας. Ἄκουέ μου φησὶν Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐγὼ καλῶ· ἐγὼ Θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. καὶ πλὴν ἐμοῦ Θεὸς οὐκ ἔστι. Προσέχετε, λοιπὸν γὰρ ἐνταῦθα τὸ ζητούμενον. τίς ὁ εἰπὼν ταῦτα, ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱός; ὅρα πῶς ἐν μοναρχίας τύπῳ τὴν Τριάδα κηρύττει συγκεκαλυμμένως, ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ Θεὸς οὐκ ἔστι. Τίς ὁ ταῦτα λέγων; ὁ δημιουργός. ἐπάγει γάρ. Ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐθεμελίωσα τὴν γῆν. βλέπε πῶς ὁ δημιουργὸς λαλεῖ. καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. ἐγὼ

regem

πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. ἐγὼ ἤγειρα μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα. καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί μου εὐθεῖαι, εἰπὼν ἑαυτὸν δημιουργὸν καὶ ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς λέγει λοιπὸν ταῦτα. οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐν κρυφῇ ἐλάλησα ὑμῖν ταῦτα, οὐδὲ ἐν τόπῳ σκοτεινῷ. εἰπὼν ὅτι ἐθεμελίωσα τὴν γῆν, καὶ ἐποίησα τὸν οὐρανόν. ὅτε ἐγίνοντο, ἐκεῖ ἤμην. καὶ νῦν Κύριος ἀπέστειλέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. σὲ τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν Κύριος ἀπέστειλε κατὰ τὴν σάρκα. ὁ ποιητὴς οὐρανοῦ λέγει. Κύριος ἀπέστειλέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. τὴν ἀποστολὴν οἱ αἱρετικοὶ τοῦ πνεύματος εἰς ὕβριν λαμβάνουσιν. ἀπέστειλε πατήρ, οὐ μεταστάς. ἀπέστειλεν ὁ υἱὸς τὸ πνεῦμα, οὐ διαιρεθείς. διὰ τοῦτο ἡ γραφή, ὁ Θεός, φησίν, ἐξέχεε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡ θεότης οὐκ ἐκχεῖται, ἀλλ' ἡ δωρεά, διὰ τοῦτο ἵνα δειχθῇ, ὅτι τὸ ἐκχυνόμενον, οὐ πνεῦμα ἅγιον, ἀλλὰ πνεύματος Θεοῦ χάρις. λέγει Δαυὶδ περὶ Χριστοῦ. ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου. χάρις ἐκχεῖται, οὐχ ὁ δωρούμενος τὴν χάριν. ἐὰν ἡ ὁμοτιμία κηρύττηται, καὶ τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ πεφανερῶσθαι, καὶ τὸ ἀπ' ἐμοῦ λήψεται, ὡς ἀπὸ δεξαμενῆς ἑρμηνεύεται.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπίστησον ἀκριβῶς, πῶς ὁ θεοφόρος οὗτος τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔκχυσιν καὶ ἀποστολὴν νοεῖ καὶ διδάσκει, ἵν' ὅτε ἀκούσῃς παρὰ τοῦ Κυρίου τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον καὶ ἀποστελλόμενον

regem, & omnes viæ meæ rectæ. Cum ſeipſum dixiſſet factorem cœli & terræ, ſubnectit; Non ab initio in occulto locutus ſum vobis hæc, neque in loco tenebroſo. Dicens, fundaui terram, & creaui cœlum; quando facti ſunt illi, aderam, & nunc Dominus miſit me, & Spiritus illius, te ſcilicet, qui feciſti cælum & terram Dominus miſit ſecundum carnem. Factor cœli intonat; Dominus miſit me & Spiritus illius. Miſſionem Spiritus Heretici capiunt in contumeliam. Miſit Pater, non locum deſerens, nec loco tranſlatus. Miſit Filius Spiritum non diuiſus. Et idcirco ſcriptura dicit, Deus effudit donum Spiritus ſancti, Diuinitas non effunditur ſed donum; propter hoc vt demonſtraretur, quia hoc, quod effunditur, non eſt Spiritus ſanctus, ſed Spiritus Dei gratia. Dicit Dauid Chriſto. Effuſa eſt gratia in labijs tuis. Gratia effunditur, non qui largitur gratiam; ſi æqualis honor prædicatur, & illud a ſeipſo manifeſtatum eſt, necnon & illud, de meo accipiet, quaſi a puteo interpretari quis poteſt.

ANIMADVERSIO.

Curioſius mentem fige, conſideraque, qua ratione diuinus iſte Pater effuſionem miſſionemque Spiritus intelligat, exponatque, vt, cum audis, a Domino Spiri-

Spiritum effundi, mittique ad præsentem hanc expositionem similes dictiones conferas componasque.

REFVTATIO.

Asserente Chrysostomo, Deum non mitti, rursumque, donum mitti; Spiritum vero non mitti, cum Filius dicit, mittam vobis Spiritum sanctum: necnon, Deitatem non effundi, sed donum; item, quod effunditur non esse Spiritum sanctum sed Dei gratiam, propterea non eum ipsum Paracletum indicari existimas, sed gratiam quandam, veluti ab eo auulsam, cum scriptura asserit, Spiritum sanctum a Domino effundi, mittique, si hæc inquam opinaris de Spiritu sancto, qui a Domino effunditur, & mittitur, plane a vera rectaque sententia longe omnium euagaris. Et meorum dictorum testis fuerit Spiritus dator, & suppeditator, qui, cum in Euangelio dicit, Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis ex Patre, non gratiam quandam spiritalem, veluti ab essentia Spiritus diuisam ac seiunctam insinuat, sed Paracletum ipsum, qui est Deus perfectus, & verus, vti Pater & Filius est. Si itaque Deus est, qui a Domino effunditur, mittiturque Spiritus, scito, cum Chrysostomum audis dicentem, Deus non mittitur, & quod effundi

πρὸς τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν καὶ τὰς τοιαύτας συμβιβάζῃς φωνάς.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τοῦ Χρυσορρήμονος εἰπόντος, Θεὸς οὐκ ἀποστέλλεται, καὶ πάλιν, ἡ δωρεὰ πέμπεται, τὸ δὲ πνεῦμα οὐκ ἀποστέλλεται, ὅταν ὁ υἱὸς λέγῃ, Πέμψω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάλιν, Θεότης οὐκ ἐκχεῖται, ἀλλ᾽ ἡ δωρεά. καὶ πάλιν, τὸ ἐκχυνόμενον οὐ πνεῦμά ἐστιν ἅγιον, ἀλλὰ πνεύματος, Θεοῦ χάρις, μὴ διὰ ταῦτα οὐχὶ αὐτὸν ἐκεῖνον δηλοῦσθαι τὸν Παράκλητον οἴου, ἀλλὰ χάριν τινὰ ἀποδιεσχισμένην ὥσπερ ἐκείνου· ὅταν ἡ γραφὴ λέγῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ Κυρίου προχεῖται καὶ ἀποστέλλεται, πόρρω βάλλεσθαι ἴσθι τῆς τοῦ ἀληθοῦς διανοίας. καὶ μάρτυς τῶν ἐμῶν λόγων αὐτὸς ὁ τοῦ πνεύματος δοτήρ τε καὶ χορηγός. λέγων γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις, Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, οὐχὶ χάριν τινὰ πέμπεσθαι ἐμφαίνει πνευματικὴν, οἱονεὶ τῆς οὐσίας ἀποδιῃρημένην τοῦ πνεύματος, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν Παράκλητον, ὅστις Θεός ἐστι τέλειος, καὶ ἀληθὴς, ὡς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. Εἰ γοῦν Θεός ἐστι τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου προχεόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον πνεῦμα, γνῶθι ἀκούων τοῦ Χρυσορρήμονος λέγοντος τὸ, Θεὸς οὐκ

ἀποστέλλεται, καὶ τὸ ἐκχυνόμενον οὐ πνεῦμά ἐστιν ἅγιον, ἀλλὰ πνεύματος Θεοῦ χάρις, ὡς διὰ τοῦτο ταῦτ' εἴρηκεν, ἵνα μή τις διάστασιν τινὰ φαντάσηται τοπικὴν, Θεὸν ἀκούων πεμπόμενον καὶ ἀποστελλόμενον. Ἐπεὶ εἰ μὴ εἰς τοιαύτην ἔννοιαν ἐκληφθείη τὸ, Θεὸς οὐκ ἀποστέλλεται; πῶς ἂν Θεὸς ὁμολογηθείη ὁ ἀποστελλόμενος υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς. καὶ εἴπερ ἀληθῆ σοι ταῦτα δοκεῖ, μάνθανε, ὡς κἂν καὶ ἡ πέμψις καὶ ἡ ἀποστολὴ τὴν εἰς ἡμᾶς γινομένην παρὰ τοῦ Κυρίου σχετικὴν ἐνοίκησιν δηλῶσι τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς πέμψεώς τε καὶ ἀποστολῆς ἀναφαίνεται ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πέμποντος καὶ ἀποστέλλοντος αὐτὸ Κυρίου, δι' οὓς ἐν ταῖς προλαβούσαις ἀντιρρήσεσι λόγους εἰρήκαμεν.

funditur non eſt Spiritus ſanctus, ſed Dei Spiritus gratia, hanc tantum ob cauſam enunciaſſe, ne quis ſeperationem aliquam, atque diuiſionem localem ſibi animo fingat, cum Deum intelligit, mitti atque effundi. Quandoquidem ſi in eam ſententiam non accipiatur illud, Deus non mittitur, quomodo Deum aſſeremus Filium miſſum a Patre? Etſi hæc tibi vera videntur eſſe, diſcito, licet miſſio, & dimiſſio, quæ in nobis fit, Spiritus, habitualem habitationem ſignificet, ex ipſa nihilominus miſſione, atque dimiſſione clarum remanere, Spiritum ex mittente, & dimittente Domino eſſe, propter eas, quas in ſupra iam digeſtis refutationibus rationes adduximus.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν Λόγου.

ιβ'. Πρὸ δέκα ἡμερῶν εἰς τὸν θρόνον ὁ Χριστὸς ἀνέβη τὸν βασιλικὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέβη σήμερον πρὸς τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, καὶ ἀνήνεγκεν ὁ Χριστὸς τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἡμετέραν, καὶ κατήνεγκε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἕτερος Κύριος διανέμων τὰ δῶρα ταῦτα. καὶ γὰρ τὸ πνεῦμα Κύριός ἐστι, καὶ διενείμαντο τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν, πατὴρ, υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα. Οὔπω δέκα ἡμέραι ἦσαν ἀνελθὼν ὁ Χριστὸς, καὶ χαρίσματα ἡμ-

Eiuſdem ex Oratione in Pentecoſtem.

XII. *Ante dies decem Chriſtus ad regium Thronum aſcendit, & hodierno die Spiritus ſanctus ad naturam noſtram deſcendit: noſtras primitias Dominus in cœlum euexit, & Spiritum ſanctum demiſit: alius eſt Dominus, qui hæc dona diſtribuit. Nam Spiritus ſanctus eſt Dominus, & diſpenſationem noſtra cauſa ſuſceptam Pater & Filius & Spiritus ſanctus inter ſe diuiſerunt. Nondum decem elapſi dies erant, ex*

quo

qua Christus ascenderat, & spiritalia nobis dona misit, reconciliationis illius munera. Ne quis ambigeret & quæreret, quid tandem in cœlum ascendens Christus egisset? Num Patri nos reconciliasset? num propritium ipsum reddidisset? ut nobis ostenderet, se naturæ illum nostræ placatum reddidisse, confestim nobis reconciliationis illius dona misit.

ANIMADVERSIO.

Hæc item Pericope, si animo attendas, cum superiori concordat, & plane te docet, dona & munera Spiritus Filium mittere, non autem Spiritum ipsum.

REFVTATIO.

Quale tibi verbũ fugit a septo dentium? Dona & munera Spiritus mitti a Filio dixisti, non autem ipsum Spiritum, & illius esse opinionis videris, quæ asserit, a Filio mitti Spiritus dona, veluti seiuncta, ac separata ab eodem Spiritu. Sed diuus Cyrillus libro octauo ad Hermiam scribit; *Hoc unum scimus, in nobis Christum esse ex spiritu, quem elargitus est nobis: domesticum enim atque incolam abunde possidebit eum, qui natura vereque Deus est, non externum aut disiunctum ab ipso essentialiter Spiritum accipiens, sed illum qui ex ipso, & in ipso, & proprius*

μῖν ἔπεμψε πνευματικὰ, δῶρα τῆς καταλλαγῆς ἐκείνης. Ἵνα γὰρ μηδεὶς ἀμφιβάλλῃ καὶ διαπορῇ, τί ποτε ἄρα ἀνελθὼν ὁ Χριστὸς ἐποίησεν; ἆρα κατήλλαξε τὸν πατέρα; ἆρα ἵλεων αὐτὸν εἰργάσατο; βουλόμενος ἡμῖν δηλῶσαι, ὅτι κατήλλαξεν αὐτὸν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ τὰ δῶρα τῆς καταλλαγῆς ἔπεμψεν.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὁμοίως προσέχεις καὶ ἡ τοιαύτη περικοπὴ, συνᾴδουσα τῇ ἀνωτέρᾳ, καὶ σαφῶς διδάσκουσα καὶ αὐτή; χαρίσματα καὶ δωρεὰς τοῦ πνεύματος πέμποντα τὸν υἱὸν, οὐ μὴν αὐτὸ τὸ πνεῦμα.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οἷόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; Χαρίσματα καὶ δωρεὰς τοῦ πνεύματος πέμποντα τὸν υἱὸν ἔφης, οὐ μὴν αὐτὸ τὸ πνεῦμα, καὶ ἔοικας φρονεῖν οὕτω, παρὰ τοῦ υἱοῦ πέμπεσθαι τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα, ὥσπερ ἀποδιεστασμένα καὶ διακεκριμένα τοῦ πνεύματος. Ἀλλ᾽ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν οὕτως ἔφη. Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν ὁ Χριστὸς ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ δέδωκεν ἡμῖν, ἔνοικον γὰρ ἐμπολισμένον καταπλουτοίη τις αὐτὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, οὐκ ἀλλότριόν τι, καὶ διεσπασμένον οὐσιωδῶς αὐτοῦ τὸ πνεῦμα λαβὼν, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἴδιον αὐτοῦ καὶ [illegible] πρὸς αὐτὸν

est

αὐτὴν κυριότητα φορεῖ. Καὶ πάλιν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Θεός ἐστι καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ πνεῦμα, οὗ δὴ καὶ μέτοχοι διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀξιούμεθα. ἐπεὶ κατά τινα τρόπον ναοὶ Θεοῦ ἐσμέν, εἰ μὴ Θεὸς κατὰ φύσιν τὸ πνεῦμα ἐστί. Καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν πρὸς τοὺς λέγοντας, ὡς οὐκ αὐτὸ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἐνσημαίνεται ἡμῖν, ὁποῖόν τι λέγεις καὶ σὺ νῦν, οὕτως ἔφη. Εἴπερ τὸ τὴν θείαν ἡμῖν ἐγχαράττον εἰκόνα, καὶ σημάντρου δίκην ἐμποιοῦν τὸ ὑπερκόσμιον οὐχὶ τὸ πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἀναγκαῖον ἦν, εἰκόνα τῆς χάριτος καὶ οὐχὶ μᾶλλον Θεοῦ διακεκλῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. καὶ πάλιν. Ἀλλ' εἰ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος διεχοινισμένη τίς ἐστι ἡ δι' αὐτοῦ χάρις, τί μὴ ἔφη σαφῶς ὁ μὲν μακάριος Μωυσῆς, ὅτι παρενηνεγμένῳ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ εἶναι λοιπὸν ἐνεφύσησε χάριν ὁ πάντων δημιουργός, τὴν διὰ πνοῆς τῆς ζωῆς, ὁ Χριστὸς δὲ ἡμῖν, λάβετε χάριν τὴν διὰ λειτουργίας τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἐν μὲν τῇ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίᾳ πνοὴ ζωῆς ὠνόμασται τὸ ἐμφυσηθέν. ζωὴ γὰρ ἀληθὴς ἡ τῆς θεότητος φύσις. εἴπερ ἐστὶν ἀληθές, ὡς ἐν αὐτῇ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. διὰ δὲ τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς, πνεῦμα ἅγιον εἴρηται αὐτό που. κατὰ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐγκατοικίζοντός τε

est illius, & aequalem, si cum eo cō-feratur, dignitatem habet. Et rurſus in expoſitione Euangelij ſecundum Ioannem; *Deus eſt, & ex Deo ſecundum naturam ſpiritus, cuius participes fieri per fidem, quam habemus in Christo, digni efficimur, cum alias quodammodo templa Dei ſumus, ſi Deus ſecundum naturam Spiritus non eſt.* Et iterum libro ſeptimo ad Hermiam aduerſus eos, qui aſſerebant, non ipſum Spiritum, ſed illius gratiam in nobis ſignari, quale nunc tu quoque intonas, ſic ait; *Si quod nobis diuinam imaginem imprimit, & notae inſtar pulchritudinem caeleſtem ingerit, non eſt ſpiritus ipſe, ſed gratia per ipſum, neceſſario homo gratiae imago, & non Dei vocandus eſſet.* Rurſumque; *Quodſi ab eſſentia ſpiritus, quam per ipſum conſequimur, gratia diſtincta, ac auulſa eſt, quare non palam beatus Moyſes dixit, cum animal ad id quod eſt productum fuiſſet, poſtmodum inſufflauit gratiam rerum omnium conditor, per flatum vitae: & Christus nobis, Accipite gratiam per miniſterium Spiritus ſancti: ſed in creatione hominis flatus vitae vocatus eſt, quod inſufflatum eſt: Vita nanque vera eſt deitatis natura. Si modo verum eſt, nos in illa viuere moueri & eſſe. Voce vero Saluatoris Spiritus ſanctus dictus eſt, idem ipſe eiuſdem Spiritus,*

quem animabus fidelium inhabitare facit, atque intromittit, & per ipsum & in ipso immutat in formam, quam in ipso sui initio possedit? His a Diuo Cyrillo vna cum alijs plerisque Patribus quorum dicta ob breuitatem derelinquuntur, decretis, scito magnæ culpæ fieri obnoxium, asserentem, non ipsum Spiritum, sed Spiritus dona Filium mittere. Licet enim & habitualem inhabitationem Spiritus missio notet, sed ipse rebus omnibus præsens Paracletus est, qui habitat, modo & ratione, quæ verbis exprimi nequeunt.

καὶ ἐνιέντος τὸ πνεῦμα, καὶ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ μεταπλάττοντος εἰς εἶδος τὸ ἐν ἀρχαῖς. Τοιαῦτα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου θεολογοῦντος σὺν ἄλλοις τῶν Πατέρων πολλοῖς, ὧν αἱ ῥήσεις διὰ τὴν μακρηγορίαν παρείθησαν, ἴσθι οὐ μείζονι ὑποκεῖσθαι τῷ κρίματι τὸν λέγοντα, ὡς οὐκ αὐτὸ τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα πέμπων ἐστὶν ὁ υἱός. Εἰ γὰρ καὶ τὴν εἰς τοὺς ἀξίους σχετικὴν ἐνοίκησιν τοῦ πνεύματος ἡ πέμψις δηλοῖ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ πανταχοῦ παρὼν Παράκλητός ἐστιν ὁ ἐνοικῶν ἀρρήτως καὶ ὑπὲρ λόγον.

Eiusdem ex eadem Oratione.

XIII. *Quoniam vero non dum fuerat crucifixus, non erat, ait, Spiritus sanctus hominibus datus. Vox quippe glorificatus, idem valet, quod crucifixus. Nam etsi res est natura sua ignominiosa, quia tamen eorum causa fiebat, quos amabat, gloriam illam Christus appellat. Quare vero, dic quaso, ante resurrectionem non est Spiritus datus? Quoniam in peccatis erat orbis terrarum, in offensionibus, odio, & ignominia; cum nondum oblatus Agnus esset, qui mundi tollit peccatum. Quoniam igitur nondum crucifixus fuerat Christus, reconciliatio nondum facta erat: cum vero non dum esset facta reconciliatio, merito neque Spiritus mittebatur*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου.

ιγ'. Ἐπεὶ γὰρ οὔπω ἐσταυρώθη, οὐκ ἦν, φησὶ, πνεῦμα ἅγιον τοῖς ἀνθρώποις δοθέν. Τὸ γὰρ ἐσταυρώθη ἐστὶν, ἐδοξάσθη. Εἰ γὰρ καὶ φύσει τὸ πρᾶγμα ἐπονείδιστον, ἀλλ' ἐπειδὴ ὑπὲρ τῶν φιλουμένων ἐγίνετο, δόξαν αὐτὸ καλεῖ ὁ Χριστός. Καὶ τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, πρὸ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἐδόθη τὸ πνεῦμα; ὅτι ἐν ἁμαρτίαις ἦν ἡ οἰκουμένη, ἐν προσκρούμασιν, ἐν ἔχθρᾳ καὶ ἀτιμίᾳ, οὐδέπω τοῦ ἀμνοῦ προσενεχθέντος, τοῦ τὴν ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου. Ἐπεὶ οὖν οὐδέπω ἦν ὁ Χριστὸς σταυρωθεὶς, οὐδέπω ἦν καταλλαγὴ γενομένη. τῆς δὲ καταλλαγῆς μήπω γενομένης, εἰκότως οὐδὲ τὸ πνεῦμα ἐπέμπετο. ὥστε καταλλαγῆς τεκμή-

ριον τό, τὸ πνεῦμα ἀποστέλλεται. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστός φησιν. Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐ μὴ ἔλθῃ. εἰ μὴ ἀπέλθω ἐκεῖ, καὶ καταλλάξω τὸν πατέρα, φησὶν, οὐ πέμπει ὑμῖν τὸν Παράκλητον.

batur. Quare reconciliationis indicium est, Spiritus missio. Propterea dicit etiam Christus. Expedit vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, ille non veniet: si non abiero, & Patrem reconciliauero, inquit, Paracletum vobis non mittet.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούεις, πῶς ἐνταῦθα φανερῶς διδάσκει ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, τὸν πατέρα διὰ τοῦ υἱοῦ καταλλαγέντα πέμψαι τὸ πνεῦμα;

ANIMADVERSIO.

Audis ne, quomodo hic orbis terrarum Magister palam edicit, Patrem per Filium reconciliatum misisse Spiritum?

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ἀκούεις καὶ σὺ, πῶς τὸ πεμπόμενον πνεῦμα οὐχ ἁπλῶς ἐστι πεμπομένη χάρις, οἱονεὶ ἀποδιεσπασμένη τοῦ πνεύματος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Παράκλητος; Εἰ γοῦν ὁ Παράκλητος πέμπεται παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῇ πέμψει ταύτῃ οὐ διαιρεῖται τοῦ πατρὸς, καθότι πέμπεται ὁ Παράκλητος διὰ υἱοῦ πέμψει μιᾷ, καὶ δόσει μιᾷ, εὔδηλον ὡς ὁ αὐτὸς Παράκλητος ἐκπορεύεται παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῇ ἐκπορεύσει ταύτῃ, οὐ διαιρεῖται τοῦ πατρὸς, καθότι ἐκπορεύεται ὁ Παράκλητος διὰ υἱοῦ ἐκπορεύσει μιᾷ, καὶ ὑπάρξει μιᾷ, οὐκ ἄλλῃ μὲν παρὰ πατρὸς, ἑτέρᾳ δὲ διὰ υἱοῦ, ὡς οἱ τῆς ἀληθείας συκοφάνται φασίν.

REFVTATIO.

Annon tu quoque audis Spiritum missum, non vero simplicem gratiam, tanquam auulsam a Spiritu, sed ipsum Paracletum? Si itaque Paracletus mittitur a Patre, & Filius in hac missione non seiungitur a Patre, dum mittitur Paracletus per Filium vna missione, & vna datione, plane apertum remanet, Paracletum ex Patre procedere, & Filium in processione hac non segregari a Patre, cum Paracletus per Filium procedat processione vnica, & existentia vnica, non alia quidam a Patre, alia per Filium, vt veritatis calumniatores suspicantur.

Ῥήσεις τοῦ μεγάλου ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ.
Ἐκ τῆς πρὸς Εὐστάθιον τὸν Ἀρμένιον Ἐπιστολῆς.

ιδʹ. Τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἀλη-

Dicta Magni BASILII.
Ex Epistola ad Eustathium Armenum.

XIV. *Cum Spiritum veritatis ex-*

tis ex Patre procedere didicerimus, ex Deo esse profitemur increate.

θείας ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι διδαχθέντες, ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογοῦμεν ἀκτίστως.

ANIMADVERSIO.

Vide & rerum cœlestium reuelatorem hunc Patrem, Spiritus processionem ex Patre decernentem.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὅρα καὶ τὸν οὐρανοφάντορα τοῦτον Πατέρα, τὴν τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσιν ἐκ τοῦ πατρὸς δογματίζοντα.

REFVTATIO.

Sed vide tu quoque, rerum cœlestium reuelatorem hunc Patrem tertio aduersus Eunomium Antirrhetico decernentem, *a Filio Spiritum habere quod sit, & ab eodem accipere & annunciare nobis, & prorsus ex ea causa pendere*: tum intelligito, Sanctum hunc cum asserit, *Spiritum ex Patre procedere edocti, ex Deo esse confitemur increate*, non ad denegandum etiam ex Filio Spiritum esse, similia dicere, sed ex Euangelicis dictis testimonium proferre, quibus demonstratur, Spiritum esse ex Patre. Cum enim in omnibus suis de Theologia tractatibus, conatus Eunomij asserentis ex Filio solo Spiritum esse creatum factumque proponeret, ad id vnice & continuo incumbebat, tanquam ad primam & absque principio causam Patrem referre Spiritum, ad quod demonstrandum dictum Euangelicum in medium attulit, quo Ecclesia suasa, increate ex Deo esse Spiritum profitetur.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ὅρα καὶ σὺ τὸν οὐρανοφάντορα τοῦτον Πατέρα ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιρρητικῶν δογματίζοντα, παρὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἔχον τὸ εἶναι, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξηρτημένον. καὶ γνῶθι, ὡς ὁ Ἅγιος οὗτος λέγων, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι διδαχθέντες, ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογοῦμεν ἀκτίστως, οὐ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦτο λέγει τοῦ, εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ τὴν μαρτυρίαν ἐκ τῶν τοῦ Εὐαγγελίου παρέχει ῥητῶν, ὁπόθεν ἀποδείκνυται εἶναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός. Ἐπεὶ γὰρ ἐν πᾶσιν, οἷς ἐθεολόγει, τὴν κατὰ Εὐνομίου σπουδὴν ἐπεδείκνυτο, λέγοντος ἐκ τοῦ υἱοῦ μόνου εἶναι τὸ πνεῦμα κτιστόν τε καὶ ποιητόν, πολλὴν τὴν ἐπιμέλειαν εἶχε διηνεκῶς, ὡς εἰς πρώτην καὶ ἄναρχον αἰτίαν τὸν πατέρα ἀναφέρειν τὸ πνεῦμα, καὶ εἰς τὴν τούτου ἀπόδειξιν, τὴν Εὐαγγελικὴν ῥῆσιν προέτεινεν, ἐξ ἧς τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπείθετο, ἀκτίστως ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα ὁμολογεῖν.

Eius-

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιῤῥητικῶν Λόγων.

ιε΄. Τί οὖν αὐτὸ χρὴ λέγειν, πνεῦμα ἅγιον, καὶ πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα ἀληθείας, ἀποστελλόμενον παρὰ Θεοῦ, δι' υἱοῦ χορηγούμενον, οὐ δοῦλον, ἀλλ' ἀΐδιον, ἀγαθὸν, ἡγεμονικὸν, πνεῦμα ζωοποιοῦν, πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐπιστάμενον πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ. οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ Τριάδι ὁ τῆς μονάδος διασωθήσεται λόγος, ἕνα μὲν πατέρα ὁμολογοῦμεν καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον.

Eiusdem ex Antirrheticis aduersum Eunomium.

XV. *Quo igitur nomine ipsum compellabimus? Spiritum sanctum, & Spiritum Dei, Spiritum veritatis, qui mittitur a Deo, & per Filium suppeditatur, non seruum, sed bonum, sempiternum, principalem, spiritum viuificantem spiritum adoptionis, Dei vniuersa scientem. Hoc siquidem modo in Trinitate vnitatis ratio conseruabitur, cum vnum Patrem profitemur, & vnum Filium, & vnum Spiritum sanctum.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἄκουε, ὅτι ἀποστέλλεται τὸ πνεῦμα παρὰ Θεοῦ, ἤτοι τοῦ πατρὸς, καθὼς ἀπὸ τῆς ἀνωτέρω χρήσεως συμβιβάσαι ἔχεις, δι' υἱοῦ δὲ χορηγεῖται, οὐ μὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται.

ANIMADVERSIO.

Audi Spiritum a Deo mitti, siue Patre, vt ex supra laudato dicto percipere poteris: per Filium vero suppeditari, non vero ex Filio procedere.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὢ πῶς τὸ φιλόνεικον ἄνδρα παρατρέπει σοφόν. τί γὰρ συμβάλλον ἦν πρὸς τὸν προκείμενόν σοι ἀγῶνα, ὅτι τὸ ἀποστέλλεσθαι τοῦ χορηγεῖσθαι διεῖλες, καὶ τὸ μὲν, δέδωκας τῷ πατρὶ μετὰ τῆς παρὰ, τὸ δὲ τῷ υἱῷ μετὰ τῆς διά. ὅμως ἐπεὶ τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεσθαι, καὶ δι' υἱοῦ χορηγεῖσθαι, ὡς διαφοράν τινα ἔχοντα διαιρεῖς, καὶ οὐ λογίζῃ δηλοῦν ἐνταῦθα τὸν Ἅγιον, κοινὸν εἶναι πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεσθαι, καὶ δι' υἱοῦ

REFVTATIO.

Heu quantum propriæ sententiæ amor, & in ea defendenda obstinatio hominem sapientem a recta via abductum in praua compellit. Quid enim ad propositum tibi certamen conferebat, diuisio illa, qua missionem a suppeditatione sejungis; & vnum quidem Patri præpositione addita, *a*, alterum Filio cum præpositione, *Per*, attribuis. Nihilominus cum a Patre mitti, & per Filium suppeditari vti diuersa discriminas; nec opinaris his verbis Sanctum innuere, Spiritum sanctum Patri

& Filio

& Filio communem esset, quod mittatur a Patre, & per Filium suppeditetur, datur facultas recto cognitori inde intelligere, te neque Italo contradicere, qui bene asserit, Spiritum ex vtroque procedere, quoniam ex Patre per Filium procedit.

In alio aduersus eundem Antirrhetico.

XVI. *Quomodo enim quæ separari nequeunt separabuntur; Verbum Dei, & Spiritus ex Deo per Filium.*

ANIMADVERSIO.

Non dissimilia sunt quæ hic Sanctus docet, ex Deo asserens Spiritum, siue ex Patre: sic enim illo, per Filium, datur intelligi.

REFVTATIO.

Non hoc quod tu dicis datur intelligi per Filium, ex Patre scilicet: nanque illud *ex Deo*, vt palam aperteque modis omnibus innotescit, propriam sententiam suspensam habet. Datur porro intelligi, Spiritum non continue & immediate, sed per Filium esse ex Patre.

Eiusdem ex Oratione de Spiritu.

XVII. *Spiritus sanctus nihil in seipso adscititium habet, sed ab æterno omnia possidet, vt Spiritus Dei, & ex ipso apparens, sui causam eum habens, vt sui ipsius*

χορηγεῖσθαι, ἔξεστι τῷ εὐθεῖ διαγνώμονι συνιδεῖν ἐντεῦθεν, ὡς οὐδὲ τῷ Ἰταλῷ ἀντιλέγεις καλῶς λέγοντι, τὸ πνεῦμα ἐξ ἀμφοῖν ἐκπορεύεσθαι διὰ τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι.

Καὶ ἐν ἑτέρῳ Λόγῳ τῶν αὐτῶν Ἀντιρρητικῶν.

ιϛ΄. Πῶς γὰρ οὖν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα, λόγος Θεοῦ, καὶ πνεῦμα ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ;

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τὰ αὐτὰ κἀνταῦθα διδάσκει ὁ Ἅγιος, ἐκ Θεοῦ λέγων τὸ πνεῦμα, ἤτοι τοῦ πατρός. οὕτω γὰρ τὸ δι' υἱοῦ νοεῖν δίδωσι.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐ τοῦτο ὃ φῂς δίδωσι νοεῖν τὸ δι' υἱοῦ, ἤγουν τὸ ἐκ τοῦ πατρός. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πάντη σαφὲς ἀπηρτισμένην τὴν οἰκείαν ἔννοιαν ἔχει. δίδωσι δὲ νοεῖν τὸ μὴ τὸ πνεῦμα προσεχῶς καὶ ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι ἐκ τοῦ πατρός.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ περὶ Πνεύματος Λόγου.

ιζ΄. Οὐδὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ ἐπίκτητον, ἀϊδίως πάντα ἔχον, ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός, αἴτιον αὐτὸν ἔχον ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ, κἀκεῖθεν πηγάζον, πηγὴ δὲ αὐτό, τὴν προσ-

fontem

εἰρημένων ἀγαθῶν, ἀλλ' αὐτὸ μὲν ἐκ Θεοῦ πηγάζον, ἐνυπόστατόν ἐστι, τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα, ἐνέργειαί εἰσιν αὐτοῦ. τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως ὁ Θεὸς, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξέχεεν οὐκ ἔκτισεν, ἐχαρίσατο οὐκ ἐποίησεν, ἔδωκεν οὐκ ἐδημιούργησεν.

fontem, indeque emanans, fons vero ipſe prædictorum bonorum. Sed ipſe quidem ex Deo effluens in hypoſtaſi, quæ vero ex eo effluunt operationes ipſius ſunt. Hinc Spiritum ſanctum Deus in nos abunde effudit per Filium. effudit, non creauit: elargitus eſt, non condidit: dedit, non fabrefecit.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τὸ ἐκ Θεοῦ ἀεὶ πρὸς τὰ εἰρημένα συμβίβαζε. ἐκ τοῦ πατρὸς δηλονότι νοῶν καὶ ἑρμηνεύων αὐτὸ, καθὼς καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης περικοπῆς σαφῶς παρίσταται. πολλάκις γὰρ εἰπὼν ὁ ἅγιος, πνεῦμα Θεοῦ καὶ ἐκ Θεοῦ, διὰ τοῦ ἐπαγαγεῖν ἐξέχεεν ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, σαφῶς ἐδίδαξεν, ὡς περὶ τοῦ πατρὸς κἀκεῖνα λέγει.

ANIMADVERSIO.

Illud ex Deo ſemper cum ſupradictis connecte, ex Patre ſcilicet illum intelligens, vt ex præſente pericope manifeſto comprobatur. Nanque cum ſæpius Sanctus dixiſſet, Spiritus Dei & ex Deo, quod poſtmodum ſubiunxerit, effudit Deus per Ieſum Chriſtum, aperte indicauit de Patre, etiam reliqua aſſeruiſſe.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τὸ μὲν νοεῖν καὶ ἑρμηνεύειν ἀεὶ τὸ ἐκ Θεοῦ ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς, κάλλιστόν ἐστι καὶ πάνυ εὐσεβές. Σημειωτέον δὲ καὶ ὅπως ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος, ἐν τῇ ἤδη ῥηθείσῃ περικοπῇ, τὸν ἐκ Θεοῦ πηγασμὸν τοῦ πνεύματος, ἐνυπόστατον εἴρηκεν. Ὁ γὰρ τοῦτο σημειωσάμενος εὐχερῶς διαγνώσεται, ὡς τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ πηγάζον, ἐνυποστάτως πηγάζει, ὡς δι' αὐτοῦ ὑπάρχον ἐκ τοῦ πατρὸς. τί γὰρ ἂν ἄλλο εἴη πηγασμὸς ἐνυπόστατος, ὅτι μὴ φυσική τις ὕπαρξις καὶ οὐσιώδης.

REFVTATIO.

Intelligere explanareque ſemper illud *ex Deo*, tanquam *ex Patre*, optime ſatiſque pie animaduerſum eſt. Veruntamen illud quoque animaduertendum erat, magnum in diuinis Baſilium in prædicta pericope, ex Deo fluxum ſpiritus, in hypoſtaſi dixiſſe. Qui enim id annotat, facili negotio dignoſcet, Spiritum etiam ex Filio effluentem in ſua hypoſtaſi effluere, tanquam qui per ipſum eſt ex Patre. Nanque quid aliud erit effluxus in hypoſtaſi, quam naturalis quædam & eſſentialis exiſtentia.

Eiuſ-

Eiusdem, Ex Interpretatione Psalmi 32. in dictum, *Verbo Domini cœli firmati sunt.*

XVIII. *Vt igitur Verbum creator cœlum firmauit, pari modo & Spiritus Dei, qui a Patre procedit, ex ore nempe ipsius, ne quid ipsum extraneum, aut creaturam esse reputes, sed vti ex Deo suam habentem hypostasim glorifices.*

ANIMADVERSIO.

Vides ne hic etiam, cum dixisset, Spiritum ex Patre procedere, ex Deo illum habere hypostasim, in rebus diuinis hunc excellentissimum Patrem docere. Illius itaque vestigijs insistens, vbicunque ex Deo Spiritum audis, ex Patre intelligito.

REFVTATIO.

At considerandum est, Sanctum ex Patre procedere Spiritum dixisse, & attentius obseruandum quod subdit, *hoc est ex ore illius.* Nanque cum Patris os sit vnigenitus, vt multi ex Patribus declararunt, qui dixit ex Patre, hoc est ex ore illius, Spiritum sanctum procedere, quid aliud, quam ex vtroque esse Spiritum confitetur? Illud etiam, ex Deo eundem habere hypostasim, tanquam ex prima causa atque principio. & ex Filio effluere in hypostasi, vt per Filium effluens ex prima causa & principio, nihil differunt.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἑρμηνείας λβʹ. ψαλμοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τὸ φάσκον, τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν.

ιηʹ. Ὡς οὖν ὁ δημιουργὸς λόγος ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα μὴ τῶν ἔξωθέν τι καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸ κρίνῃς, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ ἔχον τὴν ὑπόστασιν δοξάζῃς.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὁρᾷς κἀνταῦθα, πῶς ἐκ τοῦ πατρὸς εἰπὼν ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἔχειν αὐτὸ τὴν ὑπόστασιν διδάσκει ὁ πολὺς ἐν τοῖς θείοις Πατήρ; Τούτῳ τοίνυν ἀκολουθῶν, ἔνθα ἐκ Θεοῦ τὸ πνεῦμα ἀκούσῃς, ἐκ τοῦ πατρὸς νόει.

ΑΣΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Δεῖ μὲν ὁρᾶν ὅτι, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα ὁ Ἅγιος ἔφη. δεῖ δὲ ὁρᾶν καὶ ὅτι ἐπήγαγε, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, τοῦ γὰρ μονογενοῦς στόματος ὄντος τοῦ πατρὸς, ὡς πολλοὶ τῶν Ἁγίων διεξάνυσαν. ὁ λέγων παρὰ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τί ἄλλο ἢ ὅτι ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ πνεῦμα ὁμολογεῖ. Καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ δὲ ἔχειν αὐτὸ τὴν ὑπόστασιν ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ πηγάζειν ἐνυποστάτως, ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ πηγάζον ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς, οὐδέν τι διαφέρον ἐστίν.

Eius-

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μ'. Ὁμιλίας τῶν Ἠθικῶν.

ιθ'. Οὔτε οὖν ἀλλότριον τῆς Θεοῦ δόξης τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ ἀρρήτου στόματος ἀρρήτως πεφηνός, οὔτε αὐτὸς ὁ Θεός, ἀλλὰ Θεοῦ πνεῦμα καὶ παρὰ Θεῷ, ἀποστελλόμενον δὲ παρὰ Θεοῦ, καὶ δι' υἱοῦ χορηγούμενον, ὡς λέγεται μὲν ἐκ τοῦ πατρικοῦ προσώπου, τὸ πνεῦμα τὸ ἐμόν, ὅ ἐστιν ἐπὶ σοί, λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ὅτι Παράκλητον πέμψω ὑμῖν, ὅν τινα καὶ καλεῖ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τὰ αὐτὰ τῇ προλαβούσῃ περικοπῇ καὶ ἡ παροῦσα διδάσκει σε. ὡς γὰρ ἐκείνη ἐκ τοῦ πατρός, ἤτοι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα ἐδίδαξεν, οὕτω καὶ αὕτη, ἐκ τοῦ ἀρρήτου στόματος, ἀρρήτως αὐτὸ πεφηνέναι δογματίζει. μάνθανε δὲ καὶ διὰ ταύτης τὸ παρὰ Θεοῦ, ἀντὶ τοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβανόμενον.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθές, ὡς γὰρ ἡ προλαβοῦσα περικοπὴ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, τὸ πνεῦμα διδάσκουσα, ἐξ ἀμφοῖν εἶναι αὐτὸ προδήλως παρέστησεν, ἅτε τοῦ μονογενοῦς στόματος ὄντος τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡ μετ' ἐκείνην τὸ οὐκ ἀλλότριον τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἀρρήτως πεφηνὸς ἐκ τοῦ ἀρρήτου στόματος λέγουσα, τὰ αὐτὰ ἐκείνῃ διαπεφάνωκεν. πλὴν ἐπισκοπεῖν δεῖ, καὶ ὅπως ἐν τῇ ἤδη ῥηθείσῃ περικοπῇ, κοινὸν πατρὶ καὶ υἱῷ ὁ Ἅγιος τὸ πνεῦμα δεδήλωκε

Eiuſdem ex Quadrageſima Homilia morali.

XIX. *Neque itaque alienus eſt a Dei gloria ſpiritus, ex ineffabili ore ineffabiliter apparens, neque ipſe Deus, ſed Dei ſpiritus & apud Deum. Mittitur vero a Deo, & per Filium ſuppeditatur, vt ex perſona Patris dicitur, Spiritus meus, qui eſt in te: dicitur etiam a Filio, Paracletum mittam vobis, quem veritatis Spiritum appellat.*

ANIMADVERSIO.

Eadem eſt & huiuſce & praecedentis pericopes doctrina. Quemadmodum enim illa ex Patre, ſiue ex ore illius Spiritum procedere docuit, ita & hac, ex ineffabili ore ineffabiliter ipſum apparere decernit. Diſcito praeterea ex hac, illud a Deo, loco Patris deſumi.

REFVTATIO.

Verum quidem eſt. Quemadmodum enim ſuprapoſita Pericope ex Patre procedere, hoc eſt, ex ore illius Spiritum, docens, eum ex vtroque eſſe palam demonſtrauit; cum vnigenitus Patris os ſit, ita & quæ eam ſubſequitur, non alienum a Deo Spiritum ineffabiliter apparentem ex ineffabili ore, aſſerens, ſimilia manifeſtauit. Nihilominus aduertendum eſt, in iam dicta pericope commu-

nem Patri & Filio Spiritũ a sancto affirmari, quod mittatur quidem ipse a Patre, suppeditetur vero per Filium. Hoc enim manifeste ostendit subdens, *Vt dicitur ex persona Patris, Spiritus meus qui est in te, & a Domino, Paracletum mittam vobis.*

Eiusdem ex ijs, quæ idem scripsit aduersus Sabellium Arium, & Eunomium.

XX. Est quidem Pater suum esse perfectum possidens, & nullius indigens, origo & fons Filij & Spiritus sancti: Est vero & Filius in plena deitate viuens Verbum & fœtus Patris, nullius indigens: Plenus vero Spiritus, non pars alterius, sed perfectus & integer, in seipso consideratus.

ANIMADVERSIO.

Vides solum Patrem originem & fontem vtriusque, Filij nempe & Spiritus sancti, ab hoc diuino Patre publice enunciari? Si itaque Filius esset origo & fons Spiritus, quomodo illud vere Magnus iste silentio præterijsset?

REFVTATIO.

Originem quidem & fontem Filij & Spiritus Patrem esse, nemo, si pietatem colat, inficias iuerit. Attamen cum Pater diuersa causa sit harum duarum personarũ, & differentia causæ sit, quod hoc quod cõtinue se habet, Filij causa est, nullo

κατὰ τὸ, ἀποστέλλεσθαι μὲν αὐτὸ παρὰ τοῦ πατρὸς, χορηγεῖσθαι δὲ διὰ υἱοῦ. τοῦτο γὰρ περιφανῶς παρίστησιν ἐν τῷ ἐπάγειν, ὡς λέγεται μὲν ἐκ τοῦ πατρικοῦ προσώπου τὸ πνεῦμα τὸ ἐμὸν, ὅ ἐστιν ἐπὶ σοί. λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ὅτι Παράκλητον πέμψω ὑμῖν;

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν κατὰ Σαβελλίου, καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου λόγων.

κ'. Ἔστι μὲν γὰρ ὁ πατὴρ τέλειον ἔχων τὸ εἶναι καὶ ἀνενδεὲς, ῥίζα καὶ πηγὴ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἔστι δὲ ὁ υἱὸς ἐν πλήρει τῇ θεότητι, ζῶν λόγος, καὶ γέννημα τοῦ πατρὸς, ἀνενδεές. πλῆρες δὲ τὸ πνεῦμα, οὐ μέρος ἑτέρου, ἀλλὰ τέλειον καὶ ὁλόκληρον ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρούμενον.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὁρᾷς μόνον τὸν πατέρα ῥίζαν καὶ πηγὴν ἀμφοτέρων τοῦ τε υἱοῦ δηλονότι καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, παρὰ τοῦ θείου τούτου πατρὸς κηρυττόμενον; Εἰ οὖν καὶ ὁ υἱὸς ῥίζα ἦν καὶ πηγὴ τοῦ πνεύματος, πῶς ἂν ὁ μέγας τοῦτο παρεσιώπησε;

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ῥίζαν μὲν καὶ πηγὴν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα εἶναι, οὐδεὶς εὐσεβεῖν βουλόμενος ἀπαρνήσεται. πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ διάφορόν ἐστιν αἴτιον ὁ πατὴρ τῶν δύο τούτων προσώπων, ἡ δὲ διαφορὰ τῆς αἰτίας, ὅτι τὸ μὲν ἐστὶ προσεχῶς, τοῦ μὲν υἱοῦ ἐστιν αἴτιος, δι' οὐδενὸς ἄλλου κοινοῦ συνάπτοντος

alio

τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, τοῦ δὲ πνεύματος αἴτιος διὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦ καὶ τὸ πνεῦμα συνάπτοντος τῷ πατρί. ὡς ὁ ἥλιος τοῦ μὲν ἀκτῖνος προσεχῶς ἐστιν αἴτιος, καὶ δι' οὐδενὸς κοινοῦ, τοῦ δὲ φωτὸς διὰ τῆς ἀκτῖνος. καὶ ὁ τούτοις προσεσχηκὼς, καὶ τὸν πατέρα ῥίζαν καὶ πηγὴν εἰδείη ἂν υἱοῦ τε καὶ πνεύματος, καὶ τὸν υἱὸν πηγὴν ὁμολογήσῃ τοῦ πνεύματος, διὰ τὸ, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι.

alio communi coniungente Filium Patri, Spiritus vero causa per Filium, qui Spiritum Patri coniungit. Quemadmodum sol radij est continue causa, & nullo alio, quod commune sit, mediante, luminis autem per radium. Qui hæc attendet, & Patrem originem & fontem Filij & spiritus agnoscet, & Filium Spiritus fontem fatebitur, quod a Patre per Filium procedat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν.

κα'. Ἐγὼ δὲ μετὰ πατρὸς μὲν, οἶδα, οὐχὶ δὲ πατέρα τὸ πνεῦμα, καὶ μετὰ υἱοῦ παρέλαβον, οὐχὶ δὲ υἱὸν ὠνομασμένον, ἀλλὰ τὴν μὲν πρὸς τὸν πατέρα οἰκειότητα νοῶ, ἐπειδὴ ἀκούω, εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

Eiusdem ex ijsdem.

XXI. *Ego quidem cum Patre intelligo, non autem Patrem esse Spiritum, & cum Filio concipio, non autem Filium vocatum, sed erga Patrem necessitudinem intelligo, cum audiam, si quis Spiritum Christi non habet, hic non est illius.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τί τῆς διδασκαλίας ταύτης σαφέστερον, ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν τὴν τοῦ πνεύματος φανερῶς δογματιζούσης ἐκπόρευσιν, τὴν δὲ πρὸς τὸν υἱὸν οἰκείωσιν, διὰ τὸ ὁμοούσιον;

ANIMADVERSIO.

Nihil est hac doctrina dilucidius, quæ ex Patre Spiritus processionem palam insinuat, erga Filium vero necessitudinem propter eandem naturam.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ:

Ἀληθῶς μὲν, οὐδὲν τῆς διδασκαλίας ταύτης σαφέστερον. πλὴν οὐ καθ' ὃν λόγον σὺ τὰ γραφικὰ ῥητὰ ταῦτα, παρεξηγῇ, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, ὅστις νοεῖν δίδωσιν, ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ Κυρίου φωνῶν ἀναφαίνεσθαι, τὸ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἅγιος ἔφη, ὡς τὴν μὲν πρὸς πατέρα οἰκειότητα νοῶ, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πα-

REFVTATIO.

Vere hac doctrina nihil est dilucidius, veruntamen non ea ratione, qua tu scripto tradita testimonia temere praueque interpretaris, sed vera, quæ nobis dat intelligere, ex ipsis Domini vocibus ostendi, ex ipso & Patre esse Spiritum sanctum. Cum enim Sanctus dixerit, erga Patrem necessitudinem intelli-

telligo, quod ex Patre procedat, erga Filium autem, cum intelligam, quisquis Spiritum Christi non habet, hic non est illius, aperte ante oculos posuit Euangelicum dictum dicens, *Spiritum veritatis Spiritum sanctum*, idem valere quod ex alio habetur, *ex Patre ipsum procedere*. Etenim si familiaris est Patri, quia ex Patre procedit: Familiaris vero Filio, quod illius Spiritus, iam remanet manifestum bene dictorum Euangelicorum sententiam consecutos fuisse, qui dicunt, non lædere Euangelium dicentem; Ex Patre quidem esse, quod ipse sit Spiritus, quod ipsum ex Patre procedere testimonio suo Euangelium firmat; ex Filio vero esse, quod Spiritus veritatis in Euangelio prædicatur.

τρὸς ἐκπορεύεται, τὴν πρὸς υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ ἀκούω, εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, παρέστησεν ἐναργῶς, ὡς ἡ Εὐαγγελικὴ ῥῆσις ἡ λέγουσα, πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖνο δύναται, ὅπερ ἡ λέγουσα, παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι. Εἰ γὰρ οἰκεῖον μὲν πατρὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, οἰκεῖον δὲ τῷ υἱῷ ὅτι πνεῦμα ἐστὶν αὐτοῦ, εὔδηλον, ὡς καλῶς τῆς τῶν Εὐαγγελικῶν τούτων ῥητῶν ἀντελάβοντο διανοίας, οἱ λέγοντες, μηδέν τι παραχαράττειν τὸ Εὐαγγέλιον τὸν λέγοντα, ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι αὐτὸ πνεῦμα, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι τὸ Εὐαγγέλιον μαρτυρεῖ, ἐκ δὲ τοῦ υἱοῦ εἶναι, ὅτι πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις κηρύττεται.

Eiusdem ex ijsdem.

XXII. *Si ex Deo Spiritus est, qua tu ratione creaturæ submittis. Non enim illud dixeris, omnia ex Deo esse. Quemadmodum enim Christus Deus dicitur, non autem creatura, uti nos. Nos enim Christi, Christus Dei; alia siquidem ratione nos Christi dicimur ut serui Domini, alia Christus Dei, uti Filius Patris: pari modo & Spiritus sanctus, non propterea quod sint administratorij Spiritus, iam & Spiritus sanctus illis similis est, propter ean-*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν.

κβʹ. Εἰ ἐκ Θεοῦ τὸ πνεῦμα, πῶς ὑπὸ τὴν κτίσιν ἄγεις; οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο ἐρεῖς, ὅτι καὶ τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. ὥσπερ γὰρ ὁ Χριστὸς Θεοῦ λέγεται, οὐχὶ δὲ κτίσμα, ὡς καὶ ἡμεῖς. ἡμεῖς γὰρ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ Θεοῦ. ἀλλ' ἄλλως μὲν λεγόμεθα ἡμεῖς Χριστοῦ, ὡς δοῦλοι δεσπότου, ἄλλως δὲ Χριστὸς Θεοῦ λέγεται, ὡς υἱὸς τοῦ πατρός. οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα, οὐκ ἐπειδὴ καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα ἤδη καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅμοιον αὐτοῖς διὰ τὴν προσηγορίαν. ἓν γάρ ἐστι τὸ ἀληθῶς πνεῦμα. ὡς γὰρ πολλοὶ μὲν υἱοὶ, εἷς δὲ ὁ ἀληθινὸς υἱὸς,

dem

οὕτω κἂν πάντα λέγηται ἐκ Θεοῦ, ἀλλὰ κυρίως ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ. ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ᾽ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητῶς, τὸ δὲ πνεῦμα ἀρρήτως ἐκ τοῦ Θεοῦ.

dem appellationem. Vnus enim eſt vere Spiritus. Sicut enim multi ſunt Filij; ſed vnus eſt verus Filius, ita licet omnia dicantur ex Deo; ſed proprie Filius ex Deo, & Spiritus ex Deo. cum & Filius ex Patre exiuit, & Spiritus ex Patre procedit, ſed Filius ex Patre generationis modo, Spiritus ineffabiliter ex Deo.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν, κἀνταῦθα σημείωσαι, πῶς ὡσαύτως οἱ ἅγιοι Πατέρες ἐκλαμβάνονται τὸ, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ, ἐκ τοῦ πατρὸς. Ἄκουε δὲ καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, οὐ μὴν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ.

ANIMADVERSIO.

Quod ſæpius inculcauimus, hic quoque notato, Sanctos Patres eodem modo accipere, ex Deo & ex Patre. Audito quoque ex Patre Spiritum eſſe, non ex Filio.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Σὺ μὲν τὸν σὸν ἀκροατὴν ἀκούειν ὑποτίθη ὅτι, ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, οὐ μὴν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἐκεῖ δὲ τοῦτον αὐτὸν ἐγὼ παράγω τὸν μέγαν Βασίλειον ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιρρητικῶν λέγοντα, τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, ἔτι δὲ τὸν ἅγιον Κύριλλον ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ δευτέρου τῶν Θησαυρῶν λέγοντα, δείκνυται σαφῶς, οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὸν Νύσσης Γρηγόριον ἐν τῇ εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν ὁμιλίᾳ αὐτοῦ λέγοντα, Τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ λόγῳ λέγοντα, ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῆλθε, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ

REFVTATIO.

Tu quidem auditori tuo inſinuas, vt audiat, ex Patre Spiritũ eſſe, non autem ex Filio. Quod ſi ego adducam magnum Baſilium tertio aduerſus Eunomium Antirrhetico dicentem; *Spiritum ex Filio habere quod ſit*; tum ſanctum Cyrillum vno ſecundi Theſaurorum capite; *Oſtenditur palam non alienum eſſe a Filio Spiritum ſanctum, ſed in ipſo & ex ipſo*; & Nyſſenum Gregorium Homilia in Orationem Dominicam, *Spiritus vero Sanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio eſſe omnium adſtipulatu confirmatur*; & magnum Athanaſium Oratione de incarnata apparitione Saluatoris Dei; *Ex ipſo itaq; in ipſum deſcen-*

Hæc plane Animaduerſio nihil facit ad rem, de qua agimus, & ob quam tibi aduerſus Romanam Eccleſiam certamen ſuſceptum eſt. Quis enim ex illius alumnis non aperto ore prædicat, vtriuſque, Filij nempe & Spiritus, eſſe cauſam Patrem? Non tamen inde ex ſolo Patre ſpiritum eſſe, quod certaminis per te initi potiſſimus ſcopus eſt quiſpiam colliget. Nanque ſi indifferens cauſa Pater eſſet Filij & Spiritus, eſſet vtique abſque vllo dubio ex ſolo Patre Spiritus: at cum diuerſa ac differens cauſa ſit Pater, & cauſæ differentia ex modo productionis eorum, quæ inde manant, ſecundum Gregorij Nyſſeni Theologicam explanationem pendeat, *Quod hoc quidem ſit continue ex primo, hoc vero per id, quod continue eſt, ex primo*, veriſſimum eſt Patrem cauſam eſſe & Filij & Spiritus, & Spiritum non ex ſolo Patre eſſe, quod Filius continue ex Patre cauſa eſt; Spiritus vero per Filium ex cauſa productrice procedit.

Τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ, Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός.

λα΄. Πατὴρ ὁ πατὴρ καὶ ἄναρχος. οὐ γὰρ ἔκ τινος, υἱὸς ὁ υἱὸς καὶ οὐκ ἄναρχος. ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ. εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου λαμβάνεις ἀρχὴν, καὶ ἄναρ-

Eiuſdem ex Oratione, quæ incipit; *Rurſus IESVS meus*.

XXXI. *Pater pater eſt, & principij expers: neque enim ex alio eſt. Filius filius eſt, & non principij expers: ex Patre ſiquidem*

est. Quodsi temporis principium accipis, principio etiam caret. Neque enim temporum effector tempori subest. Spiritus sanctus vere Spiritus est, promanans quidem ex Patre, non tamen filiationis, vt nec generationis modo, sed processionis.

χος. ποιητὴς γὰρ χρόνων. πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐχ υἱϊκῶς δὲ. οὐ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς.

ANIMADVERSIO.

Quod superiori pericope alijs, atque alijs verbis varie Sanctus edocet, hac apertissime ante oculos ponit.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὃ ἐν τῇ ἀνωτέρῳ περικοπῇ ποικίλως δι᾽ ἄλλων καὶ ἄλλων λέξεων διδάσκει ὁ ἅγιος, φανερῶς ἐνταῦθα τοῦτο παρίστησιν.

REFVTATIO.

Planius certe hic Sanctus ante oculos ponit, non ex solo Patre spiritum esse. Nam cum dixisset, Spiritum sanctum esse vere spiritum, promanantem quidem ex Patre, non filiationis, vt nec generationis modo, sed processionis, manifesto docuit, simili processione eorum, qui procedunt, existentiam indicari, cum familiari vtriusque proprietate, adeo vt vbicunque de Spiritu promanare enuncietur, detur audienti intelligi, modo processionis illum promanare: & vbicunque de Filio, statim audiens addiscat, eum modo filiationis promanare. Et quisnam ex hac sola doctrina non percipiet, nullo modo a Romana Ecclesia pietatem vulneratam fuisse, innumeris in locis audiens, Spiritum sanctum ex Patre, & Filio promanare? Neque enim dicet quispiam ex Patre

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἔτι σαφέστερον ὁ ἅγιος ἐνταῦθα παρίστησι τὸ, μὴ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα. εἰπὼν γὰρ πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐχ υἱϊκῶς δὲ, οὐ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς, ἐδίδαξε καθαρῶς, ὡς τὸ προϊέναι τὴν ὕπαρξιν καὶ ἀμφοτέρων τῶν προερχομένων δηλοῖ, μετὰ τῆς οἰκείας ἑκάστῳ αὐτῶν ἰδιότητος. ὡς ὅπου αὖ τὸ προϊέναι ἐπὶ τοῦ πνεύματος λέγοιτο, ἐπίστασθαι τὸν ἀκούοντα παραδοθεὶς, ὡς ἐκπορευτῶς ἐστιν αὐτὸ προϊόν. καὶ ὅπου αὖ τὸ προϊέναι ἐπὶ τοῦ υἱοῦ λέγοιτο, ἐπίστασθαι τὸν ἀκούοντα παραδοθεὶς, ὡς γεννητῶς ἐστιν αὐτὸς προϊών. Καὶ τίς οὐκ ἂν ἐκ μόνης τῆς παρούσης θεολογίας διαγνοίη, μηδέν τι τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν προσπεπταικέναι τῇ εὐσεβείᾳ, μυριαχοῦ τῶν θείων γραφῶν, ἐκ πατρός τε καὶ υἱοῦ προϊὸν ἀκούων τὸ πνεῦμα τὸ

ἅγιον. οὐκ ἂν γάρ τις ἐρεῖ, ὡς ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς ἐκπορευτικῶς αὐτὸ προέρχεσθαι, ἐκ δὲ τοῦ υἱοῦ τὴν ἐκπορευτικὴν αὐτοῦ ἀποβαλλόμενον ἰδιότητα, προέρχεσθαι υἱϊκῶς τε καὶ γεννητῶς. τὸ γὰρ τοῦ πνεύματος λαχὸν ὄνομα, τὴν ἀφορισθεῖσαν ἰδιότητα τῷ ὀνόματι πάντως ἀμετάβλητον ἕξει. ἐπεὶ καὶ τὸν αὐτὸν Θεολόγον εἰπεῖν, Πῶς ἂν ἰδιότης μένοι κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα;

Patre modo processionis illum promanare, ex Filio vero, amiſſa processionis proprietate, promanare filiationis, & generationis modo. Nanque nomen Spiritus appoſitum, proprietatem nomini præſcriptã prorſus præſetulerit, nec vnquam amiſerit. Nam vt cumipſo Theologo loquar, *Quomodo proprietas manebit ſi mouetur, & decidit?*

Τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ, Χθὲς τῇ λαμπρᾷ τῶν φώτων.

Eiuſdem ex Oratione, cuius principium eſt, *Quoniam heri ſplendidum luminum diem.*

λβʹ. Θέλω τὸν πατέρα μείζω εἰπεῖν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἴσοις εἶναι, τοῖς ἴσοις ἐστὶ, καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο γὰρ παρὰ πάντων δοθήσεται. καὶ δέδοικα τὴν ἀρχὴν, μὴ ἐλαττόνων ἀρχὴν ποιήσω, καὶ καθυβρίσω διὰ τῆς προτιμήσεως. οὐ γὰρ δόξα τῷ ἐξ οὗ ἡ τῶν ἐξ αὐτοῦ ταπείνωσις.

XXXII. *Cupio Patrem maiorem dicere, ex quo id æquales habent, quod æquales ſunt: hoc enim ab omnibus mihi concedetur. Verum principium vereor, ne minorum principium illud faciam ac per huiuſmodi prælationem contumelia afficiam. Neque enim Patri gloria eſt, eorum quæ ex ipſo ſunt depreſſio.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Καὶ αὕτη ἡ περικοπὴ, τῇ πρώτῃ σχεδὸν ἀπαράλλακτος, τὸ αὐτὸ ἐκείνῃ διδάσκουσα τὸ, τὸν πατέρα δηλονότι, καὶ ἀμφοτέρων εἶναι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος αἴτιον.

ANIMADVERSIO.

Hæc quoque pericope primæ prorſus ſimilis eſt, eadem & ipſa docens, Patrem ſcilicet vtriuſque eſſe & Filij & Spiritus cauſam.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐπεὶ τὴν ῥηθεῖσαν περικοπὴν τῇ πρώτῃ σχεδὸν ἀπαράλλακτον οἴει ὥσπερ, σοι καὶ αὐτὸς σύμφημι, ἀρκέσει λοιπὸν εἰς ἀντίρρησιν τῆς ἐπὶ ταύτῃ ἐπιστασίας, ἡ προηγησαμένη ἐπὶ τῇ ἐκείνης ἐπιστασίᾳ ἀντίρρησις.

REFVTATIO.

Quando hanc pericopem primæ prorſus ſimilem exiſtimas, quod nec ipſe abnuo, ſatisfuerint ad refutãdam dictam Animaduerſionem, quæ pro primæ animaduerſionis refutatione in ſuperiori adduximus.

Eiuſ-

Eiusdem ex Oratione in Pentecostem.

XXXIII. *Spiritus sanctus semper quidem erat, & est, & erit, nec vllo ortu generatus, nec finem habiturus, sed semper cum Patre & Filio coniunctus, atque connumeratus: nec enim conueniebat, vt vel Pater Filio, vel Filius Spiritu sancto vnquam careret. Nam alioqui maximum diuinitati dedecus conflaretur, vt quæ ad perfectionem tanquam ex pœnitentia venisset. Erat igitur semper perceptibilis, non participans, perficiens, non ab alio perfectus, explens non expletus, sanctificans non sanctificatus, deificans non deificatus, ipse semper, & secum & cum ijs, quibus adiunctus est, idem & æqualis, inuisibilis, temporis expers, nullo loco inclusus, immutabilis qualitate, quantitate, forma & tactu carens, seipsum mouens, ac sempiternum motum habens, arbitrij liber, per se potens, omnipotens, tametsi ad primam causam, vt omnia ea, quæ Vnigeniti sunt, ita etiam, quæ Spiritus sancti sunt, referantur.*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν Λόγου.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν μὲν ἀεί, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, ἀλλ' ἀεὶ πατρὶ καὶ υἱῷ συντεταγμένον τε, καὶ συναριθμούμενον. οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτέ, ἢ υἱὸν πατρί, ἢ πνεῦμα υἱῷ. τῷ μεγίστῳ γὰρ ἂν ἦν, ἄδοξος ἡ θεότης, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας ἐλθοῦσα εἰς συμπλήρωσιν τελειότητος. Ἦν οὖν ἀεὶ μεταληπτόν, οὐ μεταληπτικόν, πληροῦν, οὐ πληρούμενον, ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον, θεοῦν, οὐ θεούμενον. αὐτὸ ἑαυτῷ ταὐτὸν ἀεί, καὶ οἷς συντέτακται, ἀόρατον, ἄχρονον, ἀχώρητον, ἀναλλοίωτον, ἄποιον, ἄποσον, ἀνείδεον, ἀναφές, αὐτοκίνητον, αὐτεξούσιον, αὐτοδύναμον, παντοδύναμον, καὶ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν, ὥσπερ τὰ τοῦ μονογενοῦς ἅπαντα, οὕτως δὴ καὶ τὰ τοῦ πνεύματος ἀναπέμπεται.

ANIMADVERSIO.

Nota ex his quoque, Sanctum Filij & Spiritus causam Patrem profiteri.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσχες κἀνταῦθα τῷ Ἁγίῳ, αἴτιον τοῦ τε υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα διδάσκοντι.

REFVTATIO.

Verum nota tu illa: *Nec enim conueniebat, vt vel Pater Filio, vel Filius Spiritu sancto careret.* Per Filium enim Theologus Patri Spiritum coniungens, eos

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ πρόσχες καὶ τῷ, οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ ἢ υἱὸν πατρί, ἢ πνεῦμα υἱῷ. διὰ τοῦ υἱοῦ γὰρ ὁ Θεολόγος συνάπτων τὸ πνεῦμα, τοῖς

qui

δι' υἱοῦ θεολογοῦντας ἐκ πατρὸς εἶ) τὸ πνεῦμα συνίστησιν.

qui per Filium ex Patre Spiritum eſſe decernunt, confirmat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσιν εὐταξίας.

Eiuſdem ex Orat. de moderatione in diſputationibus ſeruanda.

λγ'. Δέον ἕνα Θεὸν πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, καὶ ἕνα υἱὸν γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμα ἓν, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, υἱῷ δὲ γεννήσεως. τὰ δ' ἄλλα καὶ συμφυὲς, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ ὁμότιμον.

XXXIII. *At qui vnum Deum Patrem agnoſcere oportet, principij expertem, & ingenitum, & vnum Filium ex Patre genitum, & vnum Spiritum ex Deo ſubſtantiam habentem, hoc ſolo nomine Patri cedentem, quod non ingenitus ſit, hoc item Filio, quod non genitus ſit, cætera autem eiuſdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούων κἀνταῦθα περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, τὸ, ἐκ Θεοῦ, πρὸς τὰς προλαβούσας χρήσεις τῶν λοιπῶν Ἁγίων συμβίβαζε, καθὼς ἐν πολλαῖς ἐκείνων σαφέστερον ἐπεσημειωσάμεθα.

ANIMADVERSIO.

Hic etiam audiens de Spiritu, eum ex Deo ſubſtantiam habere, illud ex Deo cum præcedentibus reliquorum Sanctorum verbis conferto, vt in multis explanatius adnotauimus.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐδεὶς ἀκούων περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, οὐχὶ ἐκ πατρὸς νοεῖ τὸ, ἐκ Θεοῦ. ἀλλ' οὐδεὶς πάλιν τὴν ἀλήθειαν παντὸς προτιθέμενος, τοῖς λέγουσι, δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς αὐτὸ τὴν τοιαύτην ὕπαρξιν ἔχειν, ἀντιλέξειεν ἄν. οὐδὲ γὰρ ἐναντία ταῦτα καὶ ἀλλήλοις μαχόμενα, διὰ τὸ, πᾶν τὸ δι' υἱοῦ, καὶ παρὰ υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ λεγόμενον εἶναι εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχειν.

REFVTATIO.

Nemo de Spiritu audiens ex Deo ſubſtantiam habere, illud ex Deo de Patre non intelligat. Sed nemo rurſus, qui veritatem rebus aliijs præponit, aſſerentibus, per Filium ex Patre eum ſimilem ſubſtantiam habere, contradicet: neque enim hæc contraria ſunt, nec ſibi inuicem pugnant, quod, quia per Filium, & a Filio, & ex Filio dicitur eſſe, in primam cauſſam Patrem relationem habet.

Eiuſdem

Eiusdem ex Oratione in Pentecostem.

XXXIII. *Spiritus sanctus semper quidem erat, & est, & erit, nec vllo ortu generatus, nec finem habiturus, sed semper cum Patre & Filio coniunctus, atque connumeratus: nec enim conueniebat, vt vel Pater Filio, vel Filius Spiritu sancto vnquam careret. Nam alioqui maximum diuinitati dedecus conflaretur, vt quæ ad perfectionem tanquam ex pœnitentia venisset. Erat igitur semper perceptibilis, non participans, perficiens, non ab alio perfectus, explens non expletus, sanctificans non sanctificatus, deificans non deificatus, ipse semper, & secum & cum ijs, quibus adiunctus est, idem & æqualis, inuisibilis, temporis expers, nullo loco inclusus, immutabilis qualitate, quantitate, forma & tactu carens, seipsum mouens, ac sempiternum motum habens, arbitrij liber, per se potens, omnipotens, tametsi ad primam causam, vt omnia ea, quæ Vnigeniti sunt, ita etiam, quæ Spiritus sancti sunt, referantur.*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν Λόγου.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, ἀλλ᾽ ἀεὶ πατρὶ καὶ υἱῷ συντεταγμένον τε, καὶ συναριθμούμενον. οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ, ἢ υἱὸν πατρὶ, ἢ πνεῦμα υἱῷ. τοῦ μεγίστου γὰρ ἂν ἦν, ἄδοξος ἡ θεότης, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας ἐλθοῦσα εἰς συμπλήρωσιν τελειότητος. Ἦν οὖν ἀεὶ μεταληπτὸν, οὐ μεταληπτικόν, πληροῦν, οὐ πληρούμενον, ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον, θεοῦν, οὐ θεούμενον. αὐτὸ ἑαυτῷ ταυτὸν ἀεὶ, καὶ οἷς συντέτακται, ἀόρατον, ἄχρονον, ἀχώρητον, ἀναλλοίωτον, ἄποιον, ἄποσον, ἀνείδεον, ἀναφές, αὐτοκίνητον, αὐτεξούσιον, αὐτοδύναμον, παντοδύναμον, καὶ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν, ὥσπερ τὰ τοῦ μονογενοῦς ἅπαντα, οὕτως δὴ καὶ τὰ τοῦ πνεύματος ἀναπέμπεται.

ANIMADVERSIO.

Nota ex his quoque, Sanctum Filij & Spiritus causam Patrem profiteri.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσχες κἀνταῦθα τῷ Ἁγίῳ, αἴτιον τοῦ τε υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα διδάσκοντι.

REFVTATIO.

Verum nota tu illa: *Nec enim conueniebat, vt vel Pater Filio, vel Filius Spiritu sancto careret.* Per Filium enim Theologus Patri Spiritum coniungens, eos

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ πρόσχες καὶ τῷ, οὐ δὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ ἢ υἱὸν πατρὶ, ἢ πνεῦμα υἱῷ. διὰ τοῦ υἱοῦ γὰρ ὁ Θεολόγος συνάπτων τὸ πνεῦμα, τοῦ-

qui

δι' υἱοῦ θεολογοῦντας ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα συνίστησιν.

qui per Filium ex Patre Spiritum esse decernunt, confirmat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσιν εὐταξίας.

λγ'. Δέον ἕνα Θεὸν πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, καὶ ἕνα υἱὸν γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμα ἓν, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, υἱῷ δὲ γεννήσεως. τὰ δ' ἄλλα καὶ συμφυὲς, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ ὁμότιμον.

Eiusdem ex Orat. de moderatione in disputationibus seruanda.

XXXIII. *At qui vnum Deum Patrem agnoſcere oportet, principij expertem, & ingenitum, & vnum Filium ex Patre genitum, & vnum Spiritum ex Deo ſubſtantiam habentem, hoc ſolo nomine Patri cedentem, quod non ingenitus ſit, hoc item Filio, quod non genitus ſit, cætera autem eiuſdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούων κἀνταῦθα περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, τὸ, ἐκ Θεοῦ, πρὸς τὰς προλαβούσας χρήσεις τῶν λοιπῶν Ἁγίων συμβίβαζε, καθὼς ἐν πολλαῖς ἐκείνων σαφέστερον ἐπεσημειωσάμεθα.

ANIMADVERSIO.

Hic etiam audiens de Spiritu, eum ex Deo ſubſtantiam habere, illud ex Deo cum præcedentibus reliquorum Sanctorum verbis conferto, vt in multis explanatius adnotauimus.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐδεὶς ἀκούων περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, οὐχὶ ἐκ πατρὸς νοεῖ τὸ, ἐκ Θεοῦ. ἀλλ' οὐδεὶς πάλιν τὴν ἀλήθειαν παντὸς προτιθέμενος, τοῖς λέγουσι, δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς αὐτὸ τὴν τοιαύτην ὕπαρξιν ἔχειν, ἀντιλέξειεν ἄν. οὐδὲ γὰρ ἐναντία ταῦτα καὶ ἀλλήλοις μαχόμενα, διὰ τὸ, πᾶν τὸ δι' υἱοῦ, καὶ παρ' υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ λεγόμενον εἶναι εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχειν.

REFVTATIO.

Nemo de Spiritu audiens ex Deo ſubſtantiam habere, illud ex Deo de Patre non intelligat. Sed nemo rurſus, qui veritatem rebus alijs præponit, aſſerentibus, per Filium ex Patre eum ſimilem ſubſtantiam habere, contradicet: neque enim hæc contraria ſunt, nec ſibi inuicem pugnant, quod, quæ per Filium, & a Filio, & ex Filio dicitur eſſe, in primam cauſam Patrem relationem habet.

Eiuſdem

Eiusdem ex Oratione prima de Filio.

XXXIV. *At nos vnius Dei principatum colimus. Vnius autem principatum dico, non quem persona vna circumscribit, fieri enim potest, vt quod vnum est, si a seipso dissideat, secumque discordet, multa fiat, sed quem æqualis naturæ dignitas constituit, & voluntatis consensio, motusque identitas, atque ad vnam, & eandem rem, eorum quæ ex ipso sunt coniuncta propensio, id quod in rebus procreatis fieri nequit, ita vt etiam si numero differant, potentia tamen minime inter se dissideant. Quo circa vnitas principio in binarium mota, in trinitate constitit. Atque hoc nobis est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; Pater quidem genitor, & productor, citra tamen vllam passionem ac tempus, atque incorporeo modo: horum autem alter soboles, alter processio, aut quibus verbis hæc quispiã vocare queat, nescio, ab ijs, quæ sub oculorum sensum cadunt, prorsus abstracta. Neque enim bonitatis superfusionem dicere audebimus, tametsi quispiam eorum, qui apud ethnicos Philosophiæ laude floruerunt, hoc vocabulo vti non dubitarit, cum de prima & secunda causa dissereret, perspicuis verbis ita loquens. Velut poculum quoddam superfluxit. Verendum enim esset, ne coactam quandam generationem inueheremus, ac velut naturale quoddam excrementum retentuque difficile, in diuinitatem*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ πρώτου Λόγου.

λδʹ. Ἡμῖν δὲ μοναρχία τὸ τιμώμενον. μοναρχία δέ, οὐχ ἣν ἓν περιγράφει πρόσωπον. ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἓν στασιάζον πρὸς ἑαυτό, πολλὰ καθίστασθαι, ἀλλ' ἣν φύσεως ὁμοτιμία συνίστησι, καὶ γνώμης σύμπνοια, καὶ ταυτότης κινήσεως, καὶ πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ σύννευσις, ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ τῆς γενητῆς φύσεως, ὥς τε κἂν ἀριθμῷ διαφέρῃ, τῇ γε οὐσίᾳ μὴ τέμνεσθαι. Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔστη. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν, ὁ πατήρ, ὁ υἱός, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὁ μὲν γεννήτωρ καὶ προβολεύς, λέγω δὲ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως, τῶν δέ, τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ταῦτα καλέσειεν, ἀφελὼν πάντη τῶν ὁρωμένων. οὐ γὰρ δὴ ὑπέρχυσιν ἀγαθότητος εἰπεῖν θαρρήσομεν, ὃ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφησάντων εἰπεῖν τις ἐτόλμησεν, οἷον κρατήρ τις ὑπερερρύη σαφῶς οὑτωσὶ λέγων, ἐν οἷς περὶ πρώτου αἰτίου καὶ δευτέρου φιλοσοφεῖ. μήποτε ἀκούσιον τὴν γέννησιν εἰσαγάγωμεν. καὶ οἷον περίττωμά τι φυσικὸν καὶ δυσκάθεκτον, ἥκιστα ταῖς περὶ θεότητος ὑπονοίαις πρέπον. διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἡ-

μετέρον ὅρον ἱστάμενοι, τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὥς που φησὶν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ λόγος. Πότε οὖν ταῦτα; εἰ δὲ δεῖ τι καὶ νεανικῶς εἰπεῖν, ὅτε ὁ πατήρ. πότε ὁ πατήρ; οὐκ ἦν ὅτε οὐκ ἦν. Τοῦτο οὖν καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πάλιν ἐρώτα με, καὶ πάλιν ἀποκρινοῦμαι σοι. Πότε δὲ ὁ υἱὸς γεγέννηται, ὅτε ὁ πατὴρ οὐ γεγέννηται. πότε δὲ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται; ὅτε ὁ υἱὸς οὐκ ἐκπορεύεται, ἀλλὰ γεγέννηται ἀχρόνως καὶ ὑπὲρ λόγον. εἰ καὶ μὴ δυνάμεθα τὸ ὑπὲρ χρόνον παραστῆσαι, θέλοντες χρονικὴν ἐκφυγεῖν ἔμφασιν. τὸ γὰρ ὅτε, καὶ πρὸ τοῦδε, καὶ μετὰ ταῦτα, καὶ ἀπ' ἀρχῆς, οὐκ ἄχρονα. κἂν ὅτι μάλιστα βιαζώμεθα. πλὴν εἰ τὸ παρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις διάστημα, τὸν αἰῶνα λαμβάνοιμεν, τὸ μὴ κινήσει τινὶ, μὴ δὲ ἡλίου φορᾷ μεριζόμενον καὶ μετρούμενον, ὅπερ ὁ χρόνος. Πῶς οὖν οὐ συνάναρχα, εἰ συναΐδια; ὅτι ἐκεῖθεν εἰ καὶ μὴ μετ' ἐκεῖνον. τὸ μὲν γὰρ ἄναρχον, καὶ ἀΐδιον, τὸ ἀΐδιον δὲ οὐ πάντως ἄναρχον, ἕως ἂν εἰς ἀρχὴν ἀναφέρηται τὸν πατέρα. Οὐκ ἄναρχα γοῦν τῷ αἰτίῳ. δῆλον

tem minime quadrans. Proinde finibus nostris nosmet continentes, ingenitum & genitum inducimus, & ex Patre procedentem, ut quodam loco Deus ipse ac Verbum prænunciauit. Sed quando hæc? inquient. Nimirum hæc supra quando sunt. Quodsi etiam audaciuscule aliquid dicendum est, tum hæc erant, cum Pater erat. Quando autem Pater? Nunquam non fuit. Idem de Filio, idem de Spiritu sancto promptum est dicere. Quodsi rursus me interroges, rursus tibi respondebo. Quando Filius genitus est? Cum Pater genitus non est. Quando Spiritus processit? Tum cum Filius non processit, sed citra tempus ullum, ac supra omnem rationis humanæ captum genitus est, etiamsi id quod supra tempus est, declarare cupientes, temporalem speciem ac significationem fugere nequeamus. Etenim hæ voces, quando, antehac, posthac, a principio, temporis neutiquam expertes sunt, quamcunque vim illis inferamus. Nisi forte æuum accipiamus, hoc est interuallum illud, quod simul cum rebus æternis extenditur, nec ullo motu, aut solis cursu, quæ temporis natura est, definitur. Quid ergo, inquies, si Filius & Spiritus sanctus Patri coæterni sunt, quid afferri potest, quin principij quoque, quemadmodum & ille sint expertes? Quia ab ipso sunt, licet non post ipsum. Quod enim principio caret, æternum quoque est. quod autem æternum est, non protinus quoque principio vacat, quandiu ad Patrem velut ad principium & originem refertur. Ergo

illi quantum ad causam principio minime carent. perspicuum est autem causam non omnino antiquiorem esse ijs, quorum causa: neque enim sol lucem tempore antecedit; quantum autem ad tempus principij expertes sunt, quamlibet tu verborum laruis simpliciores animos territes: nec enim tempori subsunt, ea, ex quibus tempus originem sumpsit.

δὲ τὸ αἴτιον ὡς οὐ πάντως πρεσβύτερον τῶν ὧν ἐστιν αἴτιον. οὐδὲ γὰρ τοῦ φωτὸς ὁ ἥλιος. καὶ ἄναρχά πως τῷ χρόνῳ, κἂν σὺ μορμολύττῃ τοὺς ἁπλουστέρους. οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον ταῦτα, ἐξ ὧν ὁ χρόνος.

ANIMADVERSIO.

Considerato diligenter dictiones in hac pericope comprehensas, & earum sententiam. Quid nempe colligatur ex illo, atque ad vnam & eandem rem eorum, quæ ex ipso sunt, coniuncta propensio, & modis omnibus, ambo Filium & Spiritum ex vno esse Patre, non autem vnum ex duobus: neque minus & ex illo; Alter quidem genitor & productor, horum autem alter soboles, alter processio: vti & ex illo, Ingenitum inducimus, Patrem scilicet, & ex Patre procedentem, Spiritum nempe, necnon & ex illo; Ergo illi, quantum ad causam principio non carent, quod aperte innuit causam. His enim manifesto vnum amborum esse causam, non vero duos vnius comprobat.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσεχε συνετῶς, καὶ ταῖς ἐν τῇ παρούσῃ περικοπῇ τοῦ Ἁγίου λέξεσι, καὶ τῇ τούτων ἐννοίᾳ. Τί δηλονότι συνάγεται ἐκ τοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ σύννευσις. καὶ πάντως, τό, καὶ ἄμφω, τόν τε υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ἐξ ἑνὸς εἶναι τοῦ πατρός, οὐ μὴν τὸ ἓν ἐκ τῶν δύο. τὸ αὐτὸ δὲ πάντως καὶ ἐκ τοῦ, ὁ μὲν γεννήτωρ καὶ προβολεύς, τῶν δέ, τὸ μέν, γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα. ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ, τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν, ἤγουν, τὸν πατέρα. τὸ γεννητόν, δηλονότι τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευτόν, τὸ πνεῦμα δηλαδή. καὶ ἐκ τοῦ, Οὐκ ἄναρχα γοῦν τῷ αἰτίῳ, δῆλον δὲ τὸ αἴτιον. σαφῶς γὰρ ἐντεῦθεν παρίστησι τὸν ἕνα καὶ ἀμφοτέρων εἶναι αἴτιον, οὐ μὴν τοὺς δύο τοῦ ἑνός.

REFVTATIO.

Licet ex supra laudato dicto *Ad vnam & eandem rem eorum, quæ ex ipso sunt, coniuncta propensio*, colligatur ex vno Patre ambo esse & Filium & Spiri-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ καὶ ἐκ τῆς λεγούσης ῥήσεως πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ σύννευσις συνάγεται τό, ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς εἶναι ἄμφω, τόν τε υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἐκ τῆς λεγούσης ῥήσεως, ὁ μὲν γεν-

[illegible]

νήτωρ καὶ προβολεὺς, τῶν δὲ, τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα, οὐχ ὅτι ἓν ἁπλῶς τὸ αἴτιον, ἀλλ' ὅτι αὐτὸ τὸ ἓν αἴτιον διαφόρῳ τρόπῳ ἐστὶν αἴτιον υἱοῦ καὶ πνεύματος, ὁμολογουμένως συνάγεται. αἱ γὰρ λέξεις αὗται τὸν διάφορον τρόπον μᾶλλον δηλοῦσι τοῦ τε αἰτίου, τοῦ τε αἰτιατοῦ. τὸ γὰρ αἴτιον διὰ τοῦτο τὸ τοῦ γεννήτορος καὶ προβολέως ἔσχηκεν ὄνομα, ὅτι διαφόρῳ τρόπῳ ἐστὶν αἴτιον. καὶ τὸ αἰτιατὸν διὰ τοῦτο τοῦ γεννήματος καὶ προβλήματος ἔσχηκεν ὄνομα, ὅτι διαφόρως πρόεισιν ἐκ τοῦ αἰτίου. καὶ ἡ μὲν τῶν λέξεων διαφορὰ, τὸ διάφορον τῆς προόδου δεδήλωκε, τὸ δὲ τῆς προόδου διάφορον, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Νύσσης, τὸ προσεχῶς ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦ προσεχῶς. ἐκ δὲ τοῦ προσεχῶς, καὶ διὰ τοῦ προσεχῶς, ἀναφαίνεται διὰ τοῦ υἱοῦ προϊέναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός. Τοῦτο γοῦν ἐστι, τὸ ἐκ τοῦ, ὁ μὲν γεννήτωρ καὶ προβολεὺς, τῶν δὲ, τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα συναγόμενον. ἡ δήλωσις δηλαδὴ τοῦ διαφόρου τῆς αἰτίας τρόπου, καὶ τῆς τῶν αἰτιατῶν διαφόρου προόδου, οὐ μέντοι ἁπλῶς οὕτω, τὸ ἐξ ἑνὸς αἰτίου εἶναι αὐτὰ, ὡς ἐπέστησας σύ. τὸ γὰρ ἐξ ἑνὸς αἰτίου, ἐκ μόνης τῆς ῥήσεως ἐδηλώθη τῆς, πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ σύννευσις, ἐκ δὲ τοῦ διαφόρως εἶναι ἄμφω τὰ αἰτιατὰ, τὸ μὲν, ἐκ μόνου δηλαδὴ τοῦ πρώτου, ὡς

tum, attamen ex dicto, *Alter quidem genitor, & productor, horum autem alter ſoboles, alter proceſſio*, non vnam eſſe ſimpliciter cauſam, ſed vnam eandemque cauſam alio atque alio modo cauſam eſſe Filij & Spiritus, nemine id negante, concluditur. Nanque dictiones hæ diuerſum modum potius indicant cauſæ & cauſati. Cauſa ſiquidem propterea ſibi & genitoris & productoris nomen vendicauit, quod diuerſo modo cauſa eſt; & cauſatum propterea ſobolis & proceſſionis nomen adſciuit, quod diuerſo modo ex cauſa promanat. Et plane dictionum diuerſitas diuerſitatem promanationis oſtendit. Promanationis vero diuerſitas, teſte Nyſſeno, *Quod continuum eſt, & per illud quod continuum eſt*, eo vero, quod continuum eſt, & per illud quod continuum eſt, apparet per Filium promanare Spiritum ex Patre. Hoc itaque ex illo, *Genitor vero & productor horum, alter ſoboles eſt, alter proceſſio*, colligitur, manifeſtatio nempe diuerſi cauſæ modi, & cauſatorum diuerſæ promanationis: non autem ſimpliciter ita ex vna cauſa illa eſſe, vt tu animaduertiſti. Quod enim ex vna cauſa eſt, ex dictione illa ſola manifeſtatur, quæ dicit, *Et ad vnum, quæ ex ipſo ſunt, coniuncta propenſio*. ex eo vero quod diuerſo modo cauſa-

 ta ſe

ta se habeant, hoc quidem ex solo Patre, vti continue ex ipso, alterum vero per illud continuum est ex primo, Theologis nostris Patribus arrisit, ex Patre & Filio Spiritum dicere.

προσεχῶς ἐξ αὐτοῦ τὸ δὲ, διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τοῖς θεολόγοις Πατράσιν ἡμῶν ἐπηγλύετο, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἰπεῖν.

Eiusdem ex Oratione secunda de Filio.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου Λόγου.

XXXVI. *Proprium autem eius, qui principij expers est, nomen est Pater; eius qui citra vllum principium genitus est, Filius; illius qui citra generationem processit, aut progreditur, Spiritus sanctus.*

λϛʹ. Ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ἀνάρχου, πατήρ, τοῦ δ' ἀνάρχως γεννηθέντος, υἱός, τοῦ δὲ ἀγεννήτως προελθόντος, ἢ προϊόντος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ANIMADVERSIO.

Ne te obturbet absque vlla additione hic scribi de Spiritu, processit, aut progreditur, sed illud ad supra iam scripta computa & confer. Imo ex additionibus, quæ in subsequenti pericope leguntur, illius declarationem petito.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Μὴ τὸ, ἄνευ προσθήκης τινὸς ἐνταῦθα γεγράφθαι περὶ τοῦ πνεύματος ὡς προϊόντος, ἢ καὶ προελθόντος θορυβείτω σε, ἀλλὰ πρὸς τὰ προγεγραφέντα καὶ τοῦτο συμβίβαζε. μᾶλλον μὲν οὖν ἐκ τῶν ἐν τῇ ἐφεξῆς περικοπῇ προσθηκῶν, τὴν τούτου δίωκε σαφήνειαν.

REFVTATIO.

Dicti huiusce declaratio aperta est. Ostendit enim ipsissimam proprietatem Spiritus appellationem ipsam Spiritus esse; & vnde processit, aut progreditur Spiritus, tanquam Spiritum procedentem progredi, non vero genitum, vti Filium.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἡ τοῦ ῥητοῦ σαφήνεια προφανής· παρίστησι γὰρ ὡς ἡ κυρίως ἰδιότης τοῦ πνεύματος, αὐτὴ ἡ κλῆσις ἐστὶ τοῦ πνεύματος. καὶ ὅθεν ἂν ἐστι προελθὸν, ἢ προϊὸν τὸ πνεῦμα ὡς πνεῦμα ἐκπορευτόν. οὐ μὴν ὡς γεννητὸς πρόεισιν υἱός.

Eiusdem ex Oratione de Spiritu sancto.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Λόγου.

XXXVII. *Solem rursus in radium, ac lucem cogitaui. Verum hic quoque metuendum est, primũ*

λζʹ. Καὶ πάλιν ἥλιον ἐνεθυμήθην καὶ ἀκτῖνα καὶ φῶς. ἀλλὰ κἀνταῦθα δέος, πρῶτα μὲν, μὴ σύνθεσίς τις

ἐπι

ἐπινοῆται τῆς ἀσυνθέτου φύσεως, ὥσπερ ἡλίου καὶ τῶν ἐν ἡλίῳ. δεύτερον δὲ, μὴ τῷ πατέρα οὐσιώσωμεν, τὰ ἄλλα δὲ μὴ ὑποστήσωμεν, ἀλλὰ δυνάμεις Θεοῦ ποιήσωμεν, ἐνυπαρχούσας, οὐχ' ὑφεστώσας. οὔτε γὰρ ἀκτὶς, οὔτε φῶς ἄλλος ἥλιος. ἀλλ' ἡλιακαί τινες ἀπόρροιαι, καὶ ποιότητες οὐσιώδεις. καὶ ἅμα τὸ εἶναι, καὶ τὸ μὴ εἶναι τῷ Θεῷ δῶμεν ἐν τούτοις ὅσον ἐκ τοῦ ὑποδείγματος, ὃ καὶ τῶν εἰρημένων ἀτοπώτερον.

ne incōpoſitæ naturæ incompoſitio quædam excogitetur, quemadmodū ſolis & eorum, quæ ſoli inſunt. Deinde ne Patri quidem eſſentiā tribuamus, ſed reliquos ſubſiſtere negemus, verum facultates quaſdam Dei conſtituamus, quæ ipſi quidem inſint, non autem per ſe ſubſiſtant. Neque enim radius aut lux alij ſoles ſunt, ſed ſolis velut deſluxus quidam, & ſubſtantiales qualitates. Ac præterea ne ſimul & eſſe & non eſſe, Deo in his demus, quantum ex hoc exemplo colligi poteſt, id quod ſuperioribus etiam abſurdius fuerit.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὅρα πάνυ θαυμαστὸν, πῶς εἰ καὶ μὴ ἀρέσκει τῷ Ἁγίῳ τὸ παρὸν ὑπόδειγμα, διὰ δέος δῆλον, ὅμως κἀκ τούτου παρίστησι σαφῶς, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἄμφω, ὅτι υἱὸς δηλαδὴ καὶ τὸ πνεῦμα, ὡς ἐξ ἡλίου φῶς καὶ ἀκτίς.

ANIMADVERSIO.

Valde admirabile eſt hoc quod audis. Licet enim præſens exemplum Sancto non perplaceat, propter timorem, non vtique a ratione alienum; attamen ex hoc quoque probat apertiſſime, ex Patre vtrumque, Filium ſcilicet & Spiritum, veluti ex ſole lumen & radius eſt, eſſe.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς τὸ ὑπόδειγμα, ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι καὶ ἄμφω παρίστησιν. ἀλλ' ὅμως, πάντη σαφῶς, τὸ δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα, ὡς ἐξ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς.

REPVTATIO.

Verum eſt, exemplum palam oſtendere, vtrumque eſſe ex Patre: ſed illud quoque modis omnibus oſtendit, per Filium eſſe Spiritum, vti ex ſole per radium lumen.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγου.

λη. Ἐπεὶ δὲ ταύτην πρώτην διαίρεσιν οὐ δεχόμεθα, τὴν μηδὲν ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον ὑπολαμβάνουσαν, αὐτίκα οἰχήσονταί σοι μετὰ τῆς σεμνῆς διαιρέσεως οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ

Eiuſdem ex Oratione de Spiritu ſancto.

XXXVIII. *Quoniam porro diuiſionem tuam primā, qua inter ingenitum & genitum nihil medium eſſe arbitraris, haud quaquam admittimus, protinus tibi*

cum

tum præclara tua diuisione fratres illi & nepotes peribunt, vt qui primo illo disputationis tuæ capite, quasi multiplicis cuiusdam nexus initio primo soluto, simul quoque soluti ac dilapsi sint, atque a diuinitatis doctrina sese subduxerint. Vbi enim quæso pones id, quod procedit, quod quidem inter duas diuisionis tuæ partes interiectum esse constat, atque a Theologo multo te præstantiore, nimirum a Christo, introducitur? Nisi fortasse vocem illam propter tertium tuum testamentum ex Euangelijs sustulisti, Spiritus sanctus qui a Patre procedit. Qui quatenus ab illo procedit, creatura non est, quatenus rursus genitus non est, Filius non est, quatenus autem inter ingenitum & genitum medius est, Deus est. Atque ita vitatis syllogismorum tuorum laqueis, Deus manifeste apparuit, diuisionibus tuis firmior, ac valentior. Quæ ergo est hæc processio, inquies? Dic tu quæ Patris ingenitura sit, & ego Filij generationem, & Spiritus processionem explicare aggrediar: vt ambo mentis vesania præcipites agamur, in Dei mysteria oculos inijcientes: idque qui tandem? Nempe qui ne ea quidem, quæ ante pedes sunt, scire possumus.

υἱωνοί, ὥσπερ τινὸς δεσμοῦ πολυπλόκου τῆς πρώτης ἀρχῆς συνδιαλυθείσης, συνδιαλυθέντες καὶ τῆς θεολογίας ὑποχωρήσαντες. Ποῦ γὰρ θήσεις τὸ ἐκπορευτὸν, εἰπέ μοι, μέσον ἀναφανὲν τῆς σῆς διαιρέσεως, καὶ παρὰ κρείσσονος ἢ κατὰ σὲ θεολόγου, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰσαγόμενον; εἰ μὴ τὴν φωνὴν ἐκείνην τῶν σῶν ἐξεῖλες Εὐαγγελίων, διὰ τὴν τρίτην σου διαθήκην, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. ὃ καθόσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορεύεται, οὐ κτίσμα, καθόσον δὲ οὐ γεννητὸν, οὐχ υἱὸς, καθόσον δὲ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον, Θεός. καὶ οὕτω σου τὰς τῶν συλλογισμῶν ἄρκυς διαφυγὸν, Θεὸς ἀνεπέφηνε τῶν σῶν διαιρέσεων ἰσχυρότερος. Τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρὸς, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος, καὶ παραπληκτίσομεν ἀμφότεροι, εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες. καὶ ταῦτα τίνες; οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδέναι δυνάμενοι.

ANIMADVERSIO.

Hanc pericopem, quæ planissima est, explanatione indigere non puto. Cum enim Sanctus dixerit, fratres & nepotes perituros, hoc prorsus innuit, ingenitum Spi-

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ταύτην τὴν περικοπὴν σαφεστάτην οὖσαν οἶμαι, μὴ δεῖσθαι πρὸς ἐπεργασίας. ἐκ γὰρ τοῦ τὸν Ἅγιον εἰπεῖν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς υἱωνοὺς οἰχήσεσθαι, τοῦτο πάντως παρίσταται

ritum

τὸ τι ἀγέννητον τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, οὐ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευτόν;

ritum esse, & ex solo Patre, non autem ex Filio procedere.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐκ ἀληθῶς ἔφης, ἐκ τοῦ τὸν ἅγιον εἰπεῖν, τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς υἱωνοὺς οἰχήσεσθαι, πάντως παρεισάγεσθαι τὸ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, οὐ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευτὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τὸ, μόνως ἐκπορευτὸν αὐτὸ εἶναι. οὐ μένειν ἀγέννητον, ὡς ὁ πατὴρ, ἢ γεννητὸν, ὡς ὁ υἱός. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, Ποῦ θήσεις τὸ ἐκπορευτὸν, μέσον ἀναφανὲν τῆς σῆς διαιρέσεως;

REFVTATIO.

Næ tu quidem vera nō loqueris, quod Sanctus dixit, *fratres, & nepotes perituros*, prorsus innuisse, ex solo Patre, non autem ex Filio Spiritum procedere: sed tantummodo illum procedere non tamen ingenitum vti Patrem, neque genitum vti Filium. Hoc enim notat illud, *Vbi pones id, quod procedit, quod quidem inter duas diuisionis tuæ partes interijcitur?*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

λθ'. Ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον Θεός. οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον. οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς μεριστοῖς ὑπάρχει, κἀνταῦθα λαβεῖν ἐστιν, ἀλλ' ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν ἡ θεότης, καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων, μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις. Ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον. ὅταν δὲ πρὸς τὰ, ἐν οἷς ἡ θεότης, καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως

Eiusdem ex eadem Oratione.

XXXIX. *Nobis Deus vnus est, quoniam vna deitas, atque ad vnum ea, quæ ex eo sunt, referuntur, etiamsi tres personas credimus. Neque enim hoc magis, illud minus est Deus, nec hoc prius illud posterius. Nec voluntate scinduntur, aut potentia diuiduntur, aut denique quicquam eorum, quæ diuiduis rebus contingunt, hic quoque reperitur. Sed indiuidua in diuiduis, & vno verbo dicam, est diuinitas, ac velut in tribus solibus inter se cohærentibus vna lucis commixtio & temperatio. Quum ergo ad diuinitatem primamque illam causam, vniusque principatum & imperium respexerimus, vnum est, quod mentis nostræ oculis obuersatur. Quum rursus ad ea, in quibus est diuinitas & quæ ex prima*

illa causa, citra vllam temporis intercapedinem, ac pari gloria sunt, tria sunt quæ adorantur.

ἐκεῖθεν ὄντα καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα.

ANIMADVERSIO.

Diligenter illa obseruato, Nobis Deus vnus est, quod vna Deitas, & ad vnum ea, quæ ex eo sunt, referuntur, etiamsi tres personas credimus. Item, Quum rursus ad ea, in quibus diuinitas est, &, quæ ex prima illa causa, citra vllam temporis intercapedinem & pari gloria sunt, tria sunt, quæ adorantur. His siquidem aperte comprobatur, Patrem esse vtriusque causam.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Νουνεχῶς ἄκουε τοῦ, ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης. καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. καὶ τοῦ, ὅταν πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης. καὶ, τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα. καὶ ἐκ τούτων γὰρ ἀριδήλως παρίσταται, τὸ, τὸν πατέρα εἶναι καὶ ἀμφοτέρων αἴτιον.

REFVTATIO.

Ex iam allatis comprobatur, Patrem esse vtriusque causam nec minus ex ijsdem stabilitur, vnam luminis commixtionem, quæ in tribus solibus inter se cohærentibus mente concipitur, indiuiduum trium hypostaseon connotari. Horum vero indiuiduum non aliunde originem habet, quam ex eo, quod per Filium Spiritus existit a Patre.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων παρίσταται τὸ, τὸν πατέρα εἶναι καὶ ἀμφοτέρων αἴτιον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν παρίσταται, ὡς ἡ μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις, ἡ ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων φανταζομένη, τὸ ἀδιαίρετον τῶν τριῶν δηλοῖ ὑποστάσεων. τὸ δὲ τούτων ἀδιαίρετον πάντως οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ διὰ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ τοῦ πατρὸς.

Eiusdem de Dogmate, & constitutione Episcoporum.

XL. *Profecto nec quosdam ita Patris amantes esse oportet, vt illi Patris nomen adimant, cuius enim Pater fuerit, si Filius ab eo natura diuersus esse dicatur, atq; vna cum reliquis creaturis abalienetur? nec rursus ita Christi*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ Λόγου περὶ Δόγματος, καὶ καταστάσεως Ἐπισκόπων.

μ'. Δέον μήτε οὕτως εἶναί τινας φιλοπάτορας, ὡς καὶ τὸ εἶναι πατέρα περιαιρεῖν. τίνος γὰρ ἂν καὶ εἴη πατὴρ, τοῦ υἱοῦ τὴν φύσιν ἀπεξενωμένου καὶ ἀπηλλοτριωμένου μετὰ τῆς κτίσεως. μήτε οὕτως φιλοχρίστους, ὡς μή τε τού-

aman-

τοῦ φυλάττειν τὸ εἶναι υἱόν. τίνος γὰρ ἂν καὶ εἴη υἱός, μὴ πρὸς αἴτιον ἀναφερόμενος τὸν πατέρα; μήτε τῷ πατρὶ τὸ τῆς ἀρχῆς καταμικρύνειν ἀξίωμα, τῆς ὡς πατρὶ καὶ γεννήτορι. μικρῶν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀναξίων ἀρχή, μὴ θεότητος ὢν αἴτιος τῆς ἐν υἱῷ καὶ πνεύματι θεωρουμένης. ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, ἤτουν τρία πρόσωπα, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος. τηρεῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεός, εἰς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων, οὐ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων, καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν τῆς θεότητος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα.

amantes, ut ne Filij quidē nomen ei integrum seruent, cuius enim quaeso Filius fuerit, nisi ad Patrem tanquam ad principium referatur? nec denique Patri principij dignitatem imminuere, quam ut Pater & genitor habet: paruorum etenim certe, ipsoque indignorum principium fuerit, nisi Deitatis eius, quae in Filio & Spiritu sancto consideratur, causa sit. Quandoquidem & unus Deus retinendus est, & tres hypostases, siue tres personae confitendae, & quidem unaquaeque cum sua proprietate. Porro hac ratione mea quidem sententia, Deus unus retinebitur, si Filium & Spiritum sanctum ad unam causam referemus, non autem componamus, nec commisceamus: etsi unam atque eandem diuinitatis, ut ita loquar, motionem, & uoluntatem, essentiaeque identitatem intelligamus.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Συνετῶς πρόσεχε καὶ ταῖς τῆς παρούσης περικοπῆς συλλαβαῖς, ἤγουν ταῖς, μικρῶν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀναξίων ἀρχή, μὴ θεότητος ὢν αἴτιος τῆς ἐν υἱῷ καὶ πνεύματι θεωρουμένης. καὶ ταῖς, εἷς μὲν Θεός, εἰς ἓν αἴτιον υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων.

ANIMADVERSIO.

Prudenter attendito & huiusce pericopes syllabis, nempe, Paruorum enim certe, atque indignorum principium, nisi Deitatis, quae in Filio & Spiritu sancto considerata, principium fuerit: nec non & illis, Deus unus si in unam causam Filium & Spiritum referemus.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ταῖς τῆς ῥηθείσης περικοπῆς συλλαβαῖς ὑποτίθη προσέχειν, ταῖς, μικρῶν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀναξίων ἀρχή, μὴ θεότητος ὢν αἴτιος τῆς ἐν υἱῷ καὶ

REFVTATIO.

Illis praemissae pericopes syllabis attendere adhortaris, nempe, *Paruorum enim certe atque indignorum principium, nisi Deitatis,*

tatis,

tatis, quæ in Filio & Spiritu sancto consideratur, principium fuerit. necnon & illis, *Deus vnus, si in vnam causam Filium & Spiritum referamus.* Amplector ego equidem quod suggeris: veruntamen ipse quoque auditori suggero, attentius considerare, in vnam causam referri Filium & Spiritum, non esse impedimento, quin statim intelligatur, alio atque alio modo hæc eadem ad vnam causam referri. Et cum nullum aliud sit discrimen, nisi illud *continue & per illud quod continue est*, nihil plane adductæ syllabæ conducent ad demonstrandum ex solo Patre esse Spiritum sanctum. Imo illud insuper considerandum est, quod Sanctus insinuat, *Patrem causam esse Deitatis, quæ in Filio & Spiritu consideratur*; Veruntamen Spiritus essentia ac diuinitas, ex essentia & diuinitate Filij dicitur, quod quidem nulla ratione dici potetit, nisi Spiritus esset ex Patre per Filium. Etenim si forte immediate ex Patre existeret, nunquam profecto dictus fuisset, *Ex essentia & Deitate Filij progredi.*

πνεύματι θεωρουμένης, καὶ ταῖς, εἷς μὲν Θεὸς εἰς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων, καὶ δέχομαί σου τὴν ὑποθήκην. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀκροατῇ ὑποτίθημι καὶ αὐτὸς σκοπεῖν ἀκριβέστερον, ὡς τὸ, εἰς ἓν αἴτιον ἀναφέρεσθαι τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, οὐδέν τι ἐστὶν ἐμποδὼν πρὸς τὸ νοεῖν παραυτίκα, ὡς διαφόρως ταῦτα πρὸς τὸ τοιοῦτον ἓν ἀναφέρονται αἴτιον. Καὶ ἐπεὶ οὐδὲν ἄλλο ἡ διαφορά, εἰ μὴ τὸ προσεχῶς καὶ διὰ τοῦ προσεχῶς, οὐδέν τι αἱ ῥηθεῖσαι συντελέσουσι συλλαβαὶ πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Δεῖ δὲ προσεπισκοπεῖν, καὶ ὅτι τὸν πατέρα αἴτιον ἔφη ὁ Ἅγιος τῆς ἐν υἱῷ καὶ πνεύματι θεωρουμένης θεότητος. ἀλλὰ ἡ τοῦ πνεύματος οὐσία καὶ θεότης, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ θεότητος λέγεται τοῦ υἱοῦ. ὅπερ πῶς ἂν ἐρρέθη, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ ἦν ἐκ πατρός; ἀμέσως γὰρ ἴσως ὑπάρχον ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἄν ποτε ἐρρέθη ἐκ τῆς οὐσίας καὶ θεότητος τοῦ υἱοῦ προϊόν.

Eiusdem ex eadem Oratione.

XLI. *Audis generationem? modum ne curiosius inquiras. Audis Spiritum ex Patre progredi? id quomodo fiat, ne anxio studio perscruteris. Quod si in Filij generatione, & Spiritus progressione peruestiganda curiosum te præbes,*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

μα'. Ἀκούεις γέννησιν; τὸ πῶς μὴ περιεργάζου. ἀκούεις, ὅτι πνεῦμα τὸ προϊὸν ἐκ τοῦ πατρὸς; τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει, εἰ δὲ πολυπραγμο-

νεῖς υἱοῦ γέννησιν, καὶ πνεύματος πρόοδον, κἀγώ σου πολυπραγμονῶ τὸ κρᾶμα ψυχῆς καὶ σώματος.

bes, ego quoque pari curioſitate tuam animæ corporiſque coniunctionem & temperamentum inquiram.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Σαφέστατον τὸ ἐνταῦθα λεγόμενον, καὶ τοῖς προλαβοῦσι παρόμοιον. ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ κἀνταῦθα ὅ τε υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα κηρύσσεται.

ANIMADVERSIO.

Quod hic aſſeritur planiſſimum eſt, & ſupradictis haud diſſimile. Nanque hic etiam ex Patre & Filius & Spiritus aperte inſinuantur.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Σαφὲς μὲν τὸ ἐνταῦθα λεγόμενον, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι δηλοῖ καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα. σαφὲς δὲ ἐστι συνιδεῖν, καὶ ὡς ἡ περικοπὴ αὕτη συμβάλλεται κατὰ πολὺ τοῖς λέγουσιν, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰπὼν γὰρ ὁ Ἅγιος, τὸ πνεῦμα προϊὸν ἐκ πατρὸς, καὶ χρησάμενος τῇ λέξει αὐτῇ τῆς ἐκπορεύσεως, σαφῶς δεδήλωκεν, ὡς ὁ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα προϊέναι λέγων, τὴν ἐξ ἀμφοῖν σημαίνει αὐτοῦ ὕπαρξιν.

REFVTATIO.

Aperte profecto, quod hic aſtruitur, ex Patre eſſe & Filium & Spiritum corroborat. At planum quoque eſt intelligere, eandem pericopem maxime illis conducere, qui ex Patre & Filio eſſe Spiritum ſanctum autumant. Cum enim Sanctus dixiſſet, Spiritum progredi ex Patre, & dictionem illam loco proceſſionis vſurpaſſet, plane manifeſtauit, eum, qui ex Patre & Filio Spiritum progredi aſſerit, ex vtroque illius exiſtentiam indicare.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον Λόγου.

μβ'. Ὅριζε δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων ἕνα μὲν εἶναι Θεὸν ἀγέννητον τὸν πατέρα, ἕνα δὲ γεννητὸν Κύριον τὸν υἱόν. Θεὸν μὲν, ὅταν καθ᾽ ἑαυτὸν λέγηται προσαγορευόμενον, Κύριον δὲ, ὅταν μετὰ πατρὸς ὀνομάζηται. τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν, τὸ δὲ διὰ τὴν μοναρχίαν.

Eiuſdem ex Oratione in laudem Heronis Philoſophi.

XLII. *Quin pietatis noſtræ doctrinam præſcribe, ſic nos inſtituens, vt Deum vnum ingenitum agnoſcamus, hoc eſt Patrem, vnum item genitum Dominum, Filium videlicet, qui Deus quidem appellatur, cum de eo ſeparatim ſermo habetur, Dominus autem quando cum Patre nominatur, illud propter naturam, hoc propter vnicum diuinitatis principatum, vnum denique Spiritum ſanctum,*

a Patre procedentem, aut etiam prodeuntem, Deum quoque ipsum apud eos, qui ea, quæ apponuntur, apprime intelligunt, qui ab impijs quidem etiam oppugnatur, ab ijs autem, qui supra eos assurgunt, animo & mente concipitur; ab ijs vero, qui magis spiritales sunt, etiam prædicatur. Illud item præscribe, vt nec Patri principium tribuamus, ne quid primo prius inducamus, ex quo id, quod primum est, originem traxisse necesse sit; Nec Filium & Spiritum sanctum principij expertes esse astruamus, ne Patri id quod ipsi proprium est, adimamus. Illi quippe & principio minime carent, & quodammodo carent; quod sane dictu mirum est. Non enim quantum ad causam principio carent, ex Deo enim sunt, licet non post ipsum quemadmodum ex sole lumen, sed quantum ad tempus principij sunt expertes. Nec enim tempori subiecti sunt. Nam alioqui quod fluxum est ijs, quæ stabilia sunt, & quod non est ijs, quæ sunt, prius atque antiquius esset.

ἓν δὲ πνεῦμα ἅγιον, προελθὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἢ καὶ προϊὸν, Θεὸς τοῖς νοοῦσι τὰ προκείμενα, τοῖς μὲν ἀσεβέσι, καὶ πολεμούμενον, τοῖς δὲ ὑπὲρ τούτους, νοούμενον, τοῖς πνευματικωτέροις δὲ καὶ λεγόμενον. μήτε ὑπὸ ἀρχὴν ποιεῖν τὸν πατέρα, ἵνα μὴ τοῦ πρώτου τι πρῶτον εἰσαγάγωμεν, ἐξ οὗ καὶ τὸ εἶναι τῷ πρώτῳ περιτρέπεται, μήτε ἄναρχον τὸν υἱὸν, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ τὸ τοῦ πατρὸς ἴδιον περιέλωμεν. οὐκ ἄναρχα γὰρ, καὶ ἄναρχά πως. ὃ καὶ παράδοξον. οὐκ ἄναρχα μὲν γὰρ τῷ αἰτίῳ, ἐκ Θεοῦ γὰρ, εἰ καὶ μὴ μετ' αὐτὸν, ὡς ἐξ ἡλίου φῶς. ἄναρχα δὲ τῷ χρόνῳ. οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον, ἵνα μὴ τὸ ῥέον ἢ τῶν ἑστώτων πρεσβύτερον.

ANIMADVERSIO.

Vides hic quoque ex Patre progredi, procedereque Spiritum sanctum?

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὁρᾷς κἀνταῦθα ἐκ τοῦ πατρὸς προελθὸν, ἢ καὶ προερχόμενον τὸ πνεῦμα;

REFVTATIO.

Neque minus hic animaduertendum est, Sanctum ex Patre promanare, aut procedere Spiritum dixisse: veruntamen & illud quoque obseruandum, hinc eorum os obstrui, qui contendunt in promanatione Spiritus, aliud esse progredi, aliud procedere.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὁρᾷν δεῖ, ὡς κἀνταῦθα ἐκ τοῦ πατρὸς προελθὸν, ἢ καὶ προϊὸν ὁ Ἅγιος ἔφη τὸ πνεῦμα. ἀλλ' ὁρᾷν δεῖ, καὶ ὅτι πᾶν ἐντεῦθεν πέφρακται στόμα τῶν λεγόντων, διαφέρειν ἐπὶ τῆς προόδου τοῦ πνεύματος, τὸ προϊέναι τοῦ ἐκπορεύεσθαι.

Eius

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

μγʹ. Ἀληθῶς ἅγιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὐ γὰρ ἄλλο τι ἐστὶν, οὐδέ πως ὡς ἐκ προσθήκης ὁ ἁγιασμὸς, ἀλλ' αὐτὸ ἁγιότης. οὐδὲ μᾶλλον καὶ ἧττον. οὐδὲ ἀρξάμενον χρονικῶς, ἢ παυσόμενον. κοινὸν γὰρ πατρὶ μὲν καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι τὸ μὴ γεγονέναι, καὶ ἡ θεότης, υἱῷ δὲ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ, πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἐκπόρευσις. εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς, τί καταλείψεις τοῖς μόνοις γινώσκειν ἄλληλα καὶ γινώσκεσθαι ὑπ' ἀλλήλων μεμαρτυρημένοις;

Eiuſdem ex eadem.

XLIII. *Spiritum ſanctum vere Sanctum: neque enim alius talis eſt, nec eodem modo, neque ex acceſſione ſanctitatem habet, ſed eſt ipſamet ſanctitas, nec magis & minus, nec quo ad tempus originem vnquam habuit, nec finem habiturus eſt. Hoc enim Patri & Filio & Spiritui ſancto commune eſt, quod minime creati ſunt, atque ipſa diuinitas. Hoc autem Filio & Spiritui ſancto, quod vterque eorum ex Patre eſt. At vero Patris proprietas hæc eſt, quod ingenitus ſit; Filij, quod genitus; Spiritus ſancti, quod emittatur. Quod ſi modum quæris, quid ijs relicturus es, quos ſolos mutuo ſe cognoſcere, atque a ſe mutuo cognoſci ſcriptura teſtatur?*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούεις καὶ πάλιν κοινὸν υἱῷ καὶ πνεύματι, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι καὶ ἄμφω;

ANIMADVERSIO.

Audis hic quoque commune eſſe Filio & Spiritui ſancto, ex Patre eſſe vtrunque?

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς. κοινὸν υἱῷ καὶ πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι καὶ ἄμφω. ἀληθῶς δὲ καὶ ὅτι διαφόρως ταῦτα ἐκ τοῦ πατρός, σὺ δὲ διατί τοῦ Ἁγίου ἐν τῇ ἀπαριθμήσει τῶν ἰδιοτήτων λέγοντος, ἴδιον δὲ πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἡ ἔκπεμψις, ἡ ἐκπόρευσις εἶπας; τί σοι τάχα συμβάλλον ἦν τοῦτο; πάντως δὲ οὐδὲν ἕτερον ἡ παραποίησις ἐπενοήθη σοι αὐ-

REFVTATIO.

Vere. quis id negat? commune eſt Filio & Spiritui ex Patre eſſe vtrunque, nihilominus verum etiam eſt, eoſdem alia atque alia ratione ex Patre eſſe. Quare vero tu, cum Sanctus in proprietatum enumeratione dicat, *Proprietatem eſſe Patris, quod ingenitus ſit, Filij, quod genitus, Spiritus ſancti, quod emittatur,* loco emiſſionis, proceſſionem vſurpaſti? Quid hoc tibi conferebat? Plane hæc tibi immutatio excogitata eſt, propterea

quod

quod in nonnullis locis diuinarum scripturarum reperitur emitti a Filio Spiritum sanctum.

τι, ἀλλ' ἢ διότι καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ εὑρίσκεταί που τῶν θείων γραφῶν ἐκπεμπόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον;

Eiusdem ex Oratione habita in præsentia CL. Episcoporum.

Τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ Συντακτηρίου.

LXIV. *Nomen autem principij experti, Pater; principio, Filius; ei autem quod cum principio est, Spiritus sanctus. Vna autem his tribus natura Deus est. Vnio vero est Pater, ex quo & ad quem ea, quæ deinceps sequuntur, referuntur.*

μδ'. Ὄνομα δὲ τῷ μὲν ἀνάρχῳ, πατήρ, τῇ δὲ ἀρχῇ, υἱός, τῷ δὲ μετὰ τῆς ἀρχῆς, πνεῦμα ἅγιον. φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία. ἕνωσις δὲ ὁ πατήρ. ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς.

ANIMADVERSIO.

Eadem est in omnibus doctrina. Nanque in his quoque audis; ex quo & ad quem ea, quæ deinceps sequuntur, referuntur.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἡ αὐτὴ διὰ πάντων διδασκαλία. ἄκουε γὰρ κἀνταῦθα τὸ ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς.

REFVTATIO.

Diuersitatem eorum, quæ referuntur ad primam causam si scieris, probe quidem intellexeris illud, *Ex quo & ad quem, quæ deinceps sequuntur, referuntur.*

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τὸ διάφορον τῶν ἀναγομένων πρὸς τὸ πρῶτον αἴτιον εἰδώς, καλῶς ἂν ἀκούσειας, τὸ ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς.

Eiusdem ex Oratione ad Euagrium.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πρὸς Εὐάγριον. Δόγου.

XLV. *Vt enim inter mentem & cogitationem & animam nulla diuisio aut sectio excogitari potest: sic neque inter Spiritum sanctum, & Saluatorem, & Patrem vllam vnquam sectio aut diuisio intercessisse cogitanda est: quoniam spiritualium & diuinorum, vt diximus, diuisionis expers natura est, Aut etiam quemadmodum inter orbem & radium propter impassi-*

με'. Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι μεταξὺ νοῦ καὶ ἐνθυμήσεως καὶ ψυχῆς διαίρεσιν ἐπινοηθῆναι τινὰ καὶ τομήν, οὕτως οὐδὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ τοῦ πατρὸς ἐν μέσῳ τομήν, ἢ διαίρεσιν ἐπινοηθῆναι ποτέ. διότι τῶν νοητῶν, ὡς ἔφημεν, καὶ θείων ἀδιαίρετος ἡ φύσις. ἢ καὶ ὃν τρόπον οὐχ οἷόν τε

πάλιν ὁμοίως, ἐν μέσῳ κύκλου καὶ τῆς ἀκτῖνος διαίρεσιν εὑρέσθαι, διὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀσώματον, ἁπλοῦν τε καὶ ἀμερές. ἀλλ' ἡ μὲν ἀκτὶς συνῆπται τῷ κύκλῳ, τοὔμπαλιν δὲ ὁ κύκλος οἷόν τις ὀφθαλμὸς ποταμηδὸν ἐπιχεῖ τῷ παντὶ τὰς ἀκτῖνας, κατακλυσμοὺς ὥσπερ τινὰς φωτὸς ἡμῖν ἐργαζόμενος, καὶ πελαγίζων ἀθρόως τὴν διακόσμησιν, οὕτως δὴ καὶ οἱονεί τινες τοῦ πατρὸς ἀκτῖνες ἀπεστάλησαν εἰς ἡμᾶς ὅ, τε φεγγώδης Ἰησοῦς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥσπερ γὰρ αἱ τοῦ φωτὸς ἀκτῖνες ἀμέριστον ἔχουσαι τὴν κατὰ φύσιν πρὸς ἄλληλα σχέσιν, οὔτε τοῦ φωτὸς χωρίζονται, οὔτε ἀλλήλων ἀποτέμνονται, καὶ μέχρις ἡμῶν τὴν χάριν τοῦ φωτὸς ἀποστέλλουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ δίδυμος τοῦ πατρὸς ἀκτίς. καὶ μέχρις ἡμῶν διακονοῦνται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, καὶ τῷ πατρὶ συνήνωνται. ὃν δὲ τρόπον κἀπί τινος ὑδάτων πηγῆς, νεκταρῶδες ἀφθόνως προϊεμένης ὕδωρ, συμβαίνει ῥεῦμά τι παμπληθὲς καὶ ῥεῖθρον ἀκατάσχετον εἰς ποταμοὺς δύο τῷ ῥεύματι τέμνεσθαι, μίαν ἐξ ἑνὸς ὀφθαλμοῦ τῆς πηγῆς τὴν ῥοὴν ἐξ ἀρχῆς ἐσχηκός. διῤῥύτων δὲ τῶν ποταμῶν σχηματισθέντων τοῖς ὕδασιν, ἐβλάβη ὅμως οὐδὲν εἰς τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς διαιρέσεως. τῇ μὲν γὰρ τῶν ποταμῶν θέσει, τὸ ῥεῖθρον διῄρηται, τὴν δὲ τοῦ χυμοῦ ποιότητα μί-

impassibilitatem corporisque vacuitatem, & simplicitatem, atque indiuiduitatem nulla diuisio reperiri potest, verum vt radius orbi coniunctus est, ita rursus orbis, oculi cuiusdam instar, vniuersitati radios suos fluminis in morem infundit, lucis nobis velut inundationes quasdã efficiens, mundumque repente obruens. Haud secus etiam Patris velut radij quidem ad nos dimissi sunt, tum splendidus Iesus, tum Spiritus sanctus. Vt enim lucis radij mutuam relationem natura indiuiduam habentes, nec a luce disiunguntur, nec a se inuicem discinduntur, lucisque beneficium ad nos, vsque traijciunt: eodem modo Saluator quoque noster, & Spiritus sanctus, geminus ille Patris radius simul & ad nos vsque veritatis lucem ministrant, & Patri vniti sunt. Quemadmodum praeterea ab vno aquarum fonte nectaream aquam summa copia egerente, fluxum quendam permagnum, & profluuium, effrenato quodam impetu currens ipso fluxu in duo flumina scindi contingit, quod ab vno quidem fontis oculo primum manauerat, verum fluuijs specie ita conformatis, duplici fluxu decurrit, nec tamen ex huiusmodi diuisione incommodi quicquam & detrimenti, quantum ad essentiam accipit, etenim fluminum situ ita profluuium diuiditur, vt vna m-

tamen

tamen atque eādem humoris qualitatem obtineat, quamuis enim vterque supradictorum fluuiorum procul extra terminos ferri, longoque interuallo a fonte distare videatur, principium tamen ad fontis perpetuitatem cum parente sua coniunctum, atque vnitum habent: haud dissimili modo bonorum quoque omnium Deus, ille veritatis rector, & Saluatoris Pater, prima illa vitæ causa, & stirps immortalitatis, illæ sempiternæ vitæ fons, bifflua quadam, & bifida Filij & Spiritus sancti intellectuali ad nos missa gratia, nec ipse essentiam suam quicquam læsit, nec enim ob illorum ad nos aduentum imminutionem vllam subijt, & hi ad nos vsque processerunt, nec tamen a Patre vllo modo separantur. Indiuidua enim, vt diximus, summi numinis natura est.

αν καὶ τὴν αὐτὴν κέκτηται. κἂν γὰρ ἀποτερματίζεσθαι πόῤῥω πως τῶν ποταμῶν ἕκαστος τῶν προειρημένων δοκῇ, καὶ τῆς πηγῆς ἀφεστάναι μακρὰν, τὴν γοῦν ἀρχὴν τῇ μητρὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς τῆς πηγῆς συνηνωμένην ἔχει. παραπλησίως καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων Θεὸς, ὁ τῆς ἀληθείας πρύτανις, καὶ τοῦ Σωτῆρος πατὴρ, τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας φυτὸν, ἡ τῆς ἀειζωΐας πηγὴ, δίῤῥυτόν τινα τοῦ τε υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν νοητὴν εἰς ἡμᾶς ἀποστείλας χάριν, οὔτ' αὐτός τι πέπονθεν, εἰς τὴν οὐσίαν βλαβείς. οὐ γὰρ μείωσιν ὑπέστη τινὰ διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐκείνων ἄφιξιν, καὶ μέχρις ἡμῶν προεχώρησαν, καὶ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἧττον ἀχώριστοι καθεστήκασιν. ἀμερὴς γὰρ ὡς ἔφημεν ἐξ ἀρχῆς τῶν κρειττόνων ἡ φύσις.

ANIMADVERSIO.

Et hæc quoque pericope valde admirabilis est, multis modis per diuersa exempla tum solis & radiorum, tum fontis, & fluminum eadem, quæ & supraposita pericopæ definiens, docensque ex vno scilicet Patre tam Filium vnigenitum, quam Spiritum sanctum esse.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πάνυ θαυμαστὴ καὶ αὕτη ἡ περικοπὴ, ποικίλως διὰ διαφόρων παραδειγμάτων, τοῦ τε κατὰ τὸν ἥλιον δηλονότι καὶ τὰς ἀκτῖνας, καὶ τοῦ κατὰ τὴν πηγὴν καὶ τοὺς ποταμοὺς, τὰ αὐτὰ ταῖς προλαβούσαις δογματίζουσα, καὶ διδάσκουσα, ὡς ἐξ ἑνὸς δηλαδὴ τοῦ πατρὸς, ὅ τε μονογενὴς υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

REFVTATIO:

Vere solis & radiorum, nec non fontis & fluuiorum exempla ex vno Patre demonstrant

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς τὸ κατὰ τὸν ἥλιον καὶ τὰς ἀκτῖνας παράδειγμα, καὶ τὸ κατὰ τὴν πηγὴν καὶ τοὺς ποταμοὺς, ἐξ ἑνὸς τοῦ πα-

esse

τρὸς ἐμφαίνουσιν εἶναι, τόν τε μονογενῆ υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πλὴν ἀλλ' οὐδέτερον τῶν παραδειγμάτων παρὰ Ἁγίῳ ἐξηνέχθη εἰς ἀναίρεσιν ταύτα τοῦ μὴ εἶναι διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον. ἄπαγε. τῆς ἀληθείας πεπλάνηται ὁ οὕτω φρονῶν. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο δίδυμον τοῦ πατρὸς ἀκτῖνα τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ὁ Ἅγιος ἀπεκάλεσεν, ἵνα παραστήσῃ, μὴ εἶναι διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις τὰ δύο αἰτιατὰ ταῦτα, ὡς ἐξ ἡλίου ἀκτῖνα καὶ φῶς, ὧν ὁμολογουμένως διὰ θατέρου τὸ ἕτερον, ἐδογμάτιζε. Τὰ αὐτὰ φημὶ καὶ εἰς τὸ κατὰ τὴν πηγὴν καὶ τοὺς ποταμοὺς παράδειγμα. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο δίρρυτον ποταμὸν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ἐκάλεσεν, ἵνα δηλώσῃ τάχα, μὴ εἶναι διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις διὰ τοῦ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὴν πηγὴν καὶ τὸν ποταμὸν παραδείγματος, ἐφ' ὧν ὁμολογουμένως ὁ ποταμὸς διὰ τῆς πηγῆς τὴν πρὸς ἄλληλα διάφορον τῶν αἰτιατῶν ὑπηνίξατο. ἀλλὰ δίδυμον μὲν ἀκτῖνα τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα ὁ Ἅγιος ἀπεκάλεσε, διὰ τὸ τῶν δύο αἰτιατῶν προσώπων ἰδιοϋπόστατον. ἐπεὶ καὶ τρισάκτινος ἡ ὅλη καλεῖται θεότης. ὥσπερ οὖν καὶ τρισήλιος διὰ τὸ τρισυπόστατον. διρρύτους δὲ ποταμοὺς τὰ αὐτὰ πρόσωπα πάλιν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐκάλεσε. καὶ μαθήσῃ τοῦτο παρακατιὼν, ἐν οἷς εὑρήσεις τὸν Ἅγιον τὴν ἀνεικόνιστον καὶ ἀκατανόητον τριάδα εἰς

eſſe tam vnigenitum Filium, quam Spiritum ſanctum. Veruntamen nullum ex his duobus exemplis aſſumptum eſt a Sancto ad refellendum, vnum ex alio non eſſe. nihil minus. Qui ita tenet, longe a veritate aberrat. Etenim ſi propterea duplicem Patris radium Filium & Spiritum ſanctum appellauit, vt id confirmaret, vnum ex alio non eſſe, nunquam locis in alijs duo hæc cauſata veluti ex ſole radium & lumen, vnum ex alio firmiter eſſe decreuiſſet, quod itidem aſſero de fonte & fluminibus exemplo. Etenim ſi propterea *bifluum flumen* Filium & Spiritum nuncupauit, vt oſtenderet, vnum ex altero non eſſe, nunquam equidem in alijs oculi, fontis, & fluuij exemplo, in quibus nemine diſcrepante fluuius per fontem, diuerſitatem inter ſe cauſatorum indicaſſet. Veruntamen Sanctus duplicem radium Filium & Spiritum appellauit propter propriam vniuſcuiuſque perſonæ cauſatæ ſubſiſtentiam, cum & triradius tota vocetur Deitas, quemadmodum ob tres perſonas triplex ſol. Biflua vero flumina eaſdem rurſus perſonas ob eandem cauſam appellauit. Et hoc ex his quæ ſequuntur addiſces, in quibus Sanctum repereris, Trinitatem, quæ neque imagine exprimi, neque intelle-

intellectu capi potest, magni fluuij effigie exprimẽtem, quam vocat, & riuum vnum tribus modis super terram compulsum. Tribus vero modis riuum super terram compulsum, vnum trifluuium fluuium appellans, a recto aberrabit. Quid porro aliud significabit fluuius trifluuius, quam tres Deitatis personas, quod & tres radij, & tres soles significabant?

μέγαν ποταμὸν εἰκονίζοντα, καὶ ῥέεθρον ἕν, ἐν τρισσοῖσι τύποισιν ἐλαυνόμενον κατὰ γαίης. ὁ γὰρ τὸ ἐν τρισσοῖσι τύποισιν ἐλαυνόμενον ῥέεθρον ἕν, τρίρρυτον ποταμὸν ὀνομάσας, οὐκ ἂν ἁμάρτῃ τοῦ δέοντος. τί δ' αὖ ἄλλο δηλώσει ποταμὸς τρίρρυτος, ἢ τὸ τῆς θεότητος τρισυπόστατον, ὅπερ ἐδήλου καὶ τὸ τρισάκτινον καὶ τρισήλιον;

Eiusdem ex Carminibus de sancta Trinitate.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐπῶν, τῶν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

XLVI. *Vnus Spiritus ex bono Deo, Deus.*

μϛʹ. Ἓν πνεῦμα ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ, Θεός.

ANIMADVERSIO.

Cum illis quæ prænotata sunt & hoc conserto, ex bono Deo.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τὸ ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ, πρὸς τὰ προσεσημειωμένα συμβίβαζε.

REFVTATIO.

Quæ supra prænotata sunt de differentia causatorum, nec oscitanter, legito.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ καὶ τὰ προσεσημειωμένα περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν αἰτιατῶν μὴ παρέτρεχε.

Ex iisdem Carminibus de Spiritu sancto.

Ἐκ τῶν περὶ Πνεύματος Ἐπῶν.

XLVII. *Ex monade trias est, & ex Triade monas rursum, uti cursus fontis ingens fluuius, vnusque riuus, qui tribus modis super terram compellitur.*

μζʹ. Ἐκ μονάδος τριάς ἐστι, καὶ ἐκ τριάδος μονὰς αὖθις. ἅτε πόρος πηγῆς ποταμὸς μέγας, ἕν τε ῥέεθρον, ἐν τρισσοῖσι τύποισιν ἐλαυνόμενον κατὰ γαίης.

ANIMADVERSIO.

Audisne ex monade triadem. Quod si ex Filio quoque Spiritus, ex binario ergo trias, non ex monade.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούεις ἐκ μονάδος τὴν τριάδα. εἰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ἐκ δυάδος ἄρα ἡ τριάς, οὐκ ἐκ μονάδος.

REFVTATIO.

Triadem ex monade, & monadem ex triade Sanctus dixit,

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τριάδα ἐκ μονάδος, καὶ ἐκ τριάδος μονάδα ὁ ἅγιος ἔφη, δηλῶν αὐ-

indi-

τὴν εἶναι μονάδα τε καὶ τριάδα. τῇ ἐπιστασίᾳ δὲ σου τὸ τὴν προσέθηκας ἄρθρον ὑποτιθέμενος τῷ ἀκροατῇ, ἀκούειν ἐκ μονάδος τὴν τριάδα εἶναι. Εἴπερ γοῦν τοῦτό σοι δοκεῖ λέγειν ὁ Ἅγιος, ὅτι ἐκ τοῦ πατρός ἐστιν ἡ τριάς. τετρὰς ἄρα ἡ θεότης ἐστὶ καὶ οὐχὶ τριάς. καὶ σκόπει λοιπὸν, ὡς κακῶς καὶ τὸ ἄρθρον προστέθεικας, καὶ τὸ ῥητὸν χεῖρον ἐσοφίσω. ἐκ μὲν γὰρ τῆς τοιαύτης προσθήκης, τετρὰς, ὡς εἴρηται, ἡ θεότης ἔσται καὶ οὐχὶ τριάς. ἐκ δὲ τοῦ λέγειν σε ὡς εἴπερ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ἐκ δυάδος ἄρα ἡ τριὰς οὐκ ἐκ μονάδος, εἰς πεντάδα τὴν θεότητα ἀπαριθμήσειεν ἄν τις.

indicans, idem eſſe monadem & triadem. in Animaduerſione vero tua articulum appoſuiſti, ſuggerens auditori audire, ex monade τὴν triadem eſſe. Si itaque id reris Sanctum dicere, ex Patre eſſe triadem, Quaternitas igitur & non trias fuerit. Tum deinceps aduertito, quam male articulum appoſueris, & dictum peius inuertiſti. Cum ex ſimili additione, quæ trias eſt diuinitas, quaternitas orietur. Ex eo porro quod aſſeris; ſi ex Filio Spiritus eſt, ergo ex binario numero trias, non autem ex monade, in quinarium numerum quiſpiam diuinitatem collocauerit.

Ῥήσεις τοῦ μεγάλου ἈΘΑΝΑΣΙΟΥ

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατ' Ἀρειανῶν πρώτου λόγου.

μη'. Πῶς γὰρ ἀληθεύσει περὶ τοῦ πατρὸς, ὁ τὸν υἱὸν ἀρνούμενος, τὸν ἀποκαλύπτοντα περὶ αὐτοῦ; ἢ πῶς περὶ τοῦ πνεύματος ὀρθὰ φρονήσει, ὁ δυσφημῶν εἰς τὸν τοῦτο χορηγοῦντα λόγον;

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσεχε πῶς καὶ ἡ τῶν θείων δογμάτων πηγὴ, ὁ τῆς ὀρθοδοξίας στῦλος, ὁ λαμπρὸς τῆς ἀλεξανδρείας, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ, τὸν υἱὸν χορηγὸν, οὐ μὴν προβολέα λέγει τοῦ πνεύματος. ἕτερον δὲ πάντως ἐστὶν ἡ χορηγία, καὶ ἕτερον ἡ προβολή.

Dicta magni ATHANASII.

Sancti Athanaſÿ,

Ex Oratione prima contra Arianos.

XLVIII. *Quomodo enim verum enunciauerit de Patre, Filium denegans, qui de ſeipſo reuelat: aut quomodo recte ſentiet de Spiritu, qui iniurius eſt in Verbum, illum ſuppeditans.*

ANIMADVERSIO.

Attende quomodo diuinorum dogmatum fons, doctrinæ rectæ ſanæque columna, præclarus Alexandriæ, imo Orbis vniuerſi lumen, Spiritum a Filio ſuppeditari, non vero produci aſſerat. Plane aliud eſt ſuppeditatio, & aliud productio.

REFVTATIO.

Didicisti ex nostris iam supra positis Refutationibus, licet suppeditatio Spiritus in nos Domini habitualem inhabitationẽ Spiritus sancti denotet: ex ipsa suppeditatione apparere, Spiritũ existere ex suppeditante illum Filio, quod non vti minister aut seruus, sed naturaliter & essẽtialiter Dominus illum suppeditat. Quod enim neque vt administer, neque vt seruus sed naturaliter ab ipso suppeditatur, manifestum est omnibus, propterea quod ab ipso existit, ab eodem suppeditari.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἔμαθες ἐν ταῖς προλαβούσαις ἡμῶν ἀντιῤῥήσεσιν, ὡς κἂν καὶ ἡ χορηγία τοῦ πνεύματος τὴν εἰς ἡμᾶς γινομένην δηλοῖ παρὰ τοῦ Κυρίου σχετικὴν τοῦ ἁγίου ἐνοίκησιν πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς χορηγίας ἀναφαίνεται, ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ χορηγοῦντος αὐτὸ υἱοῦ, διὰ τὸ μὴ λειτουργικῶς, ἀλλὰ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς παρὰ τοῦ Κυρίου χορηγεῖσθαι αὐτό. τὸ γὰρ μὴ ὑπηρετικῶς παρ' αὐτοῦ χορηγούμενον, παντί που δῆλον, ὡς παρ' αὐτοῦ ὑπάρχον κεχορήγηται παρ' αὐτοῦ.

Eiusdem ex eadem.

XLIX. *Quodsi vt ipse Dominus dixit; suus est Spiritus & ex suo accipit: eumque & ab se mitti. non igitur Verbum est, qua Verbum, & sapientia est, quod ab se dato spiritu inungitur: sed assumpta ab eodem caro ab illo inungitur.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

μθ'. Εἰ δὲ, καὶ ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος εἴρηκεν, αὐτοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λαμβάνει, αὐτὸς τε αὐτὸ ἀποστέλλει, οὐκ ἄρα ὁ λόγος ἐστὶν ἢ λόγος ἐστὶ καὶ σοφία, ὁ τῷ παρ' αὐτοῦ διδομένῳ πνεύματι χριόμενος, ἀλλ' ἡ προσληφθεῖσα παρ' αὐτοῦ σάρξ ἐστιν ἐν αὐτῷ καὶ παρ' αὐτοῦ χριομένη.

ANIMADVERSIO.

Nota hic quoque a Domino Spiritum exhiberi dici, non vero procedere. maximum vero discrimen est inter exhibitionem & processionem.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὅρα κἀνταῦθα διδόμενον παρὰ τοῦ Κυρίου λέγει τὸ πνεῦμα, οὐ μὴν ἐκπορευόμενον. πολλὴ δὲ ἡ διαφορὰ τῆς δόσεως πρὸς τὴν ἐκπόρευσιν.

REFVTATIO.

Sed aduerte, exhibitum ab exhibente, veluti ab eo existentiam habere.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ὅρα καὶ ὅτι τὸ διδόμενον ἐκ τοῦ διδόντος, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον ἐστίν.

Eiusdem ex eadem.

L. *Et homo factus dicebat;*

Τοῦ αὐτοῦ.

ν'. Καὶ ἀνθρωπος δὲ γενόμενος

Mittam

λέγων. ἀποστελῶ ὑμῖν τὸν Παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. καὶ ἔπεμψεν ἀψευδὴς ὢν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. οὗτος οὖν Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἄτρεπτος μένων. καὶ ὁ αὐτός ἐστι διδοὺς καὶ λαμβάνων. διδοὺς μὲν ὡς Θεὸς λόγος, λαμβάνων δὲ ὡς ἄνθρωπος.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Κἀνταῦθα πάλιν πέμπειν λέγεται ὁ υἱὸς τὸ πνεῦμα καὶ διδόναι, οὐ μὴν προβάλλειν καὶ ἐκπορεύειν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ κἀνταῦθα πάλιν ὡς παρὰ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχον τὸ παρ' αὐτοῦ πεμπόμενον καὶ διδόμενον νοηθήσεται πνεῦμα.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

να΄. Τί δὲ θαυμαστὸν, ἢ τί ἄπιστον, εἰ ὁ τὸ πνεῦμα διδοὺς Κύριος, λέγεται νῦν αὐτὸς τῷ πνεύματι χρίεσθαι, ὅπερ γε χρείας πάλιν ἀπαιτούσης, οὐ παρῃτήσατο διὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ εἰπεῖν ἑαυτὸν ἐλάττονα τοῦ πνεύματος. τῶν γὰρ Ἰουδαίων λεγόντων ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν αὐτὸν τὰ δαιμόνια, ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν αὐτοῖς, μετὰ τὸ ἐλέγξαι βλασφημοῦντας αὐτούς. εἰ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ἰδοὺ γὰρ ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ, ἐν πνεύματι νῦν λέγει ἑαυτὸν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰρημένον, ἢ διὰ τὴν σάρκα.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Καὶ πάλιν ἐνταῦθα δοτὴρ τοῦ πνεύ-

Mittam vobis Paracletum, Spiritum veritatis, miſitque, cum longe a mendacio ſit Dei Verbum. Quare Ieſus Chriſtus heri & hodie idem ipſe & in ſecula, immutabilis manens, & ipſe eſt, qui dat & accipit, dans vt Deus Verbum, accipiens vt homo.

ANIMADVERSIO.

Hic rurſus mitti dicitur Spiritus, exiberique, non produci, aut procedere.

REFVTATIO.

Sed hic rurſus vti a Filio exiſtens, qui ab ipſo mittitur & ſuppeditatur Spiritus intelligetur.

Eiuſdem ex eadem Orat.

LI. *Quid vero admirabile eſt aut incredibile, ſi qui Spiritum donat Filius, dicitur nunc ipſe Spiritu inungi: cum dum neceſſitas vrget, propter ſuam humanitatem non renuit dicere ſemetipſum minorem Spiritu. Nam cum Iudæi dicerent in Beelzebu eijcere illum Dæmonia, reſpondit & dixit illis, poſtquam eos blaſphemantes reprebendiſſet. Si ego in Spiritu Dei eijcio Dæmonia. Ecce enim Spiritus dator, quomodo nunc aſſerat ſemetipſum in Spiritu eijcere Dæmonia. hoc vero non alia ratione, quam carnis enunciauit.*

ANIMADVERSIO.

Et rurſus hic Filius dator Spiritus

ritus Sancti, non productor a Sancto decernitur.

REFVTATIO.

Sed rursus hic quoque Spiritus dator Filius, quod ex ipso ille existat, dicetur.

Eiusdem ex eadem Orat.

LII. *Hæc itaque Iudæis, vti homo dicebat. Veruntamen Discipulis diuinitatem, ac magnitudinem suam ostendens, non amplius semetipsum minorem Spiritu, sed maiorem, & æqualem demonstrans, exhibebat Spiritum dicebatque. Ego ipsum mitto, & ille me glorificabit, & quæcunque audiet, dicet. Quemadmodum itaque hic, dum Spiritus dator Filius est, non refugit dicere in Spiritu eijcere Dæmonia tanquam homo: pari modo idem ipse cum exhibet Spiritum non renuit dicere, Spiritus Domini super me, proptereaque vnxit me.*

ANIMADVERSIO.

Vbicunque magnum hunc Patrem deprehendis docentem Spiritus datorem esse Filium, tum reliquis illius pronunciatis effatisque conferto. Hoc enim modo Filium datorem Spiritus vocat, tanquam qui per ipsum a Patre exhibetur.

REFVTATIO.

In digestis supra Animaduersionibus studiose Auditorem

ματος ὁ υἱὸς, οὐ μὴν προβολεὺς τοῦ Ἁγίου δογματίζεται.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ καὶ πάλιν κἀνταῦθα δοτὴρ τοῦ πνεύματος ὁ υἱὸς, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν τοῦτο ῥηθήσεται.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

νβ΄. Τοιαῦτα μὲν οὖν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν ὁ Κύριος, τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ τὴν μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγεν· ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει λαλήσει, ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα, τοῦ πνεύματος δοτὴρ ὢν ὁ υἱὸς, οὐ παραιτεῖται εἰπεῖν ἐν πνεύματι ἐκβάλλειν τὰ Δαιμόνια, ὡς ἄνθρωπος· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ αὐτὸς ὢν τοῦ πνεύματος δοτὴρ, οὐ παρῃτήσατο λέγειν· πνεῦμα Κυρίου ἐπ᾽ ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πανταχοῦ ἔνθα τοῦ μεγάλου τούτου Πατρὸς ἀκούσῃς, δοτῆρα τοῦ Πνεύματος τὸν υἱὸν εἶναι διδάσκοντος, πρὸς τὰς ἄλλας τούτου διδασκαλίας καὶ ταύτας συμβίβαζε. οὕτω γὰρ δοτῆρα τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν λέγει, ὡς δι᾽ αὐτοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς διδομένου τοῦ πνεύματος.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐν μὲν ταῖς ἤδη προηγησαμέναις ἐπιστασίαις, οὐκ ἄκνως ἀξιοῦμεν τὸν ἀ-

adhor-

κρατεῖν κατανοεῖν, ὅπως ὁ Ἅγιος δοτῆρα τοῦ πνεύματος, οὐ μὴν προβολέα καλεῖ τὸν υἱόν. ἔνθα δὲ κατανοήσας δεικνύντα τὸν Ἅγιον περιφανῶς τὴν αἰτίαν καθ' ἣν δοτὴρ τοῦ πνεύματός ἐστιν ὁ υἱός, ἐκεῖσε τὸ τὴν τοιαύτην δηλοῦν ἔννοιαν ῥητὸν, οὐδεμιᾶς ἠξίωσας τῆς ἐπιστασίας. ἐγὼ δὲ τῇ τοιαύτῃ ῥήσει ἐπιστήσας, φημὶ, ὡς ὁ μέγιστος Ἀθανάσιος λέγων, ὅτι ὁ Κύριος οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα, καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγεν, ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, δεδήλωκε περιφανῶς, ὡς δι' οὐδὲν ἄλλο δοτήρ ἐστι τοῦ πνεύματος ὁ Σωτὴρ, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν αὐτό. κατά τι γὰρ αὖ ἄλλο καὶ ῥηθείη τοῦ πνεύματος μείζων ὁ Κύριος, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν αὐτό; καὶ ἡ γραφική μοι μαρτυρία ἐγγύς. συστήσει γάρ μοι τὸν λόγον, ὁ ἐν ἁγίοις δογματικώτατος, καὶ τὰ θεῖα πολὺς Ἀναστάσιος, λέγων οὕτω, καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ὅρα ὅπως ὁ ἅγιος οὗτος, τὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου διερμηνεύει ῥητόν, ὅπερ γὰρ ὁ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ Ἀθανάσιος ἐδήλου λέγων, ὅτι ὁ Κύριος μείζονα δεικνὺς ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος, ἐδίδου αὐτό, τοῦτο καθαρώτερον διεσάφησεν οὗτος, ἐ-

adhortabaris, vt animaduerteret, quomodo Sanctus datorem Spiritus Filium, non productorem nuncuparet. Vbi vero deprehendiſti Sanctum palam oſtendere cauſam, ob quam dator Spiritus Filius eſt, ibi hanc præſeferens ſententiam dictum, nulla Animaduerſione dignum eſſe reputaſti. Ego vero ſimili dicto mentem applicans, aio, maximum Athanaſium, cum aſſerit, Dominum *non amplius ſemetipſum minorem Spiritu, ſed maiorem & æqualem eſſe demonſtrantem, exhibere Spiritum, & dicere, ego illum mitto*, palam commonſtraſſe, ob nullam aliam cauſam datorem eſſe Spiritus Seruatorem, quam quod ille ex ipſo exiſtat. Ob quam enim aliam rationem Dominus Spiritu maior dicetur, niſi quia ille ex ipſo exiſtit? Prope eſt de hoc ſcripto traditum teſtimonium. Nanque ſermonem hunc meum confirmabit, in dogmatibus decernendis quam optimus, & rebus diuinis exponendis præcellentiſſimus Anaſtaſius, cum dicit; *Sic itaque Dominus ex ſemetipſo Spiritum exiſtere commonſtrans, inſuflans Diſcipulis dicebat; Accipite Spiritum ſanctum*. Et conſidera quomodo hic Sanctus Athanaſij dictum interpretatur. Quod enim terrarum Orbis lumen Athanaſius innuens dicebat. *Dominus*

minus maiorem semetipsum Spiritu ostendens, dabat illum, hic apertius interpretatus, hac explanatione sua Orationem digessit: *Sic itaque Dominus ex semetipso ostendens Spiritum existere, insufflans Discipulis dicebat; Accipite Spiritum sanctum.*

ἑρμηνευτικῶς τὸν λόγον παραγαγών, ἐν τῷ εἰπεῖν, καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον.

Ex eadem Oratione.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

LIII. *Per quem vero & a quo Spiritus dandus erat, nisi per Filium, cuius & Spiritus est?*

νγʹ. Διὰ τίνος δὲ, καὶ παρὰ τίνος ἔδει τὸ πνεῦμα δίδοσθαι, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ, οὗ καὶ τὸ πνεῦμα ἐστιν;

ANIMADVERSIO.

Diligenter animaduertito, quid notet illud, Spiritum dari per Filium, & a quo dari colligatur, quod a Filio datur.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπίστησον ἀκριβῶς, τί δηλοῖ τὸ, διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα δίδοσθαι. καὶ παρὰ τίνος συνάγεται δίδοσθαι τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ διδόμενον.

REFVTATIO.

Tu quidem in hac Animaduersione per quem & a quo differre insinuas. Sed ego de Filio vtrunque dici contendo, cum manifeste Sanctus inculcet nihil differre, siue dixeris per Filium, siue ex Filio Spiritum sanctum.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Σὺ μὲν ἐν τῇ παρούσῃ ἐπιστασίᾳ διαιρεῖσθαι ἐμφαίνεις, τὸ διὰ τίνος, καὶ παρὰ τίνος. ἐγὼ δὲ καὶ ἀμφότερα εἰς τὸν υἱὸν φημὶ ἐκλαμβάνεσθαι, τοῦ ἁγίου δηλοῦντος, μηδὲν τι διαφέρειν διὰ τοῦ υἱοῦ λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Eiusdem ex Oratione tertia contra Arianos.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ τρίτου τῶν κατὰ Ἀρειανῶν.

LIV. *Itaque cum Saluator de nobis dicat; Quemadmodum tu Pater in me, ita & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, non eandem cum illo identitatem nos habituros significauit: ostensum est enim illud satis claro Ionæ exemplo, sed quod intercessu gratiæ & dignitatis acceptæ patri conciliemur, sic Ioannes inquit, vt Spiritum per eum credentibus largiatur*

νδʹ. Οὐκοῦν ὁ Σωτὴρ λέγων περὶ ἡμῶν τὸ, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί. ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, οὐ τὴν ταυτότητα ἡμᾶς μέλλοντας αὐτοῦ ἔχειν, σημαίνει. ἐδείχθη γὰρ ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωνᾶν παραδείγματος καὶ τοῦτο, ἀλλ' ἀξιοῖ· ὅτι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ὡς Ἰωάννης ἔγραψεν,

ἵνα τὸ πνεῦμα χαρίσηται δι' αὐτοῦ, τοῖς πιστεύουσι, δι' οὗ καὶ δοκοῦμεν ἐν τῷ Θεῷ γίνεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτο συνάπτεσθαι ἐν αὐτῷ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ λόγος ἐστὶν ἐν τῷ πατρὶ, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ λόγου δίδοται, θέλει λαβεῖν ἡμᾶς τὸ πνεῦμα.

giatur, per quem videmur in Deo exiſtere, eaque ratione in illo coaptari. Nam quoniam Verbum eſt in Patre, & Spiritus a Verbo donatur, ideo voluntas eius eſt, vt nos accipiamus Spiritum.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τὸ αὐτὸ κἀκ τῆς ἐν τῇ παρούσῃ περικοπῇ θαυμασίας πλοκῆς, καὶ τοῦ οἷον συλλογισμοῦ ἀναφαίνεται. εἰ καὶ μὴ διὰ τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐκ τοῦ λόγου εἶπεν ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα δίδοσθαι.

ANIMADVERSIO.

Hoc idem ex admirabili, quæ in iſta pericope continetur implicatione, & tantumnon ſyllogiſmo apparet, licet non per Verbum, ſed a Verbo Spiritum exhiberi dixerat.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐ πάνυ σου ἡ ἐνταῦθα ἐπιστασία, δυσαπολόγητος. ἐκ γὰρ τῆς ἐν τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ θαυμασίας πλοκῆς καὶ τοῦ, οἷον, ἵνα κατὰ σὲ εἴποιμι, συλλογισμοῦ, οὐ τὸ αὐτὸ τοῖς προειληφθεῖσιν, ὡς σὺ φῂς, ἀναφαίνεται. ἀλλ' ἐκεῖνα ἅπερ ὡς προϊόντες εἰσόμεθα ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ ὁ ἅγιος ἐρεῖ, ἐν οἷς αὐτὸν εὑρήσομεν λέγοντα, ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ λόγου τοῦ ἐκ πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται.

REFVTATIO.

Animaduerſio tua, quam hic complicas, non ita facile reſponſionem admittit. Nanque ex admirabili implicatione & tantumnon ſyllogiſmo in iam allata pericope, vt tecum loquar, contentis, non idem cum ſupra poſitis exprimit, ſed ea ipſa, quæ progreſſu Orationis in Epiſtola ad Serapionem Sanctus dicet, deprehendemus, in quibus eum aperte dicentem reperiemus, *Ex Patre Spiritum procedere, cum a verbo quod ex Patre aſſeritur, eluceat, & mittatur, & detur.*

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν πρὸς Μελίτιον καὶ Εὐσέβιον τὸν Σαμοσατέα ἐλέγχου.

νέ. Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ,

Eiuſdem ex Refutatione hypocriſeos Meletij, & Euſebij Samoſateni.

LV. *Erat vero impoſſibile in Trinitatis gloria Spiritum glorificari, niſi ex Deo per Filium progrederetur, ſed æqua atque*

alia creatura ex Deo productus fuisset, vt asserunt.

ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσιν.

ANIMADVERSIO.

Attende diligenter & scriptum Patris examina: statim enim atque progressionem Spiritus insinuat, illico ex Patre eam decernit. Hoc enim prorsus innuit, ex Deo per Filium.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσεχε ἀκριβῶς τῇ τοῦ Ἁγίου γραφῇ, πῶς ἔνθα πρόοδον λέγει τοῦ πνεύματος, εὐθὺς ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὴν δογματίζει. τοῦτο γὰρ πάντως δηλοῖ τὸ, ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ.

REFVTATIO.

Fausta tibi obueniant, mi homo, quod ex Deo per Filium Spiritus progressionem fateris, nec multo post deprehenderis confiteri præpositionum *Ex* & *Per* de Filio vires æquales. & sic non multum abes ab ijs, qui ex vtroque Spiritum esse decernunt.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εὖ σοι γένοιτο ἄνθρωπε, ὅτι ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ τὴν τοῦ πνεύματος πρόοδον ὡμολόγησας. ὅσον γὰρ οὔπω ἁλώσῃ ὁμολογήσας, καὶ τὸ τῆς ἐξ καὶ διὰ ἰσοδυναμεῖν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ οὐ πόρρω λοιπὸν εἶ τῶν λεγόντων, ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Eiusdem ex Epistola ad Serapionem.

LVI. *Male itaque sentientes de Spiritu sancto, haud recte de Filio sentiunt. Etenim si recte de Filio sentirent, sane vtique recteque de Spiritu sentirent, qui ex Patre procedit, & Filij cum proprius sit, ab eodem datur Discipulis, & vniuersis in illum credentibus.*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς Σεραπίωνα Ἐπιστολῆς.

νϛʹ. Οὐκοῦν κακῶς φρονοῦντες περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐδὲ περὶ τοῦ υἱοῦ καλῶς φρονοῦσιν. εἰ γὰρ ἐφρόνουν ὀρθῶς περὶ τοῦ λόγου, ἐφρόνουν ὑγιῶς καὶ περὶ τοῦ πνεύματος. ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τοῦ υἱοῦ ἴδιον ὂν παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῖς μαθηταῖς καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν.

ANIMADVERSIO.

Animaduertito diligenter hanc pericopem, & exquisitum Sancti acumen admirare; dum enim processionis Spiritus sancti & dationis mentionem inducit, huius quidem processionem Patri, dationem Filio attribuit.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπίστησον ἀκριβῶς τῇ περικοπῇ ταύτῃ. καὶ θαύμασον τὴν τοῦ Ἁγίου ἀκρίβειαν, πῶς ἐκπορεύσεως μνησθεὶς τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ δόσεως, τὴν μὲν ἐκπόρευσιν τούτου, τῷ πατρὶ ἀπένειμε, τὴν δὲ δόσιν τῷ υἱῷ.

Tu.

REFVTATIO.

Σὺ μὲν καὶ πάλιν τὴν ἐκπόρευσιν καὶ δόσιν διαιρεῖς. ἐγὼ δὲ τὸν ἀκροατὴν ὑπομνήσω, ὡς τὸ διδόμενον παρὰ υἱοῦ πνεῦμα, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον, ἔστι διδόμενον παρ' αὐτοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς.

νζ. Εἴπατε γοῦν, εἴπου τῆς θείας γραφῆς εὑρίσκεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰρημένον ἁπλῶς πνεῦμα, χωρὶς προσθήκης τοῦ λέγεσθαι, ἢ τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ πατρὸς, ἢ ὅτι ἐμοῦ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ υἱοῦ, ἢ παρ' ἐμοῦ, ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἢ μετὰ τοῦ ἄρθρου. ἵνα μὴ ἁπλῶς λέγηται πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἢ αὐτὸ τοῦτο πνεῦμα ἅγιον, ἢ παράκλητον, ἢ ἀληθείας, ὅ ἐστι τοῦ υἱοῦ τοῦ λέγοντος, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. ἵνα ἀκούοντες ἁπλῶς πνεῦμα, ὑπονοήσητε εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐμβαθῦνον τῇ τοιαύτῃ τοῦ Ἁγίου συγγραφῇ, πῶς τὴν παρὰ πρόθεσιν εἰς τὴν τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν μόνῳ τῷ πατρὶ ἀφορίζει.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τὴν μὲν παρὰ πρόθεσιν εἰς τὴν τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν ἐκλαμβάνων, καλῶς τῇ τοῦ Ἁγίου συγγραφῇ ἐμβαθύνεις, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ ἀφορίζων αὐτὴν, πολὺ τῆς ἀληθοῦς διανοίας ἀφέστηκας. πολλῶν γὰρ χρήσεων

ANTIPPHΣIΣ.

Tu rurſus inter proceſſionem & dationem diſcrimina comminiſceris. Verum ego in memoriam Auditoris reuocauero, qui datur a Filio Spiritus, eum tanquam ex ipſo exiſtentem alijs exhiberi.

Eiuſdem ex eadem Epiſtola.

LVII. *Dicite igitur, ſi in aliquo diuinæ ſcripturæ loco reperitur Spiritus ſanctus ſimplici nomine Spiritus vocatus abſque adiectione, Dei ſcilicet, ſiue Patris, aut mei ipſius Chriſti & Filij, aut ex meo, quod eſt a Deo: aut cum articulo, ne ſimpliciter Spiritus nuncuparetur, ſed hic Spiritus, aut Spiritus ſanctus, aut Paracletus, aut veritatis, quod eſt Filij, qui dicit, Ego ſum veritas, vt audientes ſimpliciter prolatum Spiritum intelligeretis, eſſe Spiritum ſanctum.*

ANIMADVERSIO.

Figito altius mentem allato Athanaſij ſcripto ex illum præpoſitionem in Spiritus exiſtentia ſoli Patri attribuere.

REFVTATIO.

Præpoſitionem *Ex* de Spiritus exiſtentia accipiens tu recte in ſancti Patris ſcriptum allatum mentem figis: Veruntamen ſoli Patri illam attribuens, maximum in modum a vera illius intelligentia aberras, Nanque, cum multæ ſcripto traditæ auctoritates ex Patre & Filio Spiritum

esse stabiliant, nescio an vlla alia, quæ ex vtroque apertius comprobet, assignari poterit. Cum enim in iam positis Sanctus ostendere sibi proposuerit, vbicunque Spiritus cum additione pronunciatus reperitur, nempe Dei, siue Patris, siue Christi, siue Filij, ipsum insinuare Spiritum, ex Triade vnum, ipsiusque Triadis completiuum, inter alia quibus adiectio id indicat, superaddit & illud, veluti a Filio dictum, aut a me ipso, quod a Deo est; idque asserens, ex vtroque Spiritum esse commonstrauit, modumque quo ex vtroque est. Cum etiam asserat veluti ex Filio dici tanquam ex meipso, quod est a Deo, in duorum horum nominum complicatione illud ex vtroque explicuit. Sic prius mentionem Filij inducens, illicoque adnectens, quod est a Deo, demonstrauit, veluti ex vno Patre & Filio, non veluti ex duabus causis & principijs Spiritum sanctum esse: qua enim ratione duæ esse Spiritus sancti causæ poterunt Pater & Filius, cum Filius dicat, Spiritus ex me, quod est ex Deo, tantumque non inclamante, licet ex me Spiritus est, verum in Patrem primariam & absque principio causam, vnde & ego quod sim habeo, refertur. Quemadmodum enim in alijs dixi, quidquid a Filio

γραφικῶν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ δηλουσῶν εἶναι τὸ πνεῦμα, οὐκ οἶδα εἴ τις ἑτέρα τῆς χρήσεως ταύτης ἐκδηλότερον δηλώσει τὸ ἐξ ἀμφοῖν. ἐν γὰρ τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν ὁ ἅγιος θέλων παραστῆσαι, ὡς ὅπου ἂν εὑρίσκηται τὸ πνεῦμα εἰρημένον μετὰ προσθήκης· τυχὸν τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τοῦ υἱοῦ, αὐτὸ δηλοῖ τὸ πνεῦμα τὸ τῆς τριάδος ἓν καὶ συμπληρωτικὸν τῆς τριάδος, πρὸς τοῖς ἄλλοις ὧν ἡ προσθήκη τοῦτο δηλοῖ, προστίθησι. καὶ τὸ ὡς ἀπὸ τοῦ υἱοῦ εἰρημένον τὸ, ἢ παρ' ἐμοῦ, ὃ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ. καὶ τοῦτο εἰπὼν ὁ ἅγιος, ὅτι τε ἐξ ἀμφοῖν τὸ πνεῦμα ἐνέφηνε, καὶ ὅπως ἐξ ἀμφοῖν. ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὡς ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τὸ παρ' ἐμοῦ, ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ. ἐν μὲν τῇ τῶν δύο ὀνομάτων ἐπιπλοκῇ ἐνέφηνε τὸ ἐξ ἀμφοῖν. ἐν δὲ τῷ μνησθῆναι πρότερον τοῦ υἱοῦ, καὶ συντόμως ἐπαγαγεῖν, ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐνέφηνε τὸ ὡς παρ' ἑνὸς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρὸς, οὐ μὴν ὡς παρὰ δύο αἰτίων καὶ ἀρχῶν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πῶς γὰρ ἂν εἶεν δύο τοῦ πνεύματος αἴτια πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, τοῦ υἱοῦ λέγοντος, τὸ πνεῦμα παρ' ἐμοῦ, ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μόνον οὐχὶ βοῶντος, ὡς εἰ καὶ παρ' ἐμοῦ τὸ πνεῦμα ἐστιν, ἀλλ' εἰς τὸν πατέρα τὴν προτέραν καὶ ἄναρχον αἰτίαν ἐστὶν ἀναγόμενον, ὅθεν καὶ ἐμοὶ τὸ εἶναι ἐστιν. ὡς γὰρ καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκειμεν, ἔτι παρὰ υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ, καὶ δι' υἱοῦ λέγεται εἶναι,

εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον, ὡς ἐξ ἑνός ἐστιν. Οὐκ ὀλίγα δὲ πρὸς τοῦτο συμβάλλεται, καὶ τὸ παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ Ὁμιλίᾳ ῥηθὲν τῶν αὐτοῦ Ἠθικῶν, ἐν οἷς ἔφη, οὐκ ἀλλότριον τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἀρρήτου στόματος ἀρρήτως πεφηνὸς, ἀλλὰ Θεοῦ πνεῦμα καὶ παρὰ Θεῷ, ἀποστελλόμενον παρὰ Θεοῦ, καὶ δι' υἱοῦ χορηγούμενον, ὡς λέγεται μὲν ἐκ τοῦ πατρικοῦ προσώπου, τὸ πνεῦμα τὸ ἐμὸν, ὅ ἐστιν ἐπὶ σοί. λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ὅτι, Παράκλητον πέμψω ὑμῖν, ὅντινα καὶ καλεῖ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Εἰ γοῦν ὁ μὲν μέγας Βασίλειος διατρανοῖ, ἐκ τοῦ πατρικοῦ προσώπου λέγεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἐμὸν, ὅ ἐστιν ἐπὶ σοί, ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος ὡς ἀπὸ τοῦ υἱοῦ λέγει τὸ πνεῦμα παρ' ἐμοῦ, ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, πῶς οὐ περιδήλως ἐντεῦθεν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναφαίνεται, καὶ οὐχ ὡς ἐκ δύο αἰτίων, καὶ ἀρχῶν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνός; ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος τοῖς μεγάλοις τούτοις πατράσιν, εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν συγκροτήσει ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Νῦν μὲν ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ λέγων· ὥσπερ γάρ ἐστιν ἴδιον πνεῦμα τοῦ υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν, οὕτω καὶ τοῦ πατρὸς. οἷς δὲ τὸ πνεῦμα κοινὸν, τούτοις

a Filio & ex Filio, & per Filium esse dicitur, in Patrem refertur. Proptereaque qui ex Patre, per Filium, & ex vtroque existit, veluti ex vno est. Nec parum ad id idem conducit, quod etiam a magno Basilio in Quadragesima Homilia Moralium dicitur cum scribit; *Non alienus, est a gloria Patris Dei Spiritus ex ineffabili ore, ineffabiliter apparens; sed Dei Spiritus, & apud Deum, & a Deo missus, & per Filium suppeditatus, vt dicitur a paterna persona, spiritus meus, qui est in te. Dicitur quoque a Christo, Paracletum mittam vobis, quem & vocat Spiritum veritatis.* Si igitur magnus Basilius aperte exponit, ex persona Patris dici, Spiritus meus, qui est in te: & magnus Athanasius, vti ex Filio dicit Spiritum, ex me, quod est ex Deo, quomodo hic non apertissime ostenditur inde colligi, ex Patre & Filio esse Spiritum, & non tanquam ex duabus causis & principijs, sed tanquam ex vno? Sed & sanctus Cyrillus cum magnis hisce Patribus in eadem sententia concordabit in interpretatione Euangelij secundum Ioannem, nunc quidem veluti ex seipso dicens; *Quemadmodum enim proprius est Spiritus Filij, naturaliter in ipso existens, & per ipsum progrediens, ita & Patris. Quibus vero Spiritus communis*

munis est, illis prorsus fuerint, & quæ essentiæ sunt, non separata: nunc vero, vti a Filio ad Discipulos, *Meus enim Spiritus, qui operatur in vobis. Quemadmodum enim meus ita & Dei & Patris est.*

Ex eadem Epistola.

LVIII. *Neque enim Angelum vna cum diuinitate collocabat, neque in creatura sibimet ipsi & Patri nos coniungebat, sed in Spiritu sancto, quem ipse promittens, non dixit Angelum mittere, sed Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, & ex Filio accipit & datur.*

ANIMADVERSIO.

Hoc quoque cum iam dictis concordat, a Patre quidem Spiritum procedere, ex Filio vero accipere, & dari Sanctus edocet.

REFVTATIO.

Vere quidem a Patre procedere Spiritum, a Filio vero accipere Sanctus docet. Considera porro tu ex his Euangelicis dictis vere ostendi, Spiritum sanctum ex vtroque esse. quod cum hic insinuare vellet Sanctus, hæc Euangelica dicta inter sese complicauit. Quicunque enim ex Patribus, Spiritum ex Patre & Filio esse commonstrare voluerit, non alijs quam hisce Euangelicis testi-

ἐπεὶ δήπου πάντως αὖ καὶ τὰ οὐσίας συνδιωρισμένα. νῦν δὲ λέγων ὡς ἀπὸ τοῦ υἱοῦ πρὸς τοὺς μαθητάς. ἐμὸν γὰρ πνεῦμα, τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν, ὥσπερ δὲ ἐμὸν, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

νή. Οὐ γὰρ ἄγγελον συνέταττε τῇ θεότητι, οὐδὲ ἐν κτίσματι συνῆπτεν ἡμᾶς ἑαυτῷ καὶ τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὅπερ αὐτὸς ἐπαγγελλόμενος, οὐκ εἴρηκεν ἄγγελον ἀποστέλλειν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, καὶ δίδοται.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Καὶ τοῦτο τοῖς προειρημένοις ἀκόλουθον, παρὰ μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ λαμβάνειν, καὶ δίδοσθαι, διδάσκει ὁ Ἅγιος.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς παρὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ λαμβάνειν διδάσκει ὁ Ἅγιος. σκόπει δὲ καὶ ὅτι ἀληθῶς ἐκ τῶν Εὐαγγελικῶν τούτων ῥήσεων δείκνυται, τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅπερ καὶ δηλῶσαι βουλόμενος ἐνταῦθα ὁ Ἅγιος, ἀλλήλαις τὰς εὐαγγελικὰς ταύτας προσέπλεξε ῥήσεις. ὅστις γὰρ αὖ τῶν Ἁγίων θελήσειε θεολογῶν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ δηλῶσαι εἶναι τὸ πνεῦμα, δηλοῖ τοῦτο μάρτυσι ταῖς Εὐαγγελικαῖς ταύταις φωναῖς χρώμενος.

monijs

καὶ συνίστησί μοι τὸν λόγον, ὁ πολὺς τὰ θεῖα Ἐπιφάνιος, ἐν οἷς λέγει, Ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστός. ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ, οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. τέλος ὁ τοῖς παροῦσιν ἐντυγχάνων ἐπιστησάτω, πῶς ὁ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς Καρδηναλίους διαλέξεσιν ἐνστατικῶς πάνυ λέγων, ὅτι τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται πρὸς τὸ πατρικὸν ἔχει πρόσωπον τὴν ἀναφορὰν, καὶ οὐχὶ ἑαυτὸν παραδεικνύει, ὁ τὴν λέξιν ταύτην εἰπὼν, ἐνταῦθα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν τὸ πνεῦμα ὁμολογεῖ. καὶ γνῶθι, μὴ ἀλήθειαν αὐτὸν ἐκζητεῖν, ἀλλὰ πεισμονὴν συνιστᾶν.

monijs vſus demonſtrauerit. Et ſermonem hunc meum in rebus diuinis pertractandis eximius Epiphanius comprobauerit, cum ſcribit, *Vtraque in homine iuſto habitant Chriſtus & Spiritus ipſius. Quod ſi Chriſtus ex Patre creditur eſſe, Deus ex Deo, & Spiritus ex Chriſto, ſiue ex vtroque, vt Chriſtus inſinuat, qui a Patre procedit, & hic de meo accipiet.* Tandem qui hæc percurris animum aduertito, eũ qui cum Cardinalibus inſtanter nimis contendens, illud, ex meo accipiet, ad Patris perſonam relationem habere, & non ad ſemetipſum oſtẽdere; dictiones ſimiles pronunciat, hic ex Filio Spiritum accipere fateri; agnoſcitoque eum non veritatem exquirere, ſed contentionem propagare.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

νθʹ. Ἡ γὰρ ἁγία καὶ μακαρία τριὰς, ἀδιαίρετος καὶ ἡνωμένη πρὸς ἑαυτήν ἐστι, καὶ λεγομένου τοῦ πατρὸς, πρόσεστι καὶ ὁ τούτου λόγος, καὶ τὸ ἐν τῷ υἱῷ πνεῦμα. ἐὰν δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὀνομάζηται, ἐν τῷ υἱῷ ἐστὶν ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τοῦ λόγου. μία γὰρ ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς χάρις δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι ἁγίῳ πληρουμένη.

Eiuſdem ex eadem.

LIX. *Sancta enim & beata Trinitas indiuiſa, & in ſemetipſa coniuncta eſt, & cum enunciatur Pater, adeſt etiam illius Verbum, & qui in Filio eſt Spiritus. Cum vero nominatur Filius, in Filio Pater eſt, & Spiritus extra Verbum non eſt. Vna ſiquidem eſt Patris gratia, quæ per Filium in Spiritu ſancto completur.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὅρα, πῶς τὸ ἐν τῷ υἱῷ λέγει πνεῦμα, οὐ μὴν τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ.

ANIMADVERSIO.

Aduertito hic dici, in Filio Spiritum, non autem ex Filio.

In

REFVTATIO.

In iam posita pericope Spiritum in Filio, non autem ex Filio dici Spiritum Animaduersione tua notas, quæ vero in ea est admirabilis complexio, & tantum non, vt tuis vtar verbis, syllogismus, apparere per Filium Spiritum Patri cõiunctum, tanquam qui per Filium ex Patre existit, vnde & beatæ Trinitatis naturam indiuisam Sanctus colligit, tanquam nulla animaduersione digna præteris.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὅτι μὲν ἐν τῷ υἱῷ, οὐ μὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ λέγει ὁ Ἅγιος τὸ πνεῦμα, ἐπιστασίας ἀξιοῖς, ὅτι δὲ ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ θαυμασίας πλοκῆς, καὶ τοῦ, οἷον κατὰ σὲ πάλιν εἰπεῖν συλλογισμοῦ, ἀναφαίνεται διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα συναπτόμενον τῷ πατρὶ, ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχον ἐκ τοῦ πατρὸς, ὁπόθεν καὶ τὸ τῆς μακαρίας Τριάδος ἀδιαίρετον ὁ Ἅγιος εἶναι δεδήλωκε, τοῦτο οὐδεμιᾶς ἐπιστασίας ἀξιοῖς.

Ex eadem Epistola.

LX. *Quemadmodum enim Filius, qui in Patre est, & in quo Pater est, non est creatura, sed paternæ essentiæ proprius, hoc enim vos quoq; affirmare dissimulatis; pari modo & Spiritus, qui in Filio est, & in quo Filius est, non est fas cum creaturis collocari.*

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

ξʹ. Ὥσπερ γὰρ ὁ υἱὸς, ὁ ἐν τῷ πατρὶ ὢν, ἐν ᾧ καὶ ὁ πατήρ ἐστιν, οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ' ἴδιος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. τοῦτο γὰρ καὶ ὑμεῖς προσποιεῖσθε λέγειν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῷ υἱῷ, ἐν ᾧ καὶ ὁ υἱός ἐστιν, οὐ θέμις τοῖς κτίσμασι συντάσσειν.

ANIMADVERSIO.

Prudenter hanc pericopem considerato, verborũ enim ansam tibi Sanctus exhibere nolens cũ scribit Spiritum etiam in Filio esse, per ipsum, & ex ipso esse dicendi, subiunxit etiam de Filio, in quo est, in Spiritu nempe, nihil aliud ibidem ostendens nisi essentiam, naturamque indiuisam. Hoc enim ipsum & de Patre & Filio antea insinuauerat.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Συνετῶς ἐπίστησον τῇ περικοπῇ ταύτῃ, ἵνα γὰρ μὴ λόγων λαβὰς ὁ Ἅγιος δώσῃ σοι εἰπὼν, τὸ πνεῦμα καὶ ἐν τῷ υἱῷ εἶναι, ὡς διὰ τοῦτο καὶ ἐξ αὐτοῦ εἶναι λέγειν σε, ἐπήγαγε καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ, ἐν ᾧ ἐστιν, ἤγουν ἐν τῷ πνεύματι, οὐδὲν ἕτερον ἐντεῦθεν δεικνὺς, ἢ τὸ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ἀδιαίρετον. τὸ αὐτὸ γὰρ καὶ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ εἴρηκεν,

REFVTATIO.

Mutuam inter se hyposta-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὅτι μὲν τὴν ἐν ἀλλήλαις τῶν ὑποσ-

seon

-στάσεων περιχώρησιν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀδιαίρετον τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ὁ Ἅγιος παραδεδήλωκεν ἀπὸ τῶν ἐμπεριειλημμένων τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ πρόδηλόν ἐστιν. οὐ μὴν δὲ τὰ ῥηθέντα ὁ Ἅγιος εἶπεν, ἵνα, ὡς σὺ φῄς, μή τις οἰήσηται, ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα διὰ τὸ ἐν τῷ υἱῷ εἶναι αὐτό, οἱ γὰρ ἐκ τοῦ υἱοῦ δεικνύντες ὑπάρχειν αὐτὸ λόγοι, οὐκ εἰς τὴν ἐκ περιεστήζαν πρόθεσιν, ἀλλ' ἐκεῖθεν τὴν ἰσχὺν ἔχουσιν, ὅθεν πολλάκις καθαρῶς ἀπεδείξαμεν.

ſeon circummigrationem, & quod inde ſequitur indiuiſum eſſentiæ ac naturæ Sanctum indicaſſe ex ijs, quæ in dicta pericope continentur, manifeſtum eſt. Veruntamen non eo quo tu dicis ſcopo dicta enunciauit, ne quis ſuſpicaretur ex Filio eſſe Spiritum, quod in Filio Spiritus eſſet. Quæ enim ex Filio Spiritum eſſe rationes demonſtrant, non in præpoſitione *Ex* ſubſiſtunt, ſed inde robur accipiunt, vnde nos palam aperteque ſæpius demonſtrauimus.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς.

ξά. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀεὶ τὸ αὐτό ἐστιν, οὐ γὰρ τῶν μετεχόντων ἐστίν, ἀλλ' αὐτοῦ τὰ πάντα μετέχει. εἰ δὲ τοῦτο μέν, ἀεὶ τὸ αὐτό ἐστι καὶ μεθεκτόν, τὰ δὲ κτίσματα μετέχοντά ἐστιν αὐτοῦ, οὐκ ἂν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔτε ἄγγελος, οὔτε λόγος, ἀλλ' ἴδιον τοῦ λόγου, παρ' οὗ διδόμενον μετέχεται παρὰ τῶν κτισμάτων.

Eiuſdem ex eadem.

LXI. *Spiritus ſanctus ſemper idem eſt: neque enim eſt ex participantibus, ſed illius vniuerſa participant. Quodſi is ſemper idem eſt, & participatũ, creaturæ vero illius participant, nõ erit Spiritus ſanctus, neque Angelus, neq; Verbum, ſed proprius Verbi, a quo datus a creaturis participatur.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσχες τῇ θαυμαστῇ τοῦ Ἁγίου ἀκριβείᾳ, πῶς ἔνθα τὴν παρὰ πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τέθεικε, διδόμενον εἶπε τὸ πνεῦμα.

ANIMADVERSIO.

Attendito admirabilem exquiſitamque huiuſce Sancti in hac re exprimenda diligentiam. Vbi enim præpoſitionem Ex *appoſuit, dari Spiritum dixit.*

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἡ θαυμαστὴ τοῦ Ἁγίου ἀκρίβεια, εἰδέναι σε θέλει, ὡς τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ διδόμενον πνεῦμα, ὡς παρὰ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχον δίδοται παρ' αὐτοῦ.

REFVTATIO.

Admirabilis atque accurata Sancti in re exprimenda diligentia, id a te non ignorari vult, Spiritum, qui a Filio datur, veluti ex Filio exiſtẽtem exhiberi.

Ex eadem.

LXII. *Quae enim Spiritus vnicuique distribuit, ea a Patre per Filium suppeditantur: omnia siquidem Patris Filij sunt. Quare & quae a Filio in Spiritu donantur, Patris sunt munera. Et Spiritus cum est in nobis, & Verbum illum exhibens in nobis, in Verbo autem Pater est.*

ANIMADVERSIO.

Attendito Spiritus munera a Patre per Filium suppeditari.

REFVTATIO.

Si cum veritate attendere vis, o Auditor, qua ratione Spiritus munera a Patre per Filium Sanctus hic doceat suppeditari, attendendum est, quomodo a Spiritu singulis munera distributa, a Patre per Filium suppeditantur. Etenim si a Patre per Verbum munera suppeditata intellexeris, tanquam qui ea suppeditans Spiritus, a Patre per Filium sit, bene quidem ac prudenter veram Sancti sententiam assecutus es. Quod si praeter hanc rationem aliter intellexeris, a Patre per Filium Spiritus munera suppeditari, & vtrunque Patrem nempe & Filium, spiritalium munerum suppeditationis ministros apprehendes: nanque prorsus necessario, ea ipsa ratione qua suppeditantur a Patre, eadem, per Filium

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

ξβʹ. Ἃ γὰρ τὸ πνεῦμα ἑκάστῳ διαιρεῖ, ταῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ λόγου χορηγεῖται. πάντα γὰρ τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστι. διὸ καὶ τὰ παρὰ τοῦ υἱοῦ ἐν πνεύματι διδόμενα, τοῦ πατρός ἐστι χαρίσματα, καὶ τοῦ πνεύματος δὲ ὄντος ἐν ἡμῖν, καὶ ὁ λόγος ὁ τοῦτο διδοὺς ἔστιν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ λόγῳ δέ ἐστιν ὁ πατήρ.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσχες πῶς τὰς τοῦ πνεύματος δωρεὰς, παρὰ τοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ λέγει χορηγεῖσθαι.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐὰν ἀληθείᾳ προσέχειν ἐθέλῃς ἀκροατὰ, πῶς τὰς τοῦ πνεύματος δωρεὰς παρὰ τοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ λέγει ὁ ἅγιος χορηγεῖσθαι, δεῖ σε προσέχειν, πῶς τὰ διαιρούμενα παρὰ τοῦ Πνεύματος ἑκάστῳ χαρίσματα, παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ λόγου εἰσὶ χορηγούμενα. Εἰ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ λόγου νοήσῃς τὰ χαρίσματα χορηγούμενα, ὡς τοῦ χορηγοῦντος αὐτὰ πνεύματος παρὰ πατρὸς ὑπάρχοντος διὰ υἱοῦ, καλῶς καὶ νουνεχῶς ὄντως τῇ τοῦ ἁγίου προσέσχες ἐννοίᾳ. Εἰ δὲ παρὰ τοῦτον τὸν λόγον ἄλλως νοήσῃς, παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ τοῦ πνεύματος χορηγεῖσθαι χαρίσματα, καὶ ἀμφοτέρους τόν τε πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ὑπηρέτας τῆς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων νοήσῃς διανομῆς. κατὰ γὰρ πᾶσαν ἀνάγκην τῷ λό-

γῳ χορηγοῦνται ταῦτα παρὰ πατρὸς, τῷ αὐτῷ χορηγηθήσονται καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ εἰ μὲν παρὰ πατρὸς, ὡς τοῦ πνεύματος ὑπάρχοντος παρὰ τοῦ πατρὸς, δῆλον ὅτι καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, ὡς τοῦ πνεύματος ὑπάρχοντος διὰ υἱοῦ. Εἰ δὲ διὰ υἱοῦ χορηγεῖσθαι λέγεις αὐτὰ, μὴ ὑπάρχοντος τοῦ πνεύματος διὰ υἱοῦ, πάντως χορηγηθήσονται καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς, μὴ τοῦ πνεύματος ὑπάρχοντος παρὰ τοῦ πατρός. καὶ τίς ἔτι λείπεται λόγος, μὴ συνάγεσθαι ἐντεῦθεν ὑπηρετικῶς παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὰ πνευματικὰ χορηγεῖσθαι χαρίσματα;

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

ξγ΄. Ἡ γὰρ διδομένη χάρις καὶ δωρεὰ, ἐν τριάδι δίδοται παρὰ τοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ πατρός ἐστι διὰ υἱοῦ ἡ διδομένη χάρις, οὕτως οὐκ ἂν γένοιτο κοινωνία τῆς δόσεως ἐν ἡμῖν, εἰ μὴ ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὁρᾷς πανταχοῦ καὶ αὐτὰς τὰς χάριτας καὶ δωρεὰς τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ γίνεσθαι διδάσκοντά σε τὸν Ἅγιον; Εἰ γοῦν αἱ χάριτες καὶ δωρεαὶ οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ διὰ τοῦ υἱοῦ, πῶς ὁ τῆς ὑπάρξεως τοῦ παναγίου πνεύματος τρόπος, οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου δι᾽ υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀμφοτέρων;

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐγὼ δὲ μικρὸν τὸν λόγον ὑπαλλάξας ἐρῶ. εἰ μὴ ἐκ πατρὸς διὰ υἱοῦ ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος ὕπαρξις ἦν,

Filium ſuppeditabuntur, & ſi a Patre, vti Spiritu exiſtente a Patre, manifeſtum eſt etiam per Filium, vti Spiritu exiſtente per Filium. Quodſi per Filium aſſeris ea ſuppeditari, non exiſtente Spiritu per Filium, modis omnibus ſuppeditabuntur & a Patre, Spiritu non exiſtente a Patre. Et quænam hæc ratio aſſignari poterit, non colligi inde ſeruili modo a Patre & Filio ſpiritalia munera ſuppeditari?

Ex eadem.

LXIII. *Gratia ſiquidem & munus quod datur in Trinitate, datur a Patre per Filium in Spiritu ſancto. Quemadmodum enim eſt ex Patre per Filium gratia data, ita nulla fuerit dationis gratia in nobis niſi in Spiritu ſancto.*

ANIMADVERSIO.

Videsne locis in omnibus ipſas gratias & munera Spiritus ex Patre per Filium fieri docentem te Sanctum? ſi ergo gratiæ & munera non ex Filio, ſed per Filium, quomodo exiſtentiæ ſanctiſſimi Spiritus modus, non ex Patre ſolo per Filium, ſed ex vtriſque fuerit?

REFVTATIO.

Ego vero paululum immutato ſermone dixerim. Si ex Patre per Filium ſanctiſſimi Spiritus

tus existentia non est, qua ratione gratiæ & munera Spiritus ex Patre essent per Filium? Tandem rerum harum cognitor considera, quomodo sapientum mentem propriæ sententiæ amor aberrare faciat, etiam ex eo, quod sapiens hic vir gratias & munera Spiritus ex Filio esse dicere renuat; & sanctissimi Spiritus existentiæ modum ex Patre esse solo per Filium contendat. Neque enim noui quemquam, dummodo sit intellectus oculis integer ad res dignoscendas, qui absurdissimum in hisce non agnoscat. Quod enim ex Patre solo est, quomodo per filium fuerit? & quod per filium existit, quomodo ex solo Patre fuerit? Cum multa sæpius aliorum scripta percurrerim, quæ nulla sequelæ ratione dictata sunt, modo quidem in mentem non venit, an aliquod vspiam offenderim, quod dictis absurdius atque magis inconsequens fuerit.

πῶς δὲ αἱ χάριτες καὶ δωρεαὶ τοῦ πνεύματος, ἐκ τοῦ πατρὸς ἦσαν διὰ τοῦ υἱοῦ; πῶς ὁ τῶν παρόντων ἐξετάσεις, σκόπει, ὅπως τὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν φρένας σφάλλει τὸ ἐθελόγνωμον, καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν σοφὸν τοῦτον ἄνδρα, οὐ δὲ τὰς πνευματικὰς δωρεάς τε καὶ χάριτας λέγειν ἐκ τοῦ υἱοῦ· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν τῆς ὑπάρξεως τοῦ παναγίου πνεύματος τρόπον ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου εἶναι λέγειν διὰ τοῦ υἱοῦ. οὐκ οἶδα γὰρ τὶς ἂν καθαρὸς τὸ τῆς διανοίας ὄμμα τὰ πρὸς διάγνωσιν, οὐ συνίδοι τὸ ἐν τούτοις παραλογώτατον. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου, πῶς διὰ υἱοῦ; καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ὑπάρχον, πῶς ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἔσται; πολλοῖς πολλάκις ἐντυχὼν γράμμασι κατὰ διάνοιαν ἀνακόλουθον προενηνεγμένοις, οὐκ οἶδα εἴ ποτέ τινι ἑτέρῳ ἐνέτυχον, χεῖρον ἢ κατὰ τὰ εἰρημένα τὸ ἀνακόλουθον ἔχοντι.

Ex eadem.

LXIV. *Veri itaque adoratores adorant quidem Patrem, sed in Spiritu & veritate, confitentes Filium & in ipso Spiritum. Non enim diuiditur a Filio Spiritus, quemadmodum a Patre Filius non diuiditur. Ipsa veritas est quæ dicit; Mittam vobis Paracletum Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, quem mundus non potest*

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

ξδʹ. Οἱ ἀληθινοὶ τοίνυν προσκυνηταὶ προσκυνοῦσι μὲν τῷ πατρὶ, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, ὁμολογοῦντες υἱὸν καὶ ἐν αὐτῷ τὸ πνεῦμα, ἀχώριστον γὰρ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ὡς ἀχώριστος ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, αὐτὴ ἡ ἀλήθεια ἡ λέγουσα, πέμψω ὑμῖν τὸν Παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν.

τουτέστιν οἱ ἀρνούμενοι αὐτὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ υἱῷ.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὅρα. σαφέστατα γὰρ καὶ καθαρῶς ἐνταῦθα ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν λέγει τὸ πνεῦμα, ἐν τῷ υἱῷ.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ὅρα καὶ ὅτι σαφέστατα καὶ καθαρῶς ἀχώριστον τοῦ υἱοῦ εἶπε τὸ πνεῦμα, ὡς ὁ υἱός ἐστιν ἀχώριστος τοῦ πατρός. καὶ ἐντεῦθεν ἐνέστησε τὸ τῆς Τριάδος συμφυὲς εἶναι ἐκ τοῦ ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρός.

Τοῦ αὐτοῦ ἐξ ἑτέρας πρὸς τὸν αὐτὸν Ἐπιστολῆς.

ξέ. Ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα πεῖσαι καὶ πάντα ὁντιναοῦν φιλόνεικον, μηκέτι λέγειν κτίσμα τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ τὰ βάθη ἐρευνῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ νεμόμενον καὶ διδόμενον.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἄκουε πῶς ὁ Ἅγιος ἐν παντὶ σχεδὸν οἰκείῳ συγγράμματι, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος δόσιν διδάσκει σε.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ πρόσεχε καὶ πῶς ἡ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ δόσις τοῦ πνεύματος τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ὕπαρξιν αὐτοῦ συνίστησιν.

accipere, illi scilicet, qui negant eum ex Patre in Filio.

ANIMADVERSIO.

Planissime apertissimeque hic conspicito, ex Patre dici Spiritum, veruntamen in Filio.

REFVTATIO.

Attamen tu quoque conspicito, planissime apertissimeque inseparabilem a Filio Spiritum dici, quemadmodum Filius non separatur a Patre. Hincque demonstrari, vnam communemque Trinitatis naturam, ex eo quod spiritus per Filium ex Patre est.

Eiusdem ex alia Epistola ad eundem.

LXV. *Satis abundeque haec suadere poterunt quemcumque, dummodo contentionis studio non abripitur, ne in posterum asserat, creaturam Dei Spiritum, qui in Deo est, & profunda Dei consilia exquirit, & ex Patre per Filium exhibetur & datur.*

ANIMADVERSIO.

Attendito, quomodo Sanctus hic in omnibus suis scriptis, ex Patre per Filium sanctissimi Spiritus dationem te doceat.

REFVTATIO.

Veruntamen tu quoque attendito, quomodo ex Patre per Filium Spiritus datio, eiusdem ex Patre per Filium existentiam stabiliat.

Ex eadem.

LXVI. *Qui enim credit in Patrem, agnoscit in Patre Filiū, & Spiritum non extra Filium, proptereaq; etiam in Filium credit, & in Spiritum sanctū. Quandoquidem una est Trinitatis diuinitas, quæ veluti ex uno Patre agnoscitur.*

ANIMADVERSIO.

Hoc item aperte insinuat, & Filium & Spiritum ex Patre.

REFVTATIO.

Vti ex vno Patre Trinitatis deitatem agnosci Sanctus edocet, sed nullus est qui impediat, Spiritum etiam ex diuinitate Filij asserere: sic ex vno Patre cum Filius & Spiritus sint, nullus ex Patribus vetuit, ex Filio etiam Spiritum dici. Et rationem dictorum sedulo exquirēs, nullam aliam inueniet, quam quod existentia & deitas Spiritus per Filium est ex Patre.

Ex alia ad eundem Epistola.

LXVII. *Patre siquidem mittente Spiritum, Filius insufflans exhibet illum discipulis, cum quæcunque Pater habet Filij sint.*

ANIMADVERSIO.

Hæc communia Patris & Filij sunt, missio & datio Spiritus, non item processio.

REFVTATIO.

Sed quemadmodum ex Patre missio & datio Spiritus dat

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

ξϛʹ. Ὁ γὰρ πιστεύων εἰς τὸν πατέρα, οἶδεν ἐν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκτὸς τοῦ υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύει καὶ εἰς τὸν υἱὸν, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπειδὴ καὶ μία τῆς Τριάδος ἡ θεότης, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς γινωσκομένη.

ἘΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τοῦτο σαφῶς διδάσκει καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός.

ἈΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὥσπερ ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς γινώσκεσθαι τὴν τῆς Τριάδος θεότητα, ἐνταῦθα διδάσκει ὁ Ἅγιος. ἀλλ' οὐδείς ἐστιν ὁ κωλύων λέγειν τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ, οὕτως ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ὑπαρχόντων, οὐδεὶς τῶν πατέρων ἐκώλυσε καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγειν τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ τὸν λόγον ζητήσας οὐδὲν ἕτερον αἴτιον τῶν εἰρημένων εὑρήσει, ἀλλ' ἢ τὸ τὴν ὕπαρξιν καὶ θεότητα τοῦ πνεύματος, διὰ τοῦ υἱοῦ εἶναι ἐκ τοῦ πατρός.

Ἐξ ἑτέρας πρὸς αὐτὸν Ἐπιστολῆς.

ξζʹ. Ἀμέλει τοῦ πατρὸς πέμποντος τὸ πνεῦμα, ὁ υἱὸς ἐμφυσῶν δίδωσιν αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς, ἐπεὶ πάντως ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστιν.

ἘΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ταῦτα κοινὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἡ πομπὴ καὶ ἡ δόσις τοῦ πνεύματος, οὐ μὴν καὶ ἡ ἐκπόρευσις.

ἈΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ὥσπερ ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς πομ-

ιτε

πή τε καὶ δόσις τοῦ πνεύματος δίδωσι νοεῖν ἐκ πατρὸς εἶναι αὐτὸ, οὕτω καὶ ἡ ἐκ τοῦ υἱοῦ πομπή τε καὶ δόσις, δίδωσι νοεῖν ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι αὐτό. μία γὰρ ἡ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ δόσις καὶ πέμψις τοῦ πνεύματος, καὶ ᾧ λόγῳ πέμπεται ἐκ πατρὸς, τῷ αὐτῷ πάντως πέμπεται καὶ ἐξ υἱοῦ.

Εἰ τῷ σκοπῷ τῆς ῥηθείσης περικοπῆς ἐνεβαθύνας, ἔγνως ἂν ἀληθῶς καὶ τὸν λόγον, καθ' ὃν ὁ Ἅγιος ἴδιον υἱοῦ λέγει τὸ πνεῦμα. ἐπεὶ γὰρ ὁ θεομάχος ἐβλασφήμει Νεστόριος, ὡς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὰς θεοσημείας εἰργάζετο ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος χρώμενος, ὁ Ἅγιος κατὰ τῆς δυσφημίας ταύτης μαχόμενος, ἀναθέματι ὑποβάλλει τὸν λέγοντα κεχρῆσθαι τὸν υἱὸν, ὡς ἀλλοτρίᾳ τῇ διὰ τοῦ πνεύματος δυνάμει. Σκοπητέον γοῦν μήποτε τῇ τοιαύτῃ βλασφημίᾳ συνεμπίπτῃ τὸ νόημα τῶν λεγόντων μὴ εἶναι τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ τε καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ.

de

Πόθεν γὰρ ἂν ἄλλοθεν διαγνωσθείη ἀλλοτρία τοῦ υἱοῦ ἡ διὰ τοῦ πνεύματος δύναμις, εἰ μὴ ἀπὸ ἑνὸς μόνου, τοῦ μὴ ὑπάρχειν αὐτὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ; ἀλλοτρίωσις γὰρ ἄλλη οὐκ ἔσται τοῦ πνεύματος ἐξ υἱοῦ, εἰ μὴ τὸ ὑπάρχειν αὐτὸ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου, καὶ οὐχὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς μέγας διασαφεῖ Κύριλλος, ἐν τῇ Ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην ῥητοῦ, τοῦ, Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος φάσκων οὕτω ῥητῶς, Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, κἀκεῖνο λοιπὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰσβήσεται, εἰ γὰρ ὑπουργίαν διακονικὴν ἀποπληροῦν οἴεσθε τὸν υἱὸν, τὸ ἀλλότριον ἡμῖν, τουτέστι τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς κεχορηγηκότα ἅγιον ὂν κατὰ φύσιν πνεῦμα, οὐ κατὰ φύσιν ἅγιος ὁ Θεὸς, κατὰ μέθεξιν δὲ ὥσπερ ἡμεῖς. Ὁρᾷς πόθεν ὁ Ἅγιος συνάγει τὴν τοῦ πνεύματος ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἀλλοτριότητα; ἐάν τις φησὶν λέγῃ τὸ ὁμολογουμένως παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχον πνεῦμα διακονικῶς παρὰ τοῦ υἱοῦ χορηγεῖσθαι, ἀλλότριον ἔσται τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ ἀκολουθήσει, μὴ δὲ κατὰ φύσιν ἅγιον εἶναι αὐτὸν, κατὰ μέθεξιν δὲ ὥσπερ ἡμεῖς. Τοιαύταις μοι δοκοῦσιν ἐμπίπτειν ταῖς ἀτοπίαις οἱ μὴ λέγοντες, ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ.

de agnoſcetur aliena Filij, quæ per Spiritum eſt, virtus, niſi ab vno, & ſolo, ipſum ſcilicet ex Filio non exiſtere? Alia ſiquidem Spiritus a Filio alienatio nulla fuerit, niſi quia ipſe ex ſolo Patre procedit, & non a Filio. Quod idem ipſe Cyrillus apertiſſime declarat expoſitione in Euangelium Ioannis, in dictum, *Cum itaque venerit Paracletus*, his ipſiſſimis verbis; *Præter iam dicta, illud quoque neceſſario conſequetur. Nam ſi ſeruile miniſterium opinamini exerceri a Filio, cum alienum nobis, hoc eſt a Deo & Patre ſuppeditat, dum ſpiritus natura ſua ſanctus eſt, non natura Deus ſanctus eſt, participatione vero ſicuti nos.* Videsne vnde nam Sanctus colligat Spiritus a Filio alienationem? Si quis ait, dicit Spiritum, qui abſque dubio a Deo & Patre exiſtit, ſeruili modo a Filio ſuppeditari, alienum dicit a Filio Spiritum: & ſequetur, neque natura eum ſanctum eſſe, ſed tantum participatione ſicuti nos. In has abſurdas opiniones videntur mihi prolabi, qui non fatentur exiſtere Spiritum per Filium.

Ἑρμηνεία τοῦ αὐτοῦ ἐννάτου Κεφαλαίου.

ρά. Φήσας ἔφην, ὅτι τοῖς Νεστορίου βατταρίσμασιν, ἤγουν δυσφημίαις καὶ τοῖς ἄγαν ἀτημελῶς εἰρη-

Expoſitio huiuſce noni Capitis.

CI. *Item dixi, quod Neſtorij nugis ſeu blaſphemijs, et eius dictis admodum temerarijs virtus capitulo-*

pitulorum repugnat: illo nanque dicente de Spiritu sancto; is qui tantum Christo gloriam contulit, eum Dæmonibus fecit terribilem, donauitque ei ad cœlos ascensionem, & tanquam de aliquo secundum nos homine communi hæc deblaterante, factus est necessario Anathematismus, non aduersus eos, qui dicunt, clarificatum a Spiritu sancto Iesum, hoc est inhumanatum Dei verbum; sed potius contra illos, qui impudenter eum virtute per Spiritum tanquam aliena vsum esse dicunt. Meminimus enim eum aperte dixisse de sancto Spiritu, ille me clarificabit. Nouimus ad hoc sancti Spiritus operatione conterentem nequissimas immundasque virtutes; sed non ita dicimus eum sicut vnumquemque scilicet sanctorum, virtute Spiritus sancti tanquam aliena vsum. erat enim & est eius Spiritus sicuti certe & Patris. Et hoc nobis bene satis explanat diuinus Paulus scribens; Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Procedit enim ex Deo & Patre Spiritus sanctus secundum Saluatoris vocem, sed non est alienus a Filio.

μένοις ἡ τῶν κεφαλαίων μάχεται δύναμις. ἐκείνου γὰρ λέγοντος περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τοῦτο δὴ τηλικαύτην αὐτῷ χαρισάμενον δύναμιν, τὸ δαίμοσιν αὐτὸ φοβερὸν ἐργασάμενον, τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ τὴν εἰς οὐρανὸν χαρισάμενον, καὶ ὡς περί τινος τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀνθρώπου κοινοῦ τοιαῦτα πεφλυαρηκότος, γέγονεν ἀναγκαίως ὁ ἀναθεματισμός, οὐ κατὰ τῶν λεγόντων, δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν υἱόν, τουτέστιν ἐνανθρωπήσαντα, κατ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον, οἳ καὶ ἀναιδῶς αὐτόν, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τοῦ πνεύματος κεχρῆσθαι φασίν. μεμνήμεθα δὲ εἰπόντος περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ἴσμεν τε πρὸς τούτῳ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείᾳ, τὰς πονηράς τε καὶ ἀκαθάρτους δυνάμεις συντρίβοντα, ἀλλ' οὐχ οὕτως φαμὲν αὐτόν, καθάπερ καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστον, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει κεχρῆσθαι τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ πατρός, καὶ τοῦτο ἡμῖν καὶ μάλα σαφηνῶς γέγραφεν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι. εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἴ τις δὲ πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τοῦ υἱοῦ. πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός, καὶ τοῦτο αὐτὸς

Omnia

ἐπέδειξεν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι. διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Οὐκοῦν ἐδόξασε μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνεργοῦν τὰ παράδοξα, πλὴν ὡς πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὡς ἀλλοτρία δύναμις, καὶ κρείττων αὐτοῦ, καθὸ νοεῖται Θεός. Οὐ δεδυσφημήκαμεν τοίνυν εἰς ἁγίους Ἀγγέλους, οὔτε μὴν εἰς Προφήτας, καθὰ τετόλμηκεν εἰπεῖν, ὁ μόνος εἰδὼς τὸ κατηγορεῖν. Ἐπεὶ δέ ἐστι σκοπὸς αὐτῷ τε καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν τὸ διαιρεῖν εἰς δύο Χριστοὺς τὸν ἕνα, καὶ τὸν μὲν δοξαζόμενόν τε καὶ ἐνεργούμενον, τὸν δὲ δοξάζοντά τε καὶ ἐνεργοῦντα λέγειν, κατασκώπτουσιν ἀσυνέτως πάντα λόγον εὐσεβῆ, καὶ τῆς τοιαύτης αὐτοὺς ἀφιστῶντα κακοδοξίας. Καὶ γοῦν περὶ τοῦ μακαρίου Γαβριὴλ τὸν λόγον ποιούμενος ὁ φιλαίτιος οὑτοσὶ, τὸν γὰρ κατὰ σάρκα φησὶ Χριστὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου γεγεννῆσθαι πρῶτος ἐκεῖνος, καὶ πρὸ τῆς διαπλάσεως ἐκήρυξεν. ἕτερος οὖν ἄρα ἐστὶ Χριστὸς καὶ ὅπερος ἰδικῶς Χριστὸς ὁ κατὰ σάρκα. καὶ δὴ πάλιν, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος. Ποῦ τοίνυν ἡ ἕνωσις, καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος; εἰ δύο Χριστοὶ ἰδικῶς καὶ ἀνὰ μέρος ἕκαστος νοεῖται καὶ λέγεται; οὐκοῦν κἂν εἰ τὸ τῆς εὐσεβείας προσωπεῖον ἑαυτοῖς περιπλάττοντες, ἕνα λέγωσι Χριστὸν, δύο φρονοῦντες; κατὰ ἀλήθειαν, ἀκουέτωσαν παρ' ἡμῶν,

Omnia enim habet cum Patre, & hoc ipſe edocuit dicens de Spiritu ſancto. Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis; quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Ergo clarificauit quidem Ieſum Spiritus ſanctus admirabilia operans, veruntamen vt Spiritus eius, & non vt aliena virtus & eo præſtantior, ſecundum quod intelligitur Deus. Non blaſphemauimus igitur in ſanctos Angelos, nec in Prophetas ſicut dicere præſumpſit, qui ſolummodo accuſare nouit. Quia vero propoſitum eius & ſociorum eſt, vt vnum in duos Chriſtos diuidant, & illum quidem clarificari, & ad operandum promoueri, hunc vero & clarificare & operari dicant: ideo carpunt inſipienter omnem ſermonẽ pium, & qui ipſos a tali peruerſa ſententia dimouet. Proinde & de beato Gabriele faciens ſermonem calumniator iſte: etenim ſecundum carnem, inquit, Chriſtum ex Spiritu ſancto natum eſſe, primus ille, & ante formationem prædicauit. Alius igitur eſt Chriſtus ille, qui ſecundum carnem, & alius ſeorſim Chriſtus rurſus Verbum, quod ex Deo Patre eſt. Vbi igitur vnio? & quæ inde vtilitas ſi duo Chriſti & ſeorſim ac diuiſim, vt vterque intelligatur, ac prædicetur? Ea propter licet pietatis perſona ſe induant, & vnum dicant eſſe Chriſtum; vere

vere

vere tamen duos esse putantes, audiant a nobis, usquequo claudicatis in ambobus poplitibus. Satius enim fuerit recte incedere, fidem habentes puram & firmam, & non stultis opinionibus claudicantem.

ἕως; πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν. ὀρθοποδεῖν γὰρ ἄμεινον, πίστιν ἔχοντας τὴν ἀβέβηλον καὶ ἐρηρεισμένην, καὶ οὐκ ἀσυνέτοις σκάζοντας λογισμοῖς.

ANIMADVERSIO.

Perspicua admodum est & hic quoque Sancti doctrina. Rursus enim ibidem asserit, ex Patre Spiritum procedere, & dogmatis magistrum Saluatorem ipsum adducit, proprium vero Filij, & non alienum tanquam consubstantialem.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Σαφὴς πάνυ κἀνταῦθα ἡ τοῦ ἁγίου διδασκαλία, λέγει γὰρ καὶ πάλιν, ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, ἐκ πατρὸς διδάσκαλον τοῦ τοιούτου δόγματος αὐτὸν τὸν Σωτῆρα παράγων. ἴδιον δὲ εἶναι τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἀλλότριον, ὡς ὁμοούσιον.

REFVTATIO.

Proprium Filij dicis Spiritum & non alienum, quia consubstantialis. Ego vero dixerim consubstantialem Filio Spiritum, quia Filij proprius, ne sequatur, Filium proprium quidem Spiritus dici, tanquam qui consubstantialis Spiritui est. Cum vero dicis sanctum Cyrillum Saluatorē adducere magistrū dicentē Spiritum procedere ex Patre, sciendū est tibi, vt & in alijs insinuauimus, dominicam vocem sumi a sancto ad confirmandum Spiritum ex Patre esse quemadmodum locis in alijs ab ipso sancto Cyrillo, & ab alijs multis Theologis Patribus aliæ dominicæ dictiones, inter quas, & quæ asserit, Spiritum veritatis Spiritum sanctum

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἴδιον τοῦ υἱοῦ λέγεις τὸ πνεῦμα καὶ οὐκ ἀλλότριον, ὅτι ὁμοούσιον υἱῷ, ἐγὼ δέ φημι ὁμοούσιον υἱῷ τὸ πνεῦμα, ὅτι ἴδιον υἱοῦ, ἵνα μὴ ἀκολουθήσῃ καὶ τὸν υἱὸν ἴδιον τοῦ πνεύματος λέγεσθαι, ὡς τῷ πνεύματι ὁμοούσιον, ἐν δὲ τῷ λέγειν, ὡς ὁ ἅγιος Κύριλλος, διδάσκαλον τὸν Σωτῆρα παράγει, τοῦ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι ἐκ πατρὸς, εἰδέναι σε δεῖ καθὰ καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκειμεν, ὡς ἡ κυριακὴ φωνὴ τῷ ἁγίῳ παραλαμβάνεται εἰς μαρτυρίαν τοῦ, εἶναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός. ὥσπερ οὖν ἐν ἄλλοις αὐτῷ τε τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις τῶν θεολόγων πατέρων αἱ ἄλλαι κυριακαὶ φωναὶ, ἡ πνεῦμα ἀληθείας δηλαδὴ λέγουσα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἡ

ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν δηλοῦσα αὐτὸ, εἰς μαρτυρίαν παραλαμβάνονται τοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι αὐτό.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Νεστόριον γ΄. Ἐπιστολῆς.

ρβ΄. Ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τοῦ πνεύματος, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, νοοῦντες ὀρθῶς, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεᾶ τῆς παρ' ἑτέρου φαμὲν τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν, τὴν παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξαν ἑλεῖν, ὅτι μηδὲ κρεῖττον ὑπὲρ αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐχρῆτο τῷ ἰδίῳ πνεύματι πρὸς μεγαλουργίαν, δεδοξάσθαι παρ' αὐτοῦ φησὶν, ὥσπερ ἂν εἰ καί τις λέγῃ τῶν καθ' ἡμᾶς περὶ τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ τυχὸν, ἢ γοῦν ἐπιστήμης τῆς ἐφ' ὁτῳοῦν, ὅτι δοξάσουσιν ἐμέ. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ πνεῦμα ἐστὶ καὶ οὐχ υἱὸς, ἀλλ' οὖν, οὐκ ἀλλότριόν ἐστιν αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς. ἐνεργῆσαν τοιγαροῦν τὸ πνεῦμα καὶ διὰ χειρῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων τὰ παράδοξα, μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδόξασεν αὐτόν. ἐπιστεύθη γὰρ, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστί. πάλιν αὐτὸς

ctum eſſe, & quæ ex Filio illum accipere declarat, ad comprobandum ex Filio quoque eundem eſſe.

Eiuſdem ex Epiſtola tertia ad Neſtorium.

CII. *Cum de Spiritu ſancto ait; ille me glorificabit, niſi errare velimus Chriſtum Dei Filiũ veluti gloriæ, quæ aliunde proficiſcitur, indigum a Spiritu ſancto glorificatum nequaquam dicemus. Siquidem Spiritus illius neque illo melior, neque illo rurſum ſublimior eſt. Verum quod ad diuinitatis ſuæ ſignificationem ſuo ſubinde Spiritu in inſignium operum perpetratione vteretur, ob id ſe ab illo glorificari profitebatur, perinde ac ſi quis noſtrum de ſua fortitudine aut cuiuſuis rei ſcientia dicat; mea me virtus, aut ſcientia glorificabit. Nam & ſi Spiritus in propria perſona ſubſiſtat, eatenuſque in ſe ipſo conſideretur, quatenus Spiritus eſt & non Filius, non eſt tamen ab eo alienus: quandoquidem ſpiritus veritatis nominatur. Chriſtus autem veritas eſt; ſed & perinde quoque ab illo atq; a Deo patre profunditur. Cum itaque Domino noſtro ad cælum aſſumpto Spiritus ſanctus ſtupenda prodigia per ſanctorum Apoſtolorum manus ederet, tunc vere illum glorificauit. Creditum eſt enim quod Deus ſecundum naturam eſſet, per ſpiritum ſuum illum denuo operari. Propterea quoque Dominus aiebat; Quoniam de*

meo

meo accipiet, & annunciabit vobis. Hoc tamen non ita accipiendum est, quasi Spiritus sanctus per quandam participationem sapiens aut potens sit: est enim ille numeris omnibus perfectus, nulliusque penitus indigus: verum quia potentiæ, & sapientiæ Patris, hoc est Filij Spiritus est, hinc & ipse quoque re ipsa potentia & sapientia est.

ἐνεργῶν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔφασκεν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. καὶ ἔτι που φαμὲν, ὡς ἐκ μετοχῆς τὸ πνεῦμα ἐστὶ, σοφόν τε καὶ δυνατόν. παντέλειον γὰρ καὶ ἀπροσδεές ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ. ἐπεὶ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως καὶ σοφίας, τουτέστι τοῦ υἱοῦ πνεῦμα ἐστὶν, αὐτόχρημα σοφία ἐστὶ καὶ δύναμις.

ANIMADVERSIO.

Prudenter hanc pericopem intelligito, neque te turbet, cum in ea Sanctus dicit, profundi Spiritum a Filio, perinde atq; a Deo Patre. Sed omnes statim eiusdem vniusque Sancti pericopas in mentem reuoca supra digestas, & cum in illis omnibus reperies Spiritus processionem ex Patre contestatam, dationem autem, vel suppeditationem, vel missionem & similia a Filio, intelligito hic quoq; profusionem, sic absque vlla distinctione appositam aliud quidpiam ab ipsa processione innuere, dationem forte, aut missionem, aut aliud simile.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Συνετῶς τῆς περικοπῆς ταύτης ἄκουε, καὶ μὴ θορυβείτω σε τὸ λέγειν τὸν Ἅγιον ἐν ταύτῃ, προχεῖσθαι τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ, καθάπερ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τὰς ὅλας αὖθις ἀναλογίζου τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Ἁγίου περικοπὰς, τὰς ἀνωτέρω κατεστρωθείσας, καὶ εὑρίσκων ἐν ἐκείναις πάσαις, ἐκ τοῦ πατρὸς μαρτυρουμένην τὴν τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσιν, τὴν δὲ δόσιν, ἢ τὴν χορηγίαν, ἢ τὴν ἀποστολὴν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, παρὰ τοῦ υἱοῦ, νόει κἀνταῦθα τὴν πρόχυσιν ἀδιαστίκτως οὕτω τεθεῖσαν, ἄλλό τι παρὰ τὴν ἐκπόρευσιν, δόσιν τυχὸν, ἢ ἀποστολὴν, ἢ ἕτερον ὅμοιον.

REFVTATIO.

Sanctus hic astruit, Spiritum profundi a Filio perinde atque a Deo Patre. Si itaque, vt tu ais, dationem forte, aut missionem profusio denotat, quod ex vtroque profunditur, ex vtroque datum, aut missum fue-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὁ Ἅγιος ἐνταῦθα προχεῖσθαι λέγει τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. Εἰ γοῦν, ὡς σὺ φῂς, τὴν δόσιν τυχὸν, ἢ τὴν ἀποστολὴν ἐμφαίνει ἡ πρόχυσις, τὸ ἐξ ἀμφοῖν προχεόμενον, ἐξ ἀμφοῖν διδόμενον, ἢ ἀποστελλόμενον εἶς αι

Καὶ εἰ μὲν νοηθείη τὸ πνεῦμα διδόμενον ἢ ἀποστελλόμενον ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον, τὸ ζητούμενον ἡμῖν ἐντεῦθεν συνίσταται, ὅπερ ἐστὶ τὸ, τὴν ἐξ ἀμφοῖν δόσιν τε καὶ ἀποστολὴν, τῇ ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρξει τοῦ πνεύματος ἀκολουθεῖν. Εἰ δὲ διδόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον νοηθείη ἐξ ἀμφοῖν ὡς ὑπάρχον οὐ μὲν οὖν ἐξ ἀμφοῖν, ἄλλο παρὰ τὰ τρία ταῦτα πρόσωπα τῆς θεότητος ζητηθήσεταί αὖ, ἐξ οὗ ὑπάρχον ἔσται τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἀσεβές τε καὶ βλάσφημον.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς εἰς τὸ ἅγιον Σύμβολον Ἑρμηνείας.

ργ΄. Προχεῖται μὲν γὰρ ἤγουν ἐκπορεύεται καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει, διὰ τοῦ υἱοῦ.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Συντόμως ἀποδέδοταί σοι ἡ τῆς ἄνωθεν παρασημειώσεως μαρτυρία, διὰ τῆς παρούσης περικοπῆς. Ὅρα γὰρ ἐνταῦθα τὴν τοῦ Ἁγίου ἀκρίβειαν, πρόχυσιν γὰρ εἰπὼν καὶ ἐκπόρευσιν ταύτην ἑρμηνεύσας, ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου ταύτην ἐδίδαξε, τὴν δὲ χορηγίαν, τῷ υἱῷ ἀπένειμεν, ὥστε τὸ προχεῖσθαι, ψιλῶς οὕτω τεθὲν παρὰ τοῦ Ἁγίου ἐν τῇ ἄνω περικοπῇ ἄλλο τι ἐνοήθη τοῦτο, καὶ οὐχὶ ἐκπόρευσις.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Σὺ μὲν ὡς καὶ ἀνωτέρω, διάφορόν τινα τῆς προχεῖσθαι λέξεως τὴν ση-

tit: & ſi Spiritus intelligatur datus, miſſus, aut datus ab vtroque, tanquam ab vtroque exiſtens, quod quærimus inde etiam comprobabitur, quod eſt, ex vtroque dationem & miſſionem, ex vtroque exiſtentiam Spiritus ſequi. Quod ſi datus & miſſus ab vtroque intelligatur non tanquam ab vtroque exiſtens, præ tribus hiſce diuinitatis perſonis alia quæretur, ex qua Spiritus exiſtat, quod impium eſt, & blaſphemum.

Eiuſdem ex Interpretatione in ſanctum Symbolum.

CIII. *Profunditur enim, nempe procedit veluti a fonte Deo & Patre, ſuppeditatur vero creaturæ per Filium.*

ANIMADVERSIO.

Compendio redditum eſt tibi ſuperioris adnotationis teſtimonium per præſentē pericopem. Conſiderato enim hic Sancti accuratam diligentiam: profuſionem enim cum dixiſſet, eamque proceſſionem interpretatus, ex Patre ſolo eam edocuit: ſuppeditationem vero Filio vendicauit. Quare profundi ſimpliciter ſic poſitum a Sancto in ſuperiori pericope, aliud quippiam indicat, & non proceſſionem.

REFVTATIO.

Tu quidem vti & ſupra diuerſam profuſionis ſignificatio-

nem comminisceris, vnde colligis, aliud quidpiam dictionem nem notare, cum ex Patre dicitur Spiritus profundi, & aliud cum ex Filio. Veruntamen Alexandrinorum ac Orbis lumen diuinissimus Cyrillus in supra allata pericope, *profundi* dixit *a Filio Spiritum, perinde atque a Deo & Patre*. Et quemnam hoc fide digniorem testem conquiremus, in vtriusq; dictionis significatione nullo vspiam modo variari? Quod si quia Sanctus profundere Patri attribuit, suppeditare vero Filio in dicta pericope, propterea ex Patre quidem vis esse Spiritum, ex Filio vero nequaquam, iam tandem a te concedendũ est, ex Filio illum existere, tanquam qui a Filio profunditur veluti a fonte, ex Patre vero eum minime existere, tanquam qui ab ipso creaturis suppeditatur.

μασίαν διδάσκεις, συνάγων ἐντεῦθεν, ἄλλο μέν τι σημαίνειν τὴν λέξιν, ὅταν ἐκ πατρὸς λέγηται προχεῖσθαι τὸ πνεῦμα, ἄλλο δέ τι σημαίνειν, ὅταν ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγηται προχεῖσθαι αὐτό, ὁ δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων καὶ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ Κύριλλος ὁ θειότατος ἐν τῇ προρρηθείσῃ περικοπῇ, προχεῖσθαι ἔφη παρὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, καὶ τίνα λοιπὸν ἀξιοπιστότερον ζητήσομεν μάρτυρα τοῦ, ἀδιάφορον ἐπ' ἀμφοῖν εἶναι τὴν σημασίαν τῆς λέξεως; Εἰ δὲ ὅτι ὁ ἅγιος, τὸ μὲν προχεῖσθαι, δέδωκε τῷ πατρί, τὸ δὲ χορηγεῖσθαι τῷ υἱῷ ἐν τῇ ἤδη ῥηθείσῃ περικοπῇ, διὰ τοῦτο ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς θέλεις εἶναι τὸ πνεῦμα, ἐκ δὲ τοῦ υἱοῦ μὴ εἶναι αὐτό, ὥρα σοι καὶ ἐκ μὲν τοῦ υἱοῦ λέγειν ὑπάρχειν αὐτό, ὡς προχεόμενον παρ' αὐτοῦ καθάπερ ἀπὸ πηγῆς, ἐκ δὲ τοῦ πατρὸς μὴ λέγειν ὑπάρχειν αὐτό, ὡς τῇ κτίσει χορηγούμενον παρ' αὐτοῦ.

Eiusdem ex Epistola ad Ioannem Antiochenum de Pace.

CIV. *Nullo autem modo patimur, vt ab aliquo fides illa, siue fidei Symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam Patribus editum est. Neq; enim aut nobis aut vlli omnino alteri, vel vnam voculam ibi positam immutare, aut vnam etiã syllabam praeterire permittimus; memores eius qui dixit; Ne transferas terminos antiquos*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας περὶ εἰρήνης Ἐπιστολῆς.

ρδʹ. Κατ' οὐδένα τρόπον σαλεύεσθαι παρά τινος ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἢ τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς, ἢ ἑτέροις, ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῶν ἐγκειμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβήν, μεμνημένοις τοῦ λέγοντος, μὴ μεταίρειν ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου· οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ

λὰ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὃ ἐκπορεύεται μὲν ἐξ αὐτοῦ; ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦ υἱοῦ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

tiquos, quos poſuerunt Patres tui. Non enim ipſi locuti ſunt, ſed ipſe Spiritus Dei ac Patris, qui procedit quidem ex ipſo; nec ob id tamen ſecundum eſſentiæ rationem, alienus eſt a Filio.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ὁρᾷς σαφεστάτην διδασκαλίαν, περὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι μὲν τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, ἴδιον δὲ εἶναι κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον καὶ τοῦ υἱοῦ; Ἔνθα τοίνυν, δ᾽ εὑρήσεις ἀλλαχοῦ δυσλήπτως τι γεγραφὲν, πρὸς τὰ σαφῆ ταῦτα κἀκεῖνα συμβίβαζε.

ANIMADVERSIO.

Videſne doctrinam clariſſimam, Spiritum quidem ex Patre procedere; ſecundum vero eſſentiæ rationem proprium eſſe Filij? Cum itaque locis in alijs inueneris ſcriptum, quod non ita facile perceptu eſt, ad clariſſima hæc illa conferto.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ:

Οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ λέγει τὸ πνεῦμα ὁ ἅγιος κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, οὐ τοῦτο δηλῶν, ὅπερ ἡ σὴ ἐμφαίνει ἐπιστασία. ἴδιον δηλαδὴ τοῦ υἱοῦ εἶναι αὐτὸ, ἐπειδὴ ὁμοούσιόν ἐστι τῷ υἱῷ. ἦν γὰρ ἂν, ὡς καὶ πολλάκις ἡμῖν ἐρρέθη, ἴδιος καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος οὖν, ὅτι ὁμοούσιος ἐστὶ τῷ πνεύματι. ἀλλ᾽ ἐκπορεύεσθαι μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς λέγει τὸ πνεῦμα, ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας αὐτὸ εἶναι δηλῶν, οὐκ ἀλλότριον δὲ διδάσκει καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τὸ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι αὐτό. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ, λέγων, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

REFVTATIO:

Cum non alienum a Filio Sanctus Spiritum dicit, ſecundum eſſentiæ rationem, non id indicat, quod tua Animaduerſio inſinuat, proprium ſcilicet illum Filij eſſe, quandoquidem conſubſtantialis eſt Filio. Sic enim, vt ſæpius inculcatum eſt, proprius & Filius Spiritus eſſet, quia Spiritui conſubſtantialis eſt. Sed procedere quidem ait ex Patre Spiritum, ex Patris eſſentia illum eſſe ſignificans, non alienum vero & a Filio docet, quod ex eſſentia illius eſt. Hoc enim innuit cum dicit. Non eſt enim alienus a Filio ſecundum eſſentiæ rationem.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ Ἀντιρρητικῶν.

ρέ. Ὡς ἀρρήτως μὲν τὸ πνεῦμα

Eiuſdem ex Antirrheticis aduerſus Iulianum.

CV. *Ineffabiliter quidem Spiritus*

Spiritus ex Patre procedit, per Filium vero creaturis suppeditatur.

ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, διὰ τοῦ υἱοῦ δὲ χορηγεῖται τῇ κτίσει.

ANIMADVERSIO.

Et hæc quidem supra allatis pericopis haud dissimilis est, quæ ex Patre quidem processionem insinuat, per Filium vero Spiritus suppeditationem.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Καὶ αὕτη ταῖς προλαβούσαις ὁμοία, ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν διδάσκουσα τὴν ἐκπόρευσιν, διὰ τοῦ υἱοῦ δὲ τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος.

REFVTATIO.

Vere quidem hæc quoque pericope ex Patre processionem, per Filium vero Spiritus suppeditationem insinuat. Sed hinc ostendit non ex solo Patre illum esse. Ne enim quispiam audiens Euangelici testimonij vocem, *Spiritus qui a Patre procedit*, suspicaretur ex solo Patre Spiritum esse, cuius opinionis comes est & illa, Spiritum esse diuisum a Filio, & consequenter alienum a Filio, ex Patribus nonnemo, cum dixisset, ex Patre Spiritum procedere, statim subintulit, *est vero non alienus a Filio*: alius cum dixisset similiter, ex Patre Spiritum procedere adnexuit, *est vero proprius Filij*. Sed Sanctus hic processioni ex Patre superaddidit, *& suppeditatur creaturis per Filium*. Quæ omnia plane ostendunt eum non ex solo Patre. Etenim si esset ex solo Patre, & non ex Filio naturaliter & essentialiter, neq; per Filium creaturis suppeditaretur & mitte-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς μὲν καὶ αὕτη ἡ περικοπὴ διδάσκει τὴν ἐκπόρευσιν ἐκ πατρός, διὰ τοῦ υἱοῦ δὲ τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἐντεῦθεν ἐμφαίνει τὸ μὴ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι αὐτό. ἵνα γὰρ μή τις ἀκούσας τὴν ἐκ τῆς Εὐαγγελικῆς μαρτυρίας φωνὴν τήν, ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός, οἰήσαιτο ἐκ μόνου αὐτοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα, ᾗτινι δόξῃ ἀκολουθεῖ καὶ τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα διῃρημένον υἱοῦ. παρὰ δὴ τοῦτο καὶ ἀλλότριον υἱοῦ, ὁ μὲν τῶν Ἁγίων ἐκπορεύεται εἰπὼν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρός, παραυτίκα ἐπάγει, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦ υἱοῦ, ὁ δὲ ὡσαύτως τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται εἰπών, προσεπιφέρει, ἔστι δὲ ἴδιον καὶ τοῦ υἱοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἅγιος οὗτος ἐνταῦθα προσέθηκε τῇ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύσει, καὶ τὸ χορηγεῖται δὲ τῇ κτίσει διὰ τοῦ υἱοῦ. ἅπερ ἅπαντα ἐμφαίνει τό, μὴ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι αὐτό. Εἰ γὰρ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἦν τοῦ υἱοῦ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς, οὐδὲ δι' υἱοῦ χορηγούμενον καὶ ἀποστελλόμενον ἦν,

εἰ μή πως λειτουργικῶς τε καὶ ὑπηρετικῶς, ὅπερ ἀσεβές τε καὶ βλάσφημον.

Ῥήσεις τοῦ ἁγίου ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ Νύσσης.

Ἀπὸ τῆς Θεογνωσίας.

ρϛʹ. Πνεῦμα δὲ τὸ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως. τοῦ δ' ἕνεκα γὰρ καὶ πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ λόγον στόματος εἰρήκαμεν, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ πατρὶ μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπίστησον ἀκριβῶς, πῶς καὶ ὁ ὑψίνους οὗτος Γρηγόριος τὰ αὐτὰ τοῖς λοιποῖς Πατράσι διδάσκων, μόνῳ τε οὗτος τῷ πατρὶ σαφῶς καὶ ἀριδήλως τὴν τοῦ πνεύματος ἀπονέμει ἐκπόρευσιν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστασίᾳ γενόμενοι οὐδὲν πρὸς ἀντίρρησιν ταύτης οἰκεῖον ἐροῦμεν, ἀλλ' ἅπερ ἕτερός τις εἴρηκε πρὸ ἡμῶν, τὴν παραφθορὰν τῆς ἐν τῇ περικοπῇ ταύτῃ λέξεως κάλλιστα ἐξετάσας. Ὁ μὲν γὰρ τῶν Νυσσαέων φωστὴρ παραστῆσαι θέλων, τὸ πνεῦμα μόνον εἶναι ἐκπορευτὸν κατὰ τὴν ὑποστατικὴν ἑαυτοῦ ἰδιότητα, οὕτω τὸν λόγον προήνεγκε. Τοῦ δ' ἕνεκα γὰρ καὶ πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ λόγον στόματος εἴρηκεν ὁ Δαυίδ, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ πνεύματι μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται. Οἱ δὲ πάν-

mitteretur, niſi tantum modo ſeruili & miniſteriali, quod impium ac blaſphemum fuerit.

Dicta GREGORII Nyſſeni.

Ex libro, cui Theognoſiæ nomen eſt.

CVI. *Spiritus ex paterna hypoſtaſi procedens, hanc etiam ob cauſam & ſpiritũ oris, non autem verbum oris Dauid appellauit, vt producendi facultatem Patri ſoli confirmaret.*

ANIMADVERSIO.

Attente mentem figito conſideraque quomodo ſublimi mente hic Gregorius eadem cum alijs Patribus docens, ſoli Patri palam, manifeſteq; Spiritus proceſſionem aſcribit.

REFVTATIO.

Huic animaduerſioni nihil de noſtris contra opponemus, ſed quæ alius ante hanc noſtram ætatem, corruptione dictionis in hac pericope optime obſeruata, euulgauit. Nyſſenorum enim lumen Gregorius cum ſibi propoſuiſſet oſtendere, Spiritum ſecundum ſuam hypoſtaticam proprietatem procedere, ita digeſſit orationem. Hanc enim ob cauſam & ſpiritum oris, & non verbũ oris Dauid appellauit, vt procedendi proprietatem Spiritui ſoli inhærentem aſtrueret. Qui vero omnia inuertunt, cum dictionem Spiritus

ritus tribus elementis exaratam, abbreuiatamque compedissent πνι', parique modo dictionem Patris, πρι', mediam literam immutantes, nanque υ in ρ immutatio facilis est, eos qui non considerate, sed quasi aliud agentes scripturas percurrunt, fefellerunt, adaptantes Patri, quod erat Spiritus proprium. Quare inquirendum est, si necessario dictum hoc ita efferendum est. Nanque esto, dixisset Dauid, & verbum oris verbum, vti & spiritum dixerat. num propterea & hanc processionis proprietatem ascripturus, & alteri cum Patre communem facturus erat? Et quæ necessitas rationis hoc vrget? Sed si dixit verbum oris esse verbum, quemadmodum dixerat, spiritum esse spiritum oris, prorsus processionis proprietatem & verbo & spiritui communicaturus erat. Nanq; cum verba oris procedentia nuncupentur. *Quæ enim procedunt*, ait, *per labia mea non irritabo*, si spiritum oris spiritum, & verbum oris verbum Dauid dixisset, prorsus necessario processionis proprietas vtriusque deberet esse communis. Hoc Sanctus cum amoliri conaretur, ad demonstrandum procedendi proprietatem soli inesse spiritui, assumpsit, Dauidem non dixisse, & verbum

verbum

τὰ διαστρεβλοῦντες τὴν, πνεύματι λέξιν τρισὶ στοιχείοις φέροντες διαγεγραμμένην συγκοπτικῶς, κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ τὴν, πατρὶ λέξιν, τὸ μέσον στοιχεῖον μεταποιήσαντές τε καὶ παραφθείραντες, καὶ γὰρ ἡ τοῦ, υ, πρὸς τὸ, ρ, μεταποίησις εὐχερὴς, τοὺς μὴ ἐπεσκεμμένως, ἀλλὰ παρέργως τὰς γραφὰς ἐπιόντας, ἠπάτησαν. τὸ τοῦ πνεύματος ἴδιον, τῷ πατρὶ προσαρμόσαντες. Ζητητέον οὖν εἴπερ ἀνάγκην τινὰ ὁ λόγος ἔχει, ὥστε προφέρεσθαι. ἔστω γὰρ εἰπεῖν τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν λόγον στόματος λόγον, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ πνεῦμα στόματος εἴρηκε πνεῦμα, ἆρ' ἔμελλε διὰ τοῦτο τὴν τοιαύτην ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα καί τινι μετὰ τοῦ πατρὸς ἑτέρῳ κοινώσασθαι; καὶ ποίαν ἔχει τὴν ἀνάγκην ὁ λόγος; ἀλλ' εἰ εἶπε λόγον στόματος εἶναι τὸν λόγον, ὥσπερ οὖν καὶ πνεῦμα στόματος εἶπε τὸ πνεῦμα, πάντως τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ πνεύματι κοινώσασθαι ἔμελλε. καὶ γὰρ ἐπεὶ τὰ τοῦ στόματος ῥήματα ἐκπορευόμενα λέγονται, τὰ γὰρ ἐκπορευόμενά φησι διὰ τῶν χειλέων μου, οὐ μὴ ἀθετήσω. εἰ τὸ πνεῦμα στόματος πνεῦμα, καὶ τὸν λόγον στόματος λόγον εἴρηκεν ὁ Δαυὶδ, κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἡ ἐκπορευτικὴ ἰδιότης, ἔμελλεν ἀμφοτέροις κοινοῦσθαι. Τοῦτο γοῦν ὁ ἅγιος ἀναιρῶν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα μόνῳ προσεῖναι τῷ πνεύματι, πα-

ρέλαβε τὸ μὴ εἰπεῖν τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν λόγον, στόματος λόγον. Οὕτω γοῦν τῆς ἀληθείας ἐχούσης, συνιδεῖν ἐντεῦθεν ἐστὶν, ὁπόσα τὴν Ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἡ τῶν ἰδιορρύθμων ἀνδρῶν ἐλυμήνατο πεισμονή. Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, εἴρηκεν ὁ Δαυὶδ, εἰρήκαμεν, εἶπεν ὁ παραφθείρας τὴν ῥῆσιν, καὶ στρέφεται καὶ τὸ τῆς συντάξεως ἀνακόλουθον. λέγεται γὰρ εἰρήκαμεν, ἵνα πιστώσηται.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

ρζ. Ἵνα διὰ μὲν τοῦ, λόγον εἰπεῖν, τὴν ὡς ἐκ νοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπαθεστάτην καὶ ἄρρητον τοῦ υἱοῦ παραδεξώμεθα γέννησιν, διὰ δὲ τοῦ εἰρηκέναι πνεῦμα στόματος, τὴν ἁγιαστικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν καὶ ζωαρχικὴν τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν ὑπολάβωμεν, τῷ τῆς ἐκπορευτικῆς ἰδιότητος ὀνόματι δηλονότι χαρακτηριζομένην.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Κἀνταῦθα καὶ ἀσαφῶς τάχα, τέως τῷ πατρὶ καὶ πάλιν ἀποκληροῖ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος, ὡς καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Καὶ πάνυ σαφῶς ἡ ῥηθεῖσα περικοπὴ τὴν παραφθορὰν τῆς προηγησαμένης διελέγχει. Ὅρα γὰρ ὅτι τὴν τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν, τῷ τῆς ἐκπορευτικῆς ἰδιότητος ὀνόματι ἔφη χαρακτηριζομένην. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ Ἀναστάσιος ἐν ιϛ΄. Κεφαλαίῳ τῆς αὐτοῦ βίβλου τῆς Ὁδηγοῦ

verbum oris. Quæ cum ita vere se habeant, hinc colligere licet, quantum Ecclesiasticam pacem propriæ sententiæ amatorum hominum pertinacia læserit. Illud præterea notato, pro eo quod dicendum erat, *dixit*, qui dictionem vulneraverat, *diximus* scripsit. consideratoq; constructionis seriem inuersam, cum dicat, *diximus*, vt astrueret, vel confirmaret.

Eiusdem ex eodem libro.

CVII. *Vt dicens, Verbum, Filij vti ex intellectu Dei & Patris prorsus ab omni passione liberum, & ineffabilem generationem exciperemus: dicens vero, spiritum oris, sanctificantem, & essentialem potentiam, ac vitæ datricem spiritus hypostasim intelligeremus, procedendi proprietatis nomine designatam.*

ANIMADVERSIO.

Hic quoque licet forte perobscure, Patri rursus Spiritus processionem attribuit vti & Filij generationem.

REFVTATIO.

Apertissime hæc pericope præcedentis corruptionem manifestat. Nanq; aduertito Spiritus hypostasim, eum dixisse, procedendi proprietatis nomine designari. Sic etiam sanctus Pater noster Anastasius decimo sexto capite sui libri, Hodegi

degi dicti, ait, *Neque enim ingenita Patris persona carnem assumpsit, neque quæ procedit Spiritus hypostasis*. Continet vero in se hæc pericope, quod a nemine in controuersiam vertitur, & qui in simile dictum adeo scitum mentem attentius fixerit, nescio qua ratione ille Spiritum etiam ex Filio denegauerit. Ipsam enim sanctificantem, & essentialem potentiam, & vitæ auctricem Spiritus hypostasim Sanctus insinuari probat, quod Dauid dixerit, *Spiritum oris*. Si itaque Filius est, vt Patres scriptis tradunt, Patris os, oris vero spiritus, spiritus vitæ auctrix & essentialis est hypostasis, qua ratione non erit Spiritus per Filium & ex Filio veluti per os, & ex ore Patris? Et potissimum cum magnus Basilius asserat, illum procedere ex ore Patris.

κοιλημμένης, ὥς που φησίν. Οὐ γὰρ τὸ ἀγέννητον τοῦ πατρὸς πρόσωπον ἐσαρκώθη, οὔτε μὴν ἡ ἐκπορευτικὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπόστασις. Ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο γλαφυρὸν ἡ περικοπὴ, καὶ ὁ τῇ τοιαύτῃ γλαφυρότητι ἐμβαθύνας, οὐκ οἶδα πῶς ἂν ἀπαρνήσεται, μὴ εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. αὐτὴν γὰρ τὴν ἁγιαστικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν καὶ ζωαρχικὴν τοῦ πνεύματος ὑπόστασιν ὁ Ἅγιος δηλοῦσθαι παρίστησι, διὰ τοῦ τὸν Δαυὶδ εἰρηκέναι, πνεῦμα στόματος. Εἴπερ γοῦν ὁ μὲν υἱός ἐστι κατὰ τὰς τῶν Πατέρων γραφὰς, τὸ τοῦ πατρὸς στόμα. τὸ δὲ τοῦ στόματος πνεῦμα, ἡ τοῦ πνεύματος ζωαρχικὴ καὶ οὐσιώδης ἐστὶν ὑπόστασις, πῶς ἂν μὴ εἴη τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ τε καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς διὰ στόματος καὶ ἐκ στόματος τοῦ πατρός; ἐπεὶ μάλιστα καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ ἔφη ἐκ στόματος τοῦ πατρός.

Eiusdem ex Oratione de Spiritu sancto contra Macedonianos.

CVIII. *Nobis vero vna cum Patre & Filio collocari Spiritum sanctum profitentibus, ita vt nulla sit differentia in iis, quæ de diuina natura concipiuntur, & dicuntur, ea si excipias, quæ propria hypostasis sunt, & de eo considerantur; illum nempe ex Deo & Christo esse, vt scriptum est;*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Λόγου, καὶ κατὰ Μακεδονιανῶν.

ρή. Ἡμῶν γὰρ συντετάχθαι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογούντων, ὡς μηδεμίαν εἶναι παραλλαγὴν ἐν μηδενὶ τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν νοουμένων τε καὶ ὀνομαζομένων, ἐκτὸς τοῦ καθ' ὑπόστασιν ἰδιάζοντος, θεωρεῖται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐστὶ καθὼς γέγραπται. οὔτε κατὰ τὸ ἀγέννη-

neque

τὸν τῷ πατρὶ, ὅτι κατὰ τὸ ὁμογενὲς τῷ υἱῷ συναναχεόμενον, ἀλλά τισιν ἐξαιρέτοις ἰδιώμασιν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρούμενον, ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καθάπερ ἔφην, τὸ συνημμένον καὶ ἀπαράλλακτον ἔχειν ὁμολογούντων, οἱ ὑπεναντίοι φασὶν ἀπεξενῶσθαι αὐτὸ τῆς πρὸς τὸν πατέρα οἷον φυσικῆς κοινωνίας.

neque ſecundum ingeniti rationem cum Patre, neque ſecundum geniti cum Filio confuſum: ſed quibuſdam proprijs ſuis proprietatibus ex ſe ipſo conſideratum, ſed in omnibus alijs, vt dixi, coniunctum, & in nullo naturam differentem poſſidere confitentibus, qui contrariam ſententiam ſectantur a naturali erga Patrem communione alienum eſſe contendunt.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Νόει κἀνταῦθα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθὼς ἐν πολλαῖς τῶν περιλαβουσῶν περικοπῶν ἐπεσημειωσάμεθα, καὶ πρόσεχε τῇ τοῦ Ἁγίου ἀκριβείᾳ, πῶς ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκ πρόθεσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ ταύτην παρεσιώπησεν.

ANIMADVERSIO.

Conſidera hic etiam illud ex Patre, vti in multis ſupraſcriptis pericopis animaduertimus. & attendito Sancti diligentiam accuratam, quomodo de Deo loquens, præpoſitionem ex, appoſuit, cum de Filio ſermonem haberet, illam præterijt.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τὸ παρασιωπηθῆναι τὴν ἐκ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, οὔπω περὶ πολλοῦ ποιῶ, ὥσπερ ἂν εἰ οὐκ ἦν ἡ ἐκ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μυριαχοῦ τῆς γραφῆς.

REFVTATIO.

Magni momenti eſſe ducis, cum de Filio ſermo eſſet, præpoſitionem *ex* ſilentio prætermitam fuiſſe. Quaſi vero præpoſitio *ex* de Filio ſcriptis Patrũ innumeris non inſinuaretur.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρθ΄. Ἐφ' ὧν γὰρ ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια, οὐδεμίαν ἐλάττωσιν ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστὶν εὔλογον τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεως τινὸς τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι; ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων

Eiuſdem ex eadem.

CIX. *Quæ enim ſecundum bonum operantur, nullam imminutionem, aut immutationem admittunt, & quomodo rationi conſentaneum fuerit in illis, ordinem, qui ex numero oritur imminutionis alicuius, aut ſecundum naturam immutationis ſignum eſſe exiſtimare? Quemadmodum ſi quis in tribus lampadibus*

dibus subdiuisam flammam conspiciens; causam vero tertij luminis supponamus esse primam flammam, ex communicatione per medio extremum inflammantem, postmodum astrueret in prima flamma abundare calorem; in ea vero, quae subsequitur, immutari, & paulatim imminui; tertiam nec ignem amplius censendam esse, licet aequa ratione adurat, & splendeat, omniaq; ignis operetur.

τὴν φλόγα, αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα, ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν, ἔπειτα κατασκευάζει πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τῇ δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν· τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λέγεσθαι, κἂν παραπλησίως καίῃ τε φαίνῃ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται.

ANIMADVERSIO.

Audisne, causam tantummodo primam lampadem? Id enim Sanctus subindicauit, cum addidit per medium. Collige itaque prudenter, quod inde exoritur.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ:

Ἀκούεις αἰτίαν μόνην τὴν πρώτην λαμπάδα, τοῦτο γὰρ ὁ Ἅγιος ὑπεσήμανεν ἐκ τοῦ εἰπεῖν, διὰ τοῦ μέσου. Συλλογίζου γοῦν νουνεχῶς τὸ ἐντεῦθεν ἀναφαινόμενον.

REFVTATIO.

Si prudenter, quod ex iam apposita pericope oritur, colligere voluisses, nunquam asseruisses solam primam lampadē causam subindicari, ex eo, quod Sanctus dixit, per medium, sed fassus fuisses, Spiritum ex Patre per Filium esse, quemadmodum tertium lumen per secundum ex prima flamma.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐὰν νουνεχῶς τὸ ἐκ τῆς ῥηθείσης περικοπῆς ἀναφαινόμενον συλλογίζεσθαι ἤθελες, οὐκ ἂν εἰρήκεις μόνην τὴν πρώτην λαμπάδα αἰτίαν ὑποσημαίνεσθαι ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἅγιον, διὰ τοῦ μέσου, ἀλλ' ὡμολόγησας ἂν τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ, ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι, ὡς τὸ τρίτον φῶς διὰ τοῦ μέσου ἐκ τῆς πρώτης φλογός.

Eiusdem ex eadem.

CX. *Spiritus sanctus omnia in omnibus operatur, vt sibi placuerit, causa, principalis, rectus, iustus, verus, profunda Dei perscrutans, ex Patre procedens, ex Filio accipiens.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρί. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ, καθὼς βούλεται, αἴτιον, ἡγεμονικὸν, εὐθὲς, δίκαιον, ἀληθινὸν, τὰ βάθη ἐρευνῶν τοῦ Θεοῦ, ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον.

ANI-

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσχες ἐκ τίνος ἡ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσις, καὶ ἐκ τίνος ἡ λῆψις, καὶ πῶς σύμφωνα τοῖς προειρημένοις θείοις Πατράσι, καὶ ὁ μέγας οὗτος διδάσκει. δοτῆρα γὰρ ἐκείνων εἰπόντων τοῦ πνεύματος τὸν Σωτῆρα, συμφώνως καὶ οὗτος ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα διδάσκει λαμβάνεσθαι. τῇ γὰρ δόσει, καὶ τὴν λῆψιν πάντως ἑπομένην ἐμάθομεν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ πρόσχες καὶ ὅπως ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπόρευσις καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λῆψις σημαίνουσι τὸ αὐτό, τὸ, τὸ πνεῦμα εἶναι δηλαδὴ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ὁ μέγας Ἐπιφάνιος μαρτυρεῖ ἐν οἷς λέγει. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστὸς, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ, οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιρρητικῶν.

ρια. Τῷ γὰρ πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον, πάλιν αὐτοῦ, τῷ μὴ πατὴρ εἶναι καθάπερ ἐκεῖνος, διαχωρίζεται, τῇ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείᾳ, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι, ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα τὸ πνεῦμα νο-

ANIMADVERSIO.

Attendito, ex quonam eſt Spiritus proceſſio, & ex quo acceptio. & quomodo magnus iſte minime diuerſa ab alijs ſanctis Patribus inſinuat. Nanque cum illi dixiſſent, Saluatorem datorem Spiritus, concorditer & ipſe, ex eodem Spiritum accipi docet. Dationi ſiquidem omnino acceptionem ſuccedere didicimus.

REFVTATIO.

Verum attendito tu, quomodo ex Patre proceſſio & ex Filio acceptio idem ſignificant, Spiritum ſcilicet eſſe ex vtroq; vt magnus Epiphanius teſtatur, cum dicit. *Quod ſi Chriſtus ex Patre creditur, Deus ex Deo. & Spiritus ex Chriſto, ſiue ab vtroq; vt Chriſtus ait; Qui a Patre procedit, &, hic ex meo accipiet.*

Eiuſdem ex primo contra Eunomium Antirrhetico.

CXI. *Patri ſecundum quod increatus eſt coniungitur, rurſuſque ab eo, quod vti ille Pater non eſt, ſeparatur: coniungitur & Filio ſecundum quod increatus eſt, & quod cauſam exiſtentiæ ex omnium Deo habeat: Seiungitur rurſus proprietate, quod non tanquam vnigenitus ex Patre ſubſtitit, & quod per ipſum Filiũ apparuit: rurſus cũ creatura per Filiũ ſubſtitiſſet, ne cum ea communio-*

nem

nem Spiritus habere existimaretur, quod per Filium appareat, immutabilitate, firmitate, ac bonitatis, quae extranea sit, nulla indigentia a creatura spiritus secernitur.

μαθὴ πρὸς ταύτην ἔχει, ἐκ τοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, ἐν τῷ ἀτρέπτῳ, καὶ ἀναλλοιώτῳ, καὶ ἀπροσδεεῖ τῆς ἑτέρωθεν ἀγαθότητος, διακρίνεται τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως.

ANIMADVERSIO.

Accurate animaduertito, secundum quid Spiritus coniungatur Deo, & secundum quid secernatur: & coniungitur quidem illi secundum increatum, & eundem vnam cum alio habere suae existentiae causam. Secernitur porro; quod non sit genitus vt ille, & quod non ex ipso sed per ipsum apparuerit. Magnum vero discrimen est inter haec duo ex ipso, & per ipsum.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπίστησον ἀκριβῶς, κατὰ τί τὸ πνεῦμα συνάπτεται τῷ υἱῷ, καὶ κατὰ τί τούτου ἀφίσταται. καὶ ὅτι συνάπτεται μὲν τούτῳ κατά τι τὸ ἄκτιστον, καὶ τὸ τὸν αὐτὸν τούτῳ καὶ ἕνα ἔχειν τῆς ὑπάρξεως αἴτιον· ἀφίσταται κατά τι τὸ μὴ γεννηθῆναι ὡς ἐκεῖ, καὶ τὸ μὴ ἐξ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ ἤ πεφηνέναι, μεγάλη ἤ πάντως ἡ τοῦ ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸ δι' αὐτοῦ διαφορά.

REFVTATIO.

Gratiae quidem tibi habendae sunt, quod fassus es, Spiritus proprietatem esse, non esse genitum vti est Filius, & per Filium apparere. Haec enim assertio aperte ostendit, Spiritum non esse ex Patre solo, esset enim & ipse generatus Filius. Quod vero ex Patre per Filium apparet, ex vtroque veluti ex vno est omnino Deo.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Χάρις σοι, ὅτι διωμολόγηκας ἰδιότητα τοῦ πνεύματος εἶναι τὸ μὴ γεννηθῆναι, ὡς ὁ υἱὸς, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι αὐτό, αὕτη γὰρ ἡ ὁμολογία, παρίστησιν ἐναργῶς, μὴ εἶναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου. ἦν γὰρ ἂν γεννητὸς υἱὸς καὶ αὐτό, τὸ δὲ ἐκ πατρὸς διὰ υἱοῦ πεφηνὸς ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἐξ ἑνὸς ἐστι πάντως Θεοῦ.

Ex eodem.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

CXII. *Si itaq; in increata natura intelligũtur res admirabiles & nomina Pater, Filius & Spiritus sanctus, quomodo fieri potest, vt quae de his inferioribus curiose perscru-*

ριβ. Εἰ οὖν ἐν τῇ ἀκτίστῳ φύσει νοεῖται τὰ θαυμαστὰ πράγματα τε καὶ ὀνόματα, ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς ἐστι δυνατὸν, ὅπερ ἐστὶ τὰ κάτω περιεργαζομένη καὶ πολυπραγ-

μονοῦσα καταλαμβάνει ἡ ἔννοια, ἕτερον ἑτέρῳ συγκριτικῶς ὑποτιθεῖσα, διά τινος χρονικοῦ διαστήματος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἀκτίστου καὶ προαιωνίου νομίζειν οὐσίας ἐστὶ, ἐν ᾗ πατὴρ μὲν ὁ πατὴρ ἄναρχος καὶ ἀγέννητος καὶ ἀεὶ πατὴρ νοεῖται, ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονογενὴς υἱὸς τῷ πατρὶ συνεπινοεῖται. δι᾽ αὐτοῦ δὲ καὶ μετ᾽ αὐτοῦ πρίν τι κενόν τε καὶ ἀνυπόστατον διαμέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένως καταλαμβάνεται, οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν υἱὸν, ὥς ποτε τὸν μονογενῆ δίχα τοῦ πνεύματος νοηθῆναι, ἀλλ᾽ ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς, διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν.

perſcrutans, & exquirens mens intelligit, aliud cum alio conferens, illique præponens propter aliquod temporis interuallum, de increata, & quæ ante ſecula fuit natura concipiet, in qua eſt Pater abſque principio, & ingenitus, & ſemper intelligitur eſſe Pater, ex eodem vero continue abſque vlla ſegregatione vnigenitus Filius vna cum Patre intelligitur, per ipſum & cum ipſo antequam inane & abſq; vlla ſubſiſtentia intellectio intermediet, ſtatim Spiritus ſanctus coniuncte concipitur, non poſt Filium ſecundum exiſtentiam poſterior tempore. Vt aliquo tempore vnigenitus ante Spiritum præintelligatur. Sed ex rerum omnium cauſa Deo & ipſe principium ſui habens, vnde & vnigenitum lumen eſt, qui per verum lumen eluxit.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τὴν αὐτὴν κἀνταῦθα δέχου διδασκαλίαν, αἴτιον μὲν καὶ ἀμφοτέρων τοῦ τε υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν πατέρα κηρύττουσαν, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ μὲν, οὐ μὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ, διὰ δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκλάμψαν τὸ πνεῦμα δοξάζουσαν.

ANIMADVERSIO.

Eandem hic quoque accipito doctrinam, cauſam vtriuſque Filij nempe & ſpiritus Patrem hic euulgat: & ex Deo, non ex Filio, ſed per Filium Spiritum eluxiſſe inſinuat.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Αἴτιον μὲν ἀμφοτέρων κἀνταῦθα τοῦ τε υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα ἡ ῥηθεῖσα κηρύττει περικοπὴ, πλὴν ἀλλὰ διαφόρως αἴτιον, τοῦ μὲν υἱοῦ κατὰ τὸ προσεχὲς, τοῦ δὲ πνεύματος διὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ ἡ τοιαύτη διαφο-

REFVTATIO.

Cauſam vtique vtriuſque Filij nempe & Spiritus appoſita pericope Patrem prædicat, ſed alio atque alio modo, Filij ob continuitatem, Spiritus per Filium. & hoc diſcrimen cauſatorum

satorum alterum ex solo Patre insinuat, alterum ex vtroque. Etenim si ambo causata ex solo Patre essent, causa non esset diuerso modo causa.

Ex eodem.

CXIII. *Non oportet imagini seruientes præbere calumniatoribus ansam in exempli imbecillitate. Non radium ex sole intelligemus, sed ex ingenito Sole alium solem, Filium scilicet simul prima intellectione per generationem vna cum ipso effulgentem, eidemq; per omnia æqualem pulchritudine, virtute, splendore, magnitudine, claritate, & vno verbo omnibus, quæ soli inesse cernuntur: & rursus aliud simile lumen Spiritum eodem modo, non temporis aliquo interuallo a genito lumine dissectum; sed per illud splendens, ac hypostaseos causam habens ex primo illo, ac exemplari lumine.*

ANIMADVERSIO.

Agnoscis ne hanc eandem pericopem eadem ipsa docere, quæ & antea posita docuit, per Filium quidem elucere Spiritum, ex primo lumine Patre scilicet causam habere decernens?

REFVTATIO.

Vere iam adducta pericope, ex primo lumine, Patre scilicet, Spiritum causam sui habere decernit, veruntamen per Filium, non ex solo Patre ipsum esse manifestat.

ρεῖ, τὸ μὲν τῶν αἰτιατῶν ἐκ μόνου δείκνυσι τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ, ἐξ ἀμφοῖν. Εἰ γὰρ ἐκ μόνου ἦσαν ἄμφω τὰ αἰτιατὰ, οὐδὲ διαφόρῳ ἂν τρόπῳ ἦν αἴτιον τὸ αἴτιον.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ριγ΄. Οὐ γὰρ ἀνάγκη πάσῃ τῇ εἰκόνι δουλεύοντας, δοῦναι τοῖς συκοφάνταις λαβὴν ἐν τῇ τοῦ ὑποδείγματος ἀτονίᾳ. οὐχ ἀκτῖνα ἐξ ἡλίου νοήσομεν, ἀλλ' ἐξ ἀγεννήτου ἡλίου ἄλλον ἥλιον, ὁμοῦ τῇ πρώτῃ ἐπινοίᾳ γεννητῶς αὐτοῦ συνεκλάμποντα, καὶ κατὰ πάντα ὡσαύτως ἔχοντα κάλλει, δυνάμει, λαμπηδόνι, μεγέθει, φαιδρότητι, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς περὶ τὸν ἥλιον θεωρουμένοις, καὶ πάλιν ἕτερον τοιοῦτον φῶς, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐ χρονικῷ τινὶ διαστήματι τοῦ γεννητοῦ φωτὸς ἀποτεμνόμενον, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν ἐκλάμπον, τὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἔχον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου φωτός.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Συνίης, πῶς καὶ ἡ παροῦσα περικοπὴ, τὰ αὐτὰ τῇ προλαβούσῃ διδάσκει σε, διὰ τοῦ υἱοῦ μὲν ἐκλάμπειν τὸ πνεῦμα, ἐκ δὲ τοῦ πρώτου φωτὸς τοῦ πατρὸς δηλονότι, τὴν αἰτίαν ἔχειν αὐτὸ λέγουσα.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς καὶ ἡ ῥηθεῖσα περικοπὴ ἐκ τοῦ πρώτου φωτὸς τοῦ πατρὸς δηλονότι τὸ πνεῦμα τὴν αἰτίαν λέγουσα ἔχειν, διὰ τοῦ υἱοῦ δὲ, οὐκ ἐκ μόνου εἶναι αὐτὸ δηλοῖ τοῦ πατρός.

Ex

Ἐκ τοῦ πρὸς Ἀβλάβιον.

ριδʹ. Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ, διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου.

Ex Oratione ad Ablabium.

CXIV. *Nam hoc quidem continenter & ſine medio ex primo eſt: hoc vero per id, quod immediate, & continenter eſt ex primo.*

ἘΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπιμελῶς τὴν παροῦσαν περικοπὴν ἀναγνοὺς, ἀναλόγισαι, πῶς διὰ τῶν ἐν ταύτῃ λέξεων, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ μὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα διδάσκει ὁ Ἅγιος, προσεχῶς εἰπὼν ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, δι' αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐδὲν γὰρ ἄλλο σημαίνειν δοκεῖ μοι τὸ, τὸ δὲ, διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ἀλλ' ἢ τὸ, μὴ ἐκ τοῦ προσεχῶς εἶναι.

ANIMADVERSIO.

Diligenter hanc pericopem percurrens conſidera, ex dictionibus in ea poſitis nihil aliud, quam non ex Filio eſſe Spiritum ſanctum docere, continenter ex Patre Filium dicens, per ipſum autem Spiritum ex Patre. Nihil enim aliud ſignificare mihi videtur, hoc quidem continenter ex primo, quam non ex continente eſſe.

ἈΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Σημαίνει μὲν ἡ παροῦσα περικοπὴ, μὴ εἶναι ἐκ τοῦ προσεχῶς τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ ἐκ τοῦ προσεχῶς, ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς, διὰ δὲ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου αὐτὸ εἶναι σημαίνουσα, δηλοῖ, μὴ ἐκ μόνου τοῦ πρώτου εἶναι αὐτό.

REFVTATIO.

Significat quidem præſens pericope, non eſſe ex continente Spiritum: ſed quia ipſe non eſt ex continente, veluti ex prima cauſa & principio. Veruntamen per continentem ex primo ipſum eſſe declarans, manifeſte oſtendit, non ex ſolo primo ipſum eſſe.

Ἐκ τοῦ εἰς τὸν Πρωτομάρτυρα ἅγιον Στέφανον Ἐγκωμίου.

ριεʹ. Στέφανος δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ. οὐ γάρ ἐστι, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, φῶς ὀφθῆναι, μὴ ἐν τῷ φωτὶ καθορώμενον, ἐν γὰρ τῷ φωτί σου, φησὶν, ὀψόμεθα φῶς. οὐκ ἐνδέχεται, εἰ μὴ ἐν τῷ φωτὶ γένεσθαι τὴν

Eiuſdem ex Laudatione in Protomartyrem Stephanum.

CXV. *Stephanus autem, cum eſſet plenus Spiritu ſancto, vidit gloriam Dei, & vnigenitum Dei Filium. Non enim fieri poteſt, vt inquit Propheta, vt lumen videatur, niſi in lumine conſpiciatur. In lumine enim, inquit,* tuo

suo videbimus lumen. Si igitur non nisi per lumen fieri luminis contemplatio potest, quomodo si quis extra radios versetur, solem contueri potest? Quoniam igitur in lumine Patris, hoc est in Spiritu sancto illinc procedente unigenitum conspicitur lumen, idcirco gloria Spiritus prius illuminatus plena mentis comprehensione, & Patris & Filij gloriam percipit. Nam quomodo alioquin dictum Euangelicum, Deum nemo vidit unquam verum esse dicemus?

τοῦ φωτὸς θεωρίαν. πῶς ἐστιν ἀπιδεῖν εἰς τὸν ἥλιον, ἔξω τῶν ἀκτίνων γινόμενον; Ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ φωτὶ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, τῷ ἐκεῖθεν ἐκπορευομένῳ, τὸ μονογενὲς καθορᾶται, διὰ τοῦτο προκαταυγασθεὶς τῇ δόξῃ τοῦ πνεύματος ἐν περινοίᾳ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ δόξης ἐγένετο. Ἐπεὶ πῶς τὴν Εὐαγγελικὴν φωνὴν ἀληθεύειν φήσομεν, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε;

ANIMADVERSIO.

Nota hic quoque ex Patre Spiritum procedentem.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Σημείωσαι κἀνταῦθα τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον.

REFVTATIO.

Ex Patre dicit Spiritum procedere etiam adducta pericope. Cum vero in Spiritu inde procedente manifestet lumen unigenitum conspici, quanam ratione in Spiritu unigenitus conspici poterit, si ex solo Patre lumen ex lumine, & non per Filium Spiritus esset ex Patre?

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν τὸ πνεῦμα λέγει ἐκπορευόμενον, καὶ ἡ ῥηθεῖσα περικοπή. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἐκεῖθεν ἐκπορευομένῳ δηλοῖ τὸ μονογενὲς φῶς καθορᾶσθαι, πῶς ἂν εἴη ἐν τῷ πνεύματι καθορώμενος ὁ μονογενὴς εἴπερ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ οὐχὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἐκ πατρός;

Dicta sancti DIONYSII.

S. Dionysij Areopagitæ de diuinis nominibus Epistolæ ad Timotheum

Cap. 2.

CXVI *Quin etiam est in superessentialibus Dei nominibus distinctio, qua non tantum, ut dixi, secundum ipsam unionem qualibet præcipuarum persona-*

Ῥήσεις τοῦ ἁγίου ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.

Τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου. ἀπὸ τῆς περὶ θείων ὀνομάτων πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῆς

β΄. Κεφαλαίου.

ρις΄. Ἔστι δὲ καὶ διάκρισις ἐν ταῖς ὑπερουσίοις θεολογίαις, οὐχ ἣν ἔφην μόνον, ὅτι κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἕνωσιν ἀμιγῶς ἵδρυται, καὶ ἀσυγχύτως ἑκάστη τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, ἀλλ᾽ ὅτι

rum

καὶ τὰ τῆς ὑπερουσίου θεογονίας οὐκ ἀντιστρέφει πρὸς ἄλληλα, μόνη δὲ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ πατήρ, οὐκ ὄντος υἱοῦ τοῦ πατρὸς, οὐδὲ πατρὸς τοῦ υἱοῦ, φυλαττόντων δὲ τὰ οἰκεῖα τῶν ὕμνων ἁγνῶς ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων.

rum impermixta, atque inconfuſa ponitur, verum etiam ea, quæ ſuperſubſtantialis illius diuinæ generationis ſunt inter ſe minime reciprocantur. Adeo vt ſolus Pater fons ſit in ſuperſubſtantiali deitate, atque ita Pater non ſit Filius, neque Filius ſit Pater, ſed cuicunque diuinarum perſonarum propriæ ſuæ laudes inuiolatæ conſeruentur.

ΕΡΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκήκοας καὶ τοῦ πολλοῦ τὰ θεῖα Διονυσίου, μόνον τὸν πατέρα ῥητῶς, πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος δηλαδὴ δογματίζοντος.

ANIMADVERSIO.

Audis in rebus diuinis exponendis acutiſſimum Dionyſium ipſiſſimis verbis ſolum Patrem ſupereſſentialis deitatis, Filij nempe & Spiritus, fontem decernere?

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

nobis fingimus: ita enim diuinæ naturæ amplitudo, atque maiestas in humilitatem deprimeretur, si Spiritum, qui in ea est, parem spiritui nostro esse conijceremus, sed vim essentialem, quæque separatim, atq; in propria hypostasi consideretur, atque a Patre progrediatur, & in verbo conquiescat, ipsumque declaret, & exprimat: quæ præterea nec a Deo, in quo est, diuelli, nec a Verbo, cuius comes est, disiungi queat, nec denique ita dilabatur, vt omnino esse desinat, verum æque ac Verbum existat, viuat, velit, suapte vi moueatur, operetur, bonum semper velet, atque ad id omne quod proposuit, coniunctam cum voluntate potentiã habeat, eaque natura sit, vt nec principium habuerit, nec finem habitura sit. Neque enim Patri verbum vnquam defuit, nec verbo spiritus. Ita per naturæ vnitatem Gentilium multos Deos asserentium error extinguitur, ac rursus per Verbi, & Spiritus admissionem Iudæorũ dogma euertitur; remanetq; id quod in vtraq; secta commodi inest.

ἡμετέρου πνεύματος καὶ τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα ὑπονοοῖτο, ἀλλὰ δύναμιν οὐσιώδη, αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει θεωρουμένην, ἐκ τοῦ πατρὸς προερχομένην, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἀναπαυομένην, καὶ αὐτὴν οὖσαν ἐκφαντικὴν, οὔτε χωρισθῆναι τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐστὶ, καὶ τοῦ λόγου, ᾧ συμπαρομαρτεῖ δυναμένην, οὔτε πρὸς τὸ ἀνύπαρκτον ἀναχεομένην, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα τοῦ λόγου καθ' ὑπόστασιν οὖσαν, ζῶσαν, προαιρετικὴν, αὐτοκίνητον, ἐνεργὸν, πάντοτε τὸ ἀγαθὸν θέλουσαν, καὶ πρὸς πᾶσαν θέλησιν σύνδρομον ἔχουσαν τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν, μήτε ἀρχὴν ἔχουσαν, μήτε τέλος, οὐ γὰρ ἐνέλιπέ ποτε τῷ πατρὶ λόγος, οὔτε τῷ λόγῳ πνεῦμα. οὕτως διὰ μὲν τῆς κατὰ φύσιν ἑνότητος ἡ πολύθεος τῶν Ἑλλήνων ἐξαφανίζεται πλάνη, διὰ δὲ τῆς τοῦ λόγου παραδοχῆς καὶ τοῦ πνεύματος τῶν Ἰουδαίων καθαιρεῖται τὸ δόγμα, ἑκατέρας τε αἱρέσεως παραμένει τὸ χρήσιμον.

ANIMADVERSIO.

Nota hunc quoque Sanctum, accuratissimum dogmatum assertorem, concorditer cum alijs sanctis Patribus, Deum pro Patre accepisse, cum dicit, Spiritus Domini, statimq; subdat, verbum comitantem. Hoc item apertissime demonstrat verbis fini huiusce pericopes annexis, dum vocat

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Σημείωσαι πῶς καὶ οὗτος ὁ λίαν ἀκριβέστατος δογματιστὴς ἅγιος, συμφώνως τοῖς λοιποῖς θείοις πατράσι τὸ Θεοῦ ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβάνεται, εἰπὼν πνεῦμα Θεοῦ, καὶ εὐθὺς ἐπαγαγὼν, τὸ συμπαρομαρτοῦν τῷ λόγῳ. τοῦτο δὲ σαφέστατα δείκνυσι, καὶ ἐξ ὧν ἐν τῷ τέλει τῆς περικοπῆς ταύτης διέξεισιν, οὐσιώδη λέγων τὸ πνεῦμα

Spiri-

δύναμιν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευομένην καὶ ἐν υἱῷ ἀναπαυομένην, ἀφ' ὧν καὶ ὁ περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ προγραφεὶς ἡμέτερος λογισμὸς, ὡς οἶμαι, ἐπιστηρίζεται.

Spiritum essentialem potentiam, ex Patre procedentem, & in Filio quiescentem, quibus & nostra antea exposita consideratio, nempe ex ipsa, & in ipsa, vti reor, constabilitur.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐπιστηρίζεται δὴ καὶ ὁ ἡμέτερος λογισμὸς, περὶ τοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα διὰ υἱοῦ ἐκ πατρὸς, ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν Ἅγιον, δεῖ δὲ τὸν λόγον καὶ πνεῦμα ἔχειν, καὶ ἔτι ἀπὸ τοῦ λέγειν, οὐ γὰρ ἐνέλιπέ ποτε τῷ πατρὶ λόγος, οὔτε τῷ λόγῳ πνεῦμα. ταῦτα γὰρ λέγων, φαίνεται τῷ πατρὶ διὰ τοῦ λόγου συνάπτων τὸ πνεῦμα. ὁ δὲ διὰ τοῦ λόγου τῷ πατρὶ συνάπτων τὸ πνεῦμα, ἄντικρυς στεντόρειον βοᾷ, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ λόγου εἶναι αὐτό. σκεπτέον δὲ καὶ ὅπως, τὸ, προερχομένην ἀντὶ τοῦ, ἐκπορευομένην ὁ Ἅγιος εἶπεν.

REFVTATIO.

Nostra quoque consideratio constabilitur, nempe Spiritum per Filium ex Patre esse, cum Sanctus enunciet, *Suus quoque spiritus Verbo sit oportet*: necnon; *Neque enim Patri verbum vnquam defuit, nec Verbo spiritus*. Hæc dum asserit, videtur Patri per Verbum spiritum coniungere. Qui vero Patri spiritum per Verbum coniungit, næ ille Stentoris instar clamat, ex Patre per Filium spiritum esse. Illud etiam attendendum est illum, *progrediatur*, loco illius, *procedat*, supposuisse.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν ή. τῶν θεολογικῶν Κεφαλαίων περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

ρλέ. Υἱὸς δὲ καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, διὰ τὸ τέλειον, καὶ ἐνυπόστατον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον εἶναι τῷ πατρὶ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. μονογενὴς δὲ, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μόνως ἐγεννήθη. οὐ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεννήσει. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλος υἱὸς τοῦ Θεοῦ. εἰ γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ

Eiusdem ex Capitibus Theologicis de sancta Trinitate.

CXXXV. *Filius autem & character paternæ substantiæ, quia perfectus est, vereque existit, atque excepta ingeniti proprietate per omnia Patrem refert, atque exprimit. Vnigenitus item quia solus ex solo Patre singulari modo genitus est. Neque enim vlla alia generatio est, quæ filij Dei generationi comparari possit, Quandoquidem nec alius quoque Filius Dei est. Quamuis enim Spiritus quoque sanctus ex Patre*

prodierit, non tamen generationis sed processionis modo prodÿt. Alius autem hic existentiæ modus incomprehensibilis item, & incognitus, quemadmodum & Filij generatio.

τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως οὗτος, ἄληπτός τε καὶ ἄγνωστος, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις.

ANIMADVERSIO.

Attende diligenter, Sanctum processionẽ ex Patre Spiritus existentiæ modum nuncupare. Qui itaque eam ex Filio tradit, errat, duas eiusdem absque ulla hæsitatione causas introducens.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπίστησον ἀκριβῶς, πῶς τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος, τρόπον ὑπάρξεως ὀνομάζει ὁ ἅγιος. ὁ γοῦν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ταύτην λέγων σφάλλεται, δύο ταύτης εἰσάγων ἀναμφιρρήτως αἴτια.

REFVTATIO.

Dum propriæ sententiæ obstinate incumbis, profecto tua sapientia digna non loqueris. Id etenim si non esset, duas spiritus causas Patrem & Filium non affirmasses, quod processio modus existentiæ est. Scaturit Spiritus ex Patre & Filio: est nẽpe naturaliter, & essentialiter. Effunditur spiritus ex Patre & Filio: est nempe naturaliter & essentialiter. Effluit Spiritus ex Patre & Filio: est nempe naturaliter & essẽtialiter. Dictiones hæ omnes naturalem & essentialem existentiam notant, & tamen duæ spiritus Pater & Filius causæ non præsumuntur. Et quia processio modus existentiæ est, quod distinctionem existentiæ infert, duorum principiorum crimen incurrit, qui eam etiam ex Filio asserit? Existentiæ modus, siue discrimen, idem enim est, ipsum spiritus nomen subsequitur. Et qui

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὦ πῶς ἐθελογνωμονῶν οὐκ ἄξια τῆς σοφίας σου φθέγγῃ. εἰ γὰρ μὴ τοῦτ' ἦν, πότε αἱ δύο αἴτια εἰρήκεις τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, διὰ τὸ τὴν ἐκπόρευσιν τρόπον ὑπάρξεως εἶναι. ἀναβλύζει τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τουτέστιν ὑπάρχει φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς. προχεῖται τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τουτέστιν ὑπάρχει φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς. πηγάζει τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τουτέστιν ὑπάρχει φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς. καὶ τῶν λέξεων ἁπασῶν τούτων τὴν φυσικὴν καὶ οὐσιώδη ὕπαρξιν δηλουσῶν, δύο αἴτια τοῦ πνεύματος οὐκ εἰσὶν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, καὶ διὰ τὸ τὴν ἐκπόρευσιν τρόπον ὑπάρξεως, ὅ ἐστι διαφορὰν ὑπάρξεως εἶναι, δυαρχίας ἐγκλήματι περιπίπτει ὁ λέγων ταύτην καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ; ὁ τῆς ὑπάρξεως τρόπος, ταυτὸν δ' εἰπεῖν διαφορά, αὐτῷ τῷ τοῦ πνεύ-

μᾶλλον ὀνόματι ἀκολουθεῖ, καὶ ὁ εἰπὼν πνεῦμα ἀναβλύζον, ἢ προχεόμενον, ἢ πηγάζον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἐκπορεύσεως τὴν πρὸς τὸν υἱὸν διάφορον τοῦ πνεύματος ἐδήλωσεν ὕπαρξιν, κἂν μὴ τῇ διὰ χειλέων λέξει τὴν τοιαύτην προσενέγκῃ διαφοράν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρλϛʹ. Μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος. οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν αὐτῷ ὑποστάσεως τὸ εἶναι, καὶ μόνος ὁ υἱὸς γεννητὸς ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεννηθείς, καὶ μόνον τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, οὐ γεννώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τοῦτο σαφέστατον ὄν, οὐ δεῖται πλείονος ἐπεργασίας, ὡς οὐδὲ τὸ ἐφεξῆς.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς ἡ ῥηθεῖσα περικοπὴ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς λέγει τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον, διὰ τὸ τὸν πατέρα ἄναρχον καὶ πρώτην αἰτίαν εἶναι υἱοῦ τε καὶ πνεύματος. ὁ δὲ εἰδὼς τὸ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν συμφυὲς, μὴ ἄλλως θεωρεῖσθαι, εἰ μὴ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα, ἐκεῖνος καὶ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ πνεῦμα ἐρεῖ πάνυ τοι ἀσφαλέστατα.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Κεφαλαίου.

ρλζʹ. Ὁμοίως πιστεύομεν, εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποι-

qui dicit, ſpiritum exilientem effuſum, effluentem, & ex ipſo nomine, quemadmodum ex ipſa proceſſione, diuerſitatem exiſtentiæ, quæ eſt inter Filium & ipſum connotauit, licet dictione per labia elapſa ſimilem diſtinctionem non exprimat.

Ex eodem.

CXXXVI. *Solus enim Pater ingenitus eſt: nec enim ab altera hypoſtaſi eſſe habet. Solus etiam Filius genitus. Ex Patris enim ſubſtantia ſine principio vllo, ac tempore genitus eſt. Solus deniq; Spiritus ſanctus ex Patris ſubſtantia progreditur, non genitus ſed procedens.*

ANIMADVERSIO.

Hoc cum clariſſimum ſit, exactiori expoſitione non indiget, vti & illud quod ſequitur.

REFVTATIO.

Vere dicta pericope ex eſſentia Patris aſſerit Spiritum procedere, quod Pater ſit ſine vllo principio & prima cauſa Filij, & Spiritus. At qui nouerit Spiritus & Filij erga Patrem naturæ communionem, concipi non poſſe, niſi per Filium ſpiritus ſit ex Patre, næ ille ex vtroque ſpiritum ſine vlla erroris nota aſſeuerabit.

Ex eodem.

CXXXVII. *Similiter credimus & in vnum Spiritum ſanctũ, Domi-*

Dominum, & viuificantem, qui ex Patre procedit, & in Filio conquieſcit; & qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur.

ὄν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐν υἱῷ ἀναπαυόμενον, τὸ τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενόν τε καὶ συνδοξαζόμενον.

ANIMADVERSIO.

Accipito ex hac quoque pericope probationem, recte nos animaduertiſſe, dixiſſeq; de illo, ex ipſa & in ipſa, quæcunque prænotauimus.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Δέχου κἀκ τῆς παρούσης περικοπῆς μαρτυρίαν περὶ τοῦ καλῶς ἡμᾶς ἐπιστῆναι καὶ εἰπεῖν περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ, ὅσα προεπεσημειωσάμεθα.

REFVTATIO.

Satis ergo & tibi fuerint, pro oppugnatione huiuſce tuæ animaduerſionis ſupra per nos allata, & quæ de illo, *ex ipſa & in ipſa*, prænotauimus.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀρκέσει σοι λοιπὸν εἰς ἀντίρρησιν τῆς παρούσης περικοπῆς, καὶ ὅσα ἡμεῖς προενηνέγμεθα, ἐν οἷς προεπεσημειώσαμεν τὰ περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ.

Ex eodem.

CXXXVIII. *Per omnia Patri ac Filio ſimilis, ex Patre procedens, ac per Filium omni creaturæ impertitus, atque perceptus, per ſe ipſum omnia creans.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρλή. Κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ δι' υἱοῦ μεταδιδόμενον καὶ μεταλαμβανόμενον ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ δι' ἑαυτοῦ κτίζον τὰ σύμπαντα.

ANIMADVERSIO.

Audiſne ex Patre Spiritum procedentem per Filium vero impertitum, & communicatum, non vero ex eo procedentem.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούεις ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον τὸ πνεῦμα, δι' υἱοῦ δὲ μεταλαμβανόμενον καὶ μεταδιδόμενον, οὐ μὴν ἐκ τούτου ἐκπορευόμενον.

REFVTATIO.

Verum tu quoque audiſti, quod per Filium impertitur, & communicatur, vti per Filium exiſtens, communicari & percipi per ipſum.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ἤκουσας καὶ ὅτι τὸ δι' υἱοῦ μεταλαμβανόμενον καὶ μεταδιδόμενον, ὡς δι' υἱοῦ ὑπάρχον μεταλαμβάνεται καὶ μεταδίδοται δι' αὐτοῦ.

Ex eodem.

CXXXIX. *Pater quippe cau-*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρλθ'. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αἴτιος

ſa ex-

καὶ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἔκ τινος, οὐδὲ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχει, οὐδέ τι τῶν ὅσα ἔχει. αὐτὸς δὲ μᾶλλον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ πῶς εἶναι φυσικῶς τοῖς πᾶσιν. ὁ δὲ υἱὸς, γεννητῶς ἐκ τοῦ πατρὸς. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ αὐτὸ μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. καὶ ὅτι μὲν ἐστὶ διαφορὰ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως μεμαθήκαμεν, τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς διαφορᾶς οὐδαμῶς. ἅμα γὰρ καὶ ἡ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς γέννησις, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπόρευσις. πάντα γοῦν ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι. καὶ εἰ μὴ ὁ πατὴρ ἐστὶν, οὐδὲ ὁ υἱὸς ἐστὶν, οὐδὲ τὸ πνεῦμα, καὶ διὰ τὸν πατέρα, τουτέστι διὰ τὸ εἶναι τὸν πατέρα ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ διὰ τὸν πατέρα ἔχει ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, πάντα ἃ ἔχει, τουτέστι διὰ τὸ τὸν πατέρα ἔχειν αὐτὰ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι τρεῖς ὑποστάσεις, οὐκ οὐσίᾳ, τῷ δὲ χαρακτηριστικῷ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀδιαιρέτως διαιρούμεναι.

sæ expers est, atque ingenitus. Nec enim ex quoquam est; a se ipso enim esse habet: nec quicquã eorum quæ habet, ab alio habet: quin potius ipse rebus omnibus principium est, causaq; tum quod sint, tũ quod naturaliter certo modo sint. Filius autẽ ex Patre est, generationis modo. Spiritus vero sanctus, & ipse quoq; ex Patre est; non tamen gignendi modo, sed procedendi. Et quidem generationem, & processionem inter se differre compertum habemus: cæterum quis huius differentiæ modus sit, prorsus nos fugit. Simul porro & Filij ex Patre generatio, & Spiritus sancti processio est. Omnia igitur quæ Filius & Spiritus habent, atq; adeo hoc ipsum, quod sunt. Quo si Pater non est, sane nec Filius est, nec Spiritus. Itidem si Pater nihil habet, nec Filius quidem quicquam habet, nec Spiritus. Ac propter Patrem, idest quia Pater est, Filius quoq; & Spiritus sunt. Et rursus propter Patrem habent Filius & Spiritus, omnia quæ ipse habet; hoc est quia Pater hæc habet. Excipiendæ tantummodo sunt ingeniti, geniti, & processionis voces. In his enimdumtaxat hypostaticis proprietatibus tres sanctæ Trinitatis personæ inter se differunt, non essentia, sed peculiari cuiusque personæ nota indistinctim distinctæ.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ·

Πρόσεχε ἀκριβῶς, ἅμα ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσις. ὃ σημειώ-

ANIMADVERSIO.

Attendito diligenter, simul & Filij ex Patre generationem, & Spiritus processionem esse. Notato pre-

ro praeterea quod sint & Filium & Spiritum ex Patre habere.

REFVTATIO.

Neque ab exquisita rerum tractatione absonum fuerit, interrogatione contra proposita vti. Si igitur *simul*, quando Spiritus per Filium processio fuerit? Hoc enim ita se habet. si quod simul ideo non ex Filio, quod simul neque per Filium. Sed per Filium est, & simul. ergo ex Filio & simul fuerit. Quae vero adnotatio indicat, ex Patre & Filium & Spiritum habere quod sint, haec eadem probat, non duas esse causas Spiritus, licet ex Filio Spiritus dicatur esse. Etenim si ipsum quod sit ex Patre dicitur Filius habere indistinctim & simul cum illius aeternitate, quomodo proprium principium aut secundum post Patrem illius, qui per ipsum indiuisim ex Patre Spiritus procedit, fuerit, & non potius amborum principium Pater, ad quem, & quod per Filium dicitur esse, refertur?

σιν δὲ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει ὅ, τε υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐδὲν ἀπᾷδον τῇ ἀκριβείᾳ, ἐπερωτήσαντας καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν. εἰ γοῦν ἅμα, πότε ἡ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσις. ἔχει γὰρ οὕτω. εἰ διότι ἅμα διὰ τοῦτο οὐκ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, διότι ἅμα, οὐδὲ διὰ τοῦ υἱοῦ. ἀλλὰ μὴν διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἅμα, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἄρα καὶ ἅμα. ἡ δὲ δηλοῦσα ἐπισημείωσις ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχειν τὸ εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, αὕτη ἐστὶν ἡ παριστῶσα μὴ δύο εἶναι τὰς αἰτίας τοῦ πνεύματος. εἰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγεται εἶναι τὸ πνεῦμα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει ὁ υἱὸς ἀδιαιρέτως τε καὶ συναϊδίως, πῶς αὖ ἰδία ἀρχή, ἢ δευτέρα μετὰ τὸν πατέρα ἀρχὴ τοῦ δι' αὐτοῦ ἀδιαιρέτως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευομένου πνεύματος ἔσται, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀμφοτέρων ὁ πατὴρ ἔσται ἀρχή, πρὸς ὃν ἀναφέρεται καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ λεγόμενον εἶναι;

Ex eodem.

CXL. *Ac proinde nec tres Deos, Patrem & Filium & Spiritum sanctum asserimus, quin potius Trinitatem vnum Deum dicimus, sic videlicet vt Filius & Spiritus sanctus ad vnum authorem referantur.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρμ'. Διὸ οὐδὲ τρεῖς Θεοὺς λέγομεν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕνα δὲ μᾶλλον Θεόν, τὴν ἁγίαν Τριάδα, εἰς ἓν αἴτιον υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων.

ANIMADVERSIO.

Vnam causam rursus Patrem

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἓν αἴτιον πάλιν τὸν πατέρα δη-

nempe

λαθὶ τοῦ υἱοῦ καὶ πνεύματος μάνθανε.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ καὶ πάλιν διάφορον αἴτιον εἰδῆτι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα. διάφορον δὲ αἴτιον ὁ πατὴρ, ὅτι τοῦ μὲν υἱοῦ δι᾽ οὐδενός ἐστιν αἴτιος, τοῦ δὲ πνεύματος διὰ τοῦ υἱοῦ. Εἰ γὰρ ἀμέσως ἀμφότερα ἐκ πατρὸς, καὶ ὁ πατὴρ ἀδιάφορον αἴτιον, καὶ τὰ αἰτιατὰ υἱοὶ ἂν ἦσαν καὶ ἄμφω, καὶ μαρτυρήσει μοι τὸν λόγον ὁ ἐν ἁγίοις δογματικώτατος Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ ἐν τῷ δογματικῷ Λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἄτοπον οἶμαι, καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα, φάσκων οὕτω ῥητῶς, Πνεῦμα, καθὰ φθάσας ἔφην, λέγεται ὁ Θεὸς, καὶ ἅγιος, συντεθέμενα δὲ ἄμφω τὰ ὀνόματα τῷ ἰδίως καλουμένῳ, πνεῦμα ἅγιον ἁρμόζει καθάπερ ἡ τοῦ πατρὸς ἐπίκλησις τῷ αἰτίῳ, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ, τῷ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου.

nempe Filij & Spiritus discito.

REFVTATIO.

Sed rursum diuersam causam Filij & Spiritus Patrem tu quoque perdiscito. Diuersa autem causa Pater est, quod Filij per nullum alium, Spiritus per Filium causa est. Etenim si ambo essent ex Patre immediate, & Pater indifferens causa, vtique & ipsa causata ambo filij essent. Et fidem sermoni meo conciliabit dogmatum assertor maximus Theodorus Raithenus, qui Oratione sua Dogmatica, cuius illud principium est, *Absurdum esse, & probe hoc existimaui*, hæc ipsissima habet; *Spiritus, vt iam antea dixi, Deus, & Sanctus Deus, quæ nomina ambo simul concinnata, qui proprie sic vocatur Spiritus sanctus, aptantur quemadmodum Patris appellatio causæ, & ea quæ Filij est illi, qui ex causa immediate est.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρμά. Εἷς πατὴρ, καὶ ὁ πατὴρ ἄναρχος, τουτέστιν ἀναίτιος, οὐ γὰρ ἔκ τινος, εἷς υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἄναρχος, τουτέστιν, οὐκ ἀναίτιος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ. εἰ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ χρόνου λάβῃς ἀρχὴν καὶ ἄναρχος. ποιητὴς γὰρ χρόνων οὐχ ὑπὸ χρόνου. ἓν πνεῦμα ἅγιον τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐχ υἱϊκῶς δὲ, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς, οὔ-

Ex eodem.

CXLI. *Vnus Pater, & originis expers, hoc est causæ. Neq; enim ex vllo est. Vnus item Filius est Filius, non tamen principij, hoc est causæ, expers. Quod si principium hoc de tempore intelligas, principio quoque caret. Neque enim tempori subest temporum effector. Vnus denique Spiritus, Spiritus sanctus est, progressus ex Patre, non tamen filiationis modo, sed processionis. Nec*

vero Pater idcirco ab ingeniti proprietate desciuit, quia genuit: nec rursus Filius a generatione, quia ex ingenito genitus est. qui enim hoc fieri posset? nec postremo Spiritus, aut in Patrem aut in Filium immutatus est, quia processit, & quia Deus est. Immobilis siquidem est proprietas. Quo enim alioquin modo proprietas sibi constaret, si moueretur, atque a se desciscerct? Nam si Filius Pater est, Pater sane proprie non est. Vnus enim proprie Pater est. Eodẽ modo si Filius Pater est, Filius proprie non est. Vnus enim proprie Filius est, atque unus Spiritus sanctus. Hoc porro scire operaepretium est, quod Patrem ex ullo esse minime dicimus, sed Filij Patrem esse asserimus. Filium item nec causam, nec Patrem esse dicimus, verum eum & ex Patre esse, & Patris Filium esse. Denique Spiritum sanctum, & ex Patre esse statuimus, & Patris Spiritum appellamus. At vero eum ex Filio esse non dicimus, sed Filij Spiritum nominamus. Si quis enim spiritum Christi non habet, ait Apostolus, hic non est eius. atque ipsum nobis per Filium & patefactum esse, & impertiri confitemur. Insufflauit enim ait ille, & dixit Discipulis suis, Accipite Spiritum sanctum. Quemadmodum videlicet ex sole quidem, & radius & splendor ortum habent, ipse enim & radij, & splendoris fons est, per radium autem nobis splendor communicatur, atque ipse est, qui nos collustrat, atque

τε τοῦ πατρὸς ἐκστάντος τῆς ἀγεννησίας, ὅτι γεγέννηκεν, οὔτε τοῦ υἱοῦ τῆς γεννήσεως, ὅτι ἐκ τοῦ ἀγεννήτου, πῶς γάρ; οὔτε τοῦ πνεύματος μεταπεπτωκότος εἰς πατέρα ἢ υἱὸν, ὅτι ἐκπεπόρευται, καὶ ὅτι Θεός, ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος. ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένη, κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα. Εἰ γὰρ υἱὸς ὁ πατὴρ, οὐ πατὴρ κυρίως, καὶ εἰ πατὴρ ὁ υἱὸς, οὐ κυρίως υἱὸς, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸν πατέρα οὐ λέγομεν ἔκ τινος, λέγομεν δὲ αὐτὸν τοῦ υἱοῦ πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν οὐ λέγομεν αἴτιον οὐδὲ πατέρα, λέγομεν δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱὸν τοῦ πατρός. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, πνεῦμα δὲ υἱοῦ ὀνομάζομεν. εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ δι' υἱοῦ πεφανερῶσθαι καὶ μεταδίδοσθαι ἡμῖν ὁμολογοῦμεν. ἐνεφύσησε γὰρ καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου μὲν ἥτε ἀκτὶς καὶ ἡ ἔλλαμψις, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς τε ἀκτῖνος καὶ τῆς ἐλλάμψεως, διὰ δὲ τῆς ἀκτῖνος ἡ ἔλλαμψις ἡμῖν μεταδίδοται, καὶ αὐτή ἐστιν ἡ φωτίζουσα ἡμᾶς καὶ μετεχομένη ὑφ' ἡμῶν. τὸν δὲ υἱὸν, οὔτε τοῦ πνεύματος

a nobis

λεγόμενον, ἔτι μὴν ἐκ τοῦ πνεύματος.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπιστατικώτερον ταύτης ἀκούσας τῆς περικοπῆς, καὶ τὴν διὰ ταύτης διδασκαλίας συμβίβασον πρὸς ἅπερ ἀνωτέρω παρὰ τῶν λοιπῶν θεοφόρων πατέρων, τοῦ Θεολόγου δηλαδὴ Γρηγορίου, τοῦ Νύσσης, καὶ τοῦ ἱεροφάντορος Διονυσίου παρέλαβες. ἐκείνων γὰρ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὴν τοῦ πνεύματος δογματιζόντων ἐκπόρευσιν, οὗτος ὁ θεοφόρος Πατὴρ ἐκείνοις συνῳδὰ διδάσκων, διέξεισι, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λεγόμενον, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν. πρὸς τούτοις σημείωσαι, καὶ ὅτι ῥητῶς ἀπηγόρευσε τὸν υἱὸν αἴτιον λέγεσθαι, ἐν οἷς γράφει, τὸν δὲ υἱὸν οὐ λέγομεν αἴτιον, οὐδὲ πατέρα, ὡς διὰ τούτων συνάγεσθαι, τὸ, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Διότι ὁ Ἅγιος οὗτος ἔφη τὸ, πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λεγόμενον, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, διὰ τοῦτο ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι συνάγεις τὸ πνεῦμα; ἀλλὰ τίς τῶν πρὸ ἡμῶν τὴν τοιαύτην τοῦ Θεολόγου τούτου Πατρὸς ἐξηγούμενος ῥῆσιν οὕτω λέγει ῥητῶς; Ὁ μέν τοι Δαμασκηνὸς Ἰωάννης τὸ ἐκ πατρὸς λέγων ὡς ἐκ πρώτης ἀρχῆς καὶ πρώτης αἰτίας, οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ

a nobis percipitur. At Filium nec Spiritus filium, nec ex Spiritu eſſe dicimus.

ANIMADVERSIO.

Attentius recolens hanc pericopem, & quæ per eam doctrina traditur, concordato cum ijs, quæ ſupra ex reliquis deiferis Patribus, Gregorio nempe Theologo, Nyſſeno, & cæleſtia reuelante Dionyſio accepiſti. Nanque cum illi ex ſolo Patre proceſſionem Spiritus decreuiſſent, hic diuinus item Pater non aliena ab eorum ſententia edocens, explanat; Spiritum ſanctum ex Patre dicimus, & Spiritum Patris nuncupamus, ex Filio vero Spiritum non dicimus. Ad hæc notato, ipſiſſimis verbis eum vetuiſſe, Spiritus cauſam dicere Filium, cum ſcribit; Filium vero cauſam non dicimus, neque Patrem. Ita vt ex ijs colligere liceat, ex ſolo Patre Spiritus ſancti proceſſionem eſſe.

REFVTATIO.

Proptera quod Sanctus iſte dixit; *Spiritum ſanctum ex Patre dicimus, & ſpiritum Patris appellamus, at vero eum ex Filio eſſe non dicimus*, tu ex ſolo Patre Spiritum eſſe colligis? Sed quis nam ex ijs omnibus, qui hoc huiuſce Theologi dictum ante nos expoſuerunt, verba ſimilia protulit? Damaſcenus ſiquidem Ioannes aſſerens ex Pa-

te veluti ex primo principio & prima causa, negat ex Filio tanquam ex primo principio dici, nec vnquam vetuit ex Filio tanquam ex continente, nec per continentem. Idem enim valent ex, & per præpositiones. Hoc in vsu est & ipsi scripturæ, nec sanctis Patribus ignotum. Etenim si, ex Filio, veluti ex Patre per Filium, & pari modo ex vtroque: & si veluti ex prima causa Patre, ex continente vero Filio, quæ magnus Athanasius, magnus Cyrillus, Nyssenus Gregorius, sapiens Ioannes nec contra hiscere auderet, sed modis omnibus enunciaret, pari modo ex Filio esse Spiritum: per Filium enim esse nec ipse negat; cum pares vires habeant præpositiones ex, & per. Quod si veluti ex prima causa Filio quispiam dixerit, quod nullus ex Patribus asseruit, contra sese opponet, magnumq; clamabit. Hæc cum in illud, *ex Filio Spiritum non dicimus*, alius quispiam in rebus diuinis admodum præstans, & sublimis ingenij vir, ante nos interpretatus fuerit, nos nihil vltra addemus. Quod vero notas, verbis ipsissimis vetare Sanctum, ne Filius dicatur causa, suadeant tibi, quæ multis in locis Scriptorum dicta inspersa sunt, patefacientia, Patrem omnium causam esse, omniumque principium, non ad excludendum Filium illa proferri

φησὶν ὡς ἐκ πρώτης ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἀπηγόρευσε τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκ τῆς προσεχοῦς, ἤτοι διὰ τοῦ προσεχοῦς. ταυτὸν γὰρ δύναται ἡ διὰ πρόθεσις, καὶ ἡ ἐξ. καὶ τοῦτο συνήθες καὶ αὐτῇ τῇ γραφῇ καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσιν οὐκ ἀγνοούμενον. εἰ μὲν ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν. ὁμοίως μὲν καὶ εἰ ἐκ πρώτης μὲν αἰτίας τοῦ πατρὸς, ἐκ τοῦ προσεχοῦς δὲ τοῦ υἱοῦ, ἅπερ φασὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ μέγας Κύριλλος, ὁ Νύσσης Γρηγόριος, οὐκ ἂν ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἀντιφθέγξαιτο, ἀλλ' ἐρεῖ καὶ αὐτὸς, ὅτι οὕτως καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, διὰ τοῦ υἱοῦ γὰρ φησὶ καὶ αὐτὸς, ὡς ἰσοδυναμούσης, τῆς διὰ καὶ τῆς ἐξ. Εἰ δὲ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγοι τις, ὅπερ εἶπε τῶν Ἁγίων οὐδεὶς, καὶ ἀντιφθέγξεται καὶ μέγα βοήσει, ταῦτα εἰς τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, ἑτέρου πρὸ ἡμῶν εἰρηκότος σοφοῦ τὰ θεῖα, καὶ ὑψηλοῦ τὴν διάνοιαν, πλέον ἡμεῖς ἐροῦμεν οὐδέν. ὅτι δὲ σημειοῦσθαι λέγεις καὶ τὸ ῥητῶς ἀπαγορεύειν τὸν Ἅγιον λέγεσθαι τὸν υἱὸν αἴτιον, πειθέτωσάν σε αἱ πολλαχοῦ τῆς γραφῆς δηλοῦσαι ῥήσεις, τὸν πατέρα αἴτιον πάντων καὶ ἀρχὴν πάντων, μὴ πρὸς διαστολὴν τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ πρὸς δήλωσιν τοῦ, αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πατέρα ἀρχὴν καὶ ῥίζαν

τῆς τῶν πάντων αἰτίας εἶναι, εἰ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι λέγεται. Καὶ συνίστησι τὴν ἔννοιαν ταύτην καὶ αὐτὸς ὁ Ἅγιος, λέγων ἐν τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ, τὸν δὲ υἱὸν οὐ λέγομεν αἴτιον οὐδὲ πατέρα, οἱονεὶ γὰρ τοῦτο ἐμφαίνων ἐστὶν, ὁ δὲ υἱὸς ὥσπερ οὐκ ἔστι πατὴρ, οὐδὲ αἴτιος κατὰ τὸν πατέρα ἐστὶ, τουτέστιν οὐχὶ αὐτός ἐστιν ἡ τῆς αἰτίας ῥίζα τε καὶ ἀρχή.

ferri, ſed ad manifeſtandum eundem ipſum Patrem principium, originem, & cauſam omnium eſſe, licet per Filium vniuerſa dicantur eſſe. Et hanc ſententiam confirmat idemmet Sanctus in eadem pericope dicens; Filium vero non dicimus cauſam, neque Patrem, id plane nec aliud inſinuans: Filius vero vti Pater non eſt, neque cauſa vti Pater eſt: Non eſt nempe ipſe cauſæ origo, & pincipium.

Ἐκ τοῦ ιγ΄. Κεφαλαίου τοῦ περὶ θείων Ὀνομάτων.

ρμβ΄. Ὅταν γὰρ ἐννοήσω μίαν τῶν ὑποστάσεων, τέλειον Θεὸν αὐτὴν οἶδα τελείαν οὐσίαν. ὅταν δὲ συνάψω καὶ συναριθμήσω τὰ τρία, ἕνα Θεὸν οἶδα τέλειον. οὐ σύνθετόν ἐστιν ἡ θεότης ἀλλ᾽ ἐν τρισὶ τελείοις ἓν τέλειον, ἀμερὲς καὶ ἀσύνθετον, ὅταν δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν τῶν ὑποστάσεων ἐννοήσω, οἶδα ὅτι ἐστὶν ὁ πατὴρ ὑπερούσιος, ἥλιος, πηγὴ ἀγαθότητος, ἄβυσσος οὐσίας, λόγου, σοφίας, δυνάμεως, φωτὸς, θεότητος πηγὴ γεννητικὴ καὶ προβλητικὴ τοῦ ἐν αὐτῷ κρυφίου ἀγαθοῦ. αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς, ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος, καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, οὐκ ἔστι τῷ πατρὶ λόγος, σοφία,

Eiuſdem ex decimo tertio Capite de diuinis Nominibus.

CXLII. *Nam cum vnam ex tribus perſonis conſidero, perfectum Deum ac perfectam ſubſtantiam agnoſco, rurſus cum tres perſonas connecto, ſimulque recenſeo Deum vnum perfectum agnoſco. Neq; enim compoſitum quiddam eſt diuinitas: ſed in tribus perfectis perſonis vna perfecta ſimplex, ac diuiſionis expers natura. Cum denique mutuam eam affectionem, quæ inter perſonas eſt, animo contemplor, illud compertum habeo, Patrem ſupereſſentialem ſolem eſſe, bonitatis fontem, eſſentiæ, rationis, ſapientiæ, potentiæ, luminis, diuinitatis abyſſum, deliteſcentis atque abſtruſi in ſe boni genitricem, ac productricem ſcaturigenem. Ipſe quippe mens eſt, rationis abyſſus, verbi genitor, explanantiſque ſpiritus per Verbum productor. Ac, ne multa dicam, Patri non aliud eſt verbum, non alia ſapientia, vis*

tis ac voluntas præter Filiũ, qui sola est Patris potentia, a qua rerũ omnium procreatio initium accepit. Ad hunc modum, vt perfecta persona ex perfecta persona genita quemadmodũ ipse nouit, Filius est, ac dicitur. Ac postremo Spiritus sanctus, Patris potentia est, diuinitatis latebrã declarans, a Patre quidem per Filium procedens, quo pacto id fiat, nouit ipse, non tamen gignendi modo. Vnde etiã Spiritus sanctus vniuersi procreationẽ veluti omnibus suis numeris absoluit. Quo circa ea omnia, quæ causæ, parenti, fonti, genitori conueniũt, ea soli Patri accommodari debẽt: quæ autem a causa profecto ac genito Filio, Verbo, primordiali potentiæ, voluntati, sapientiæ quadrant, ea Filio tribuenda sunt: ea denique omnia quæ a causa per processionem mananti, atque obscura patefacienti & perficiẽti potentiæ congruunt, Spiritui soli assignare conuenit. Ac Pater quidem fons & auctor est, tum Filij tum Spiritus sancti: solius tamen Filij Pater, ac Spiritus sancti productor. Filius autem, & Filius & Verbũ, & sapientia & potentia, & imago, & splendor, & character Patris est, & ex Patre. At Spiritus sanctus non Patris Filius, sed Patris spiritus est, vt qui ex Patre procedat. Nullus enim ad rem vllam sine Spiritu sancto impetus esse potest. Qui Filij quoque Spiritus dicitur, non vt ex ipso, sed per ipsum ex Patre procedens. Solus enim Pater causa est.

δύναμις, θέλησις, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, ὅς ἐστιν ἡ μόνη δύναμις τοῦ πατρὸς, ἡ προκαταρκτικὴ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως, ὅστις ὡς τελεία ὑπόστασις γεννώμενος ὡς οἶδεν αὐτὸς, υἱός ἐστί τε καὶ λέγεται. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐκ πατρὸς μὲν δι' υἱοῦ ἐκπορευομένη, ὡς οἶδεν, οὐ γεννητῶς, διὸ καὶ πνεῦμα ἅγιον τὸ τελεσιουργὸν τῆς τῶν ἁπάντων ποιήσεως. ὅσα γοῦν ἁρμόζει αἰτίῳ, πατρὶ, πηγῇ, γεννήτορι, τῷ πατρὶ μόνῳ προσαρμοστέα, ὅσα δὲ αἰτιατῷ, γεννητῷ, υἱῷ, λόγῳ, δυνάμει, προκαταρκτικῇ θελήσει, σοφίᾳ τῷ υἱῷ, ὅσα δὲ αἰτιατῷ, ἐκπορευτῷ, ἐκφαντορικῷ τελεσιουργικῇ δυνάμει, τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ὁ πατὴρ, πηγὴ, αἰτία υἱοῦ καὶ πνεύματος. ὁ υἱὸς, υἱὸς, λόγος, σοφία, καὶ δύναμις, εἰκὼν, ἀπαύγασμα, χαρακτὴρ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐχ υἱὸς δὲ τοῦ πνεύματος. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πνεῦμα τοῦ πατρὸς, ὡς ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, οὐδεμία γὰρ ὁρμὴ ἄνευ πνεύματος. καὶ υἱοῦ δὲ πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ.

ANIMADVERSIO.

Considerato diligenter, quæ-

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐννόησον ἀκριβῶς, πῶς ὅσα δὲ

cunque

ὅλης τῆς περικοπῆς ταύτης ἀσαφῶς τάχα φαίνεται γράψας ὁ Ἅγιος, ἐν τῷ τέλει ταύτης καὶ ἐσαφήνισε, καὶ ἡρμήνευσε. διὰ ταύτης δὲ καὶ τὴν προλαβοῦσαν περικοπήν. ὃ γὰρ ἐν ἐκείνῃ εἶπεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, ἐν ταύτῃ σαφέστερον εἴρηκεν εἰπών, καὶ υἱοῦ πνεῦμα οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. ἡ δὲ τοῦ, μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατὴρ, ἐπαγωγὴ, τὴν ὅλην ὡς εἴπομεν περικοπὴν ἐσαφήνισεν.

cunque per totam hanc pericopem obſcure forte videtur Sanctus ſcripſiſſe, in fine illius & declaraſſe, & explanaſſe, & per hanc & prædigeſtam pericopem. Quod enim in illa dixit, ex Filio vero non dicimus Spiritum, in hac dilucidius explicauit dicens, & Filij Spiritus, non vti ex ipſo, ſed vti per ipſum ex Patre procedens. Tandem illa quæ ſubinfert, ſolus enim cauſa Pater, vniuerſam, vt diximus, pericopem elucidarunt.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀληθῶς μὲν τὰ ἐν τῷ τέλει τῆς ῥηθείσης περικοπῆς τῷ Ἁγίῳ εἰρημένα, σαφήνειαν τινα φέρουσι τῶν, ὅσα δι' ὅλης τῆς περικοπῆς ταύτης, ἀλλὰ δὴ καὶ τῆς προλαβούσης ἀσαφῶς τάχα φαίνεται γράψας, πλὴν οὐχ ὡς ἡ σὴ διδάσκει ἐπιστασία, ἀλλὰ βαθύτερον ἄλλως καὶ ἀκριβέστερον. εἰπὼν γὰρ ὁ Ἅγιος ἐν τῇ προλαβούσῃ περικοπῇ, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, καὶ θέλων ἐν τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ παραστῆσαι, ὡς ἐκεῖνο τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἀναιρεῖ, ὅπερ ὁ κάκιστος Εὐνόμιος ἐδογμάτιζεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ προηγουμένως, ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς λέγων τὸ πνεῦμα, οὐ μέντοι τὸ ὡς διὰ τοῦ υἱοῦ παραλαμβανόμενον. οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως τὸ τῶν τριῶν συνεχές τε καὶ συμφυὲς τηρηθείη, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον εἴη. ἐπὶ σαφηνείᾳ καὶ ἑρ-

REFVTATIO.

Vere quidem in fine adductæ pericopes appoſita a Sancto, declarationem eorum continent, quæ per vniuerſam dictam pericopem, nec non in præcedenti perobſcure videtur ſcripſiſſe, non eo tamen modo, quem tua doctrina proponit, ſed profundiori & exquiſitiori. Nam cum in præcedente Sanctus ſcripſiſſet, ex Filio vero Spiritum non dicimus, volenſq; in dicta pericope exponere, illud ex Filio, conuellere quæ peſſimus Eunomius decernebat, ex Filio antecedenter veluti ex prima cauſa & principio Spiritum aſſerens, non vero per Filium receptum: neque enim alio modo trium continuũ, & commune, quod in natura eſt, conſeruatur, niſi Spiritus per Filium ex Patre procederet, pro claritate, & expoſitione,

quæ

quæ forte obscure digesta antea fuere, subiunxit in dicta pericope *non tanquam ex ipso*. Et vna simul a te, qui legis, illud consideretur, vti ex prima causa & principio, sed vti per ipsum ex Patre procedens. cui cum addit; *Solus enim causa Pater*, manifestauit, non esse causam primariam Filium, eorum quorum ipse causa Pater est. itemque non esse primam causam, & principium Filium: non vero, vt quidam suspicati sunt, propterea Sanctus dixit, *Ex Filio vero Spiritum non dicimus*, vt distingueret Filium a Patre. Nam si id esset, nunquam dixisset, non vti ex ipso, sed vt per ipsum procedens. Separatio enim Filj a Patre nunquam in existentia Spiritus a Patre, illud per Filium admitteret. Veruntamen illud, Nemo bonus nisi vnus Deus, magnus Basilius, pro eo nisi solus Pater exponens, & plane dicens, dictionem denotare, primum bonum esse Patrem, & illud; Nemo nouit Filium nisi Pater, & in illa interpretatione demonstrans, non ad discernendum Spiritum dictum esse, sed ad manifestandum, primo Patri Filj naturæ cognitionem inesse. rursusque exponens illud; neque Filius nouit diem finis nisi Pater, & in eo aperte enuncians, non Filium distingui a Patre

μηνείᾳ τὴν τάχα ἀσαφῶς προῤῥηθέντων, ἐπήγαγεν ἐν τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ τὸ οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ. καὶ συνεπισκεψάσθω σοι τῷ ἀναγινώσκοντι, τό, ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, προσθεὶς δὲ καὶ τό, μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ, δεδήλωκεν, ὡς οὐκ αὖ εἴη αἴτιον ἀρχικὸν ὁ υἱός, ὧν αὐτοαίτιος ὁ πατήρ, καὶ ὡς οὐχὶ πρώτη αἰτία καὶ ἀρχὴ τοῦ πνεύματός ἐστιν ὁ υἱός. οὐ μέντοι, ὡς τινὲς ὑπειλήφασι, διὰ τοῦτο ὁ ἅγιος ἔφη, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, ἵνα διαστέλλῃ τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός. εἰ γὰρ τοῦτ' ἦν, οὐκ ἄν ποτε ἔφη, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκπορευόμενον. ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς διαστολὴ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἄν ποτε ἐν τῇ ἐκ πατρὸς ὑπάρξει τοῦ πνεύματος, παραδέξαιτο τὸ δι' υἱοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς ὁ μέγας Βασίλειος ἀντὶ τοῦ, εἰ μὴ μόνος ὁ πατὴρ ἐξηγούμενος, καὶ σαφῶς λέγων, δήλωσιν ἔχειν τὸ ῥῆμα τοῦ πρῶτον ἀγαθὸν εἶναι τὸν πατέρα. καὶ τό, οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μή, ὁ πατήρ, καὶ παριστῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἑρμηνείᾳ οὐκ εἰς διαστολὴν τοῦ πνεύματος τοῦτο ῥηθῆναι, ἀλλ' εἰς δήλωσιν τοῦ πρώτῳ τῷ πατρὶ τὴν γνῶσιν τῆς τοῦ υἱοῦ φύσεως ἐνυπάρχειν. καὶ πάλιν διερμηνεύων τό, οὐδ' αὖ ὁ υἱὸς ἔγνω τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους, εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ ἐν τούτῳ διαφανῶν, μὴ τὸν υἱὸν δια-

τὸ ἐξελεύσεσθαι ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τῷ πατρὶ τὴν πρωτίστην γνῶσιν προσμαρτυρεῖσθαι διὰ τὸ, ἐκ πατρὸς ἔχειν καὶ τὸν υἱὸν τὸ εἰδέναι. ταῦτα πάντα ὁ μέγας Βασίλειος ἐξηγητικῶς διερμηνεύων, ἔν τε μιᾷ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολῶν, ἧς ἡ ἀρχή· Ἐζητημένον ἤδη παρὰ πολλοῖς τὸ Εὐαγγελικὸν ῥητὸν, ἔν τε τῇ περὶ τῆς ὑποχωρήσεως αὐτοῦ πρὸς τοὺς Καισαρεῖς ἀπολογητικῇ ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, Πολλάκις ἐθαύμασα τί ποτε πρὸς ἡμᾶς πεπόνθατε, δίδωσι νοεῖν, ὡς ὁ λέγων μόνος αἴτιος ὁ πατὴρ, οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἀλλ᾽ ἢ ὅτι πρῶτον αἴτιον ὁ πατήρ ἐστιν, ὡς ἀρχὴ καὶ ῥίζα καὶ πηγὴ τῆς αἰτίας πάντων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λεγομένων, εἰς αὐτὸν ἀναφερομένων. ἐπειδὴ γὰρ ὅπου δή ποτε τὸ μόνος λαμβάνεται ἐπὶ τοῦ πατρὸς εἰς δήλωσιν τοῦ πρῶτος ὁ πατὴρ λαμβάνεται, οὐδὲν διαφέρει λέγειν, μόνος αἴτιος ἢ πρῶτον αἴτιον ὁ πατήρ, μόνος γὰρ ἀγαθὸς ὁ πατὴρ, ὅτι πρῶτον ἀγαθὸν ὁ πατήρ. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν εἰπεῖν Βασίλειον, λέγων ὁ υἱὸς, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, οὐχὶ ἑαυτὸν ἔξω τιθεὶς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως ταῦτα λέγει, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ὁ πατὴρ, τῷ οὐδεὶς συνυπακουομένου τοῦ πρώτου, τὸ δεύτερον εἰρῆσθαι πιστεύομεν. καὶ πάλιν, μόνος οἶδε τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ὅτι πρῶτος οἶδε τὸν υἱὸν ὁ πατήρ, τὸ γὰρ πνεῦμα, εἰ καὶ οἶδε σὺν

Patre, ſed Patri primam cognitionem attribui, quod ex Patre Filius cognoſcendi facultatem habeat: hæc omnia magnus Baſilius ſua interpretatione adornans tum in ſua, quã ad Amphilochium ſcripſit Epiſtola, cuius illud principium eſt; *A multis iam queritur de Euangelico dicto*, tum in alia ad Cæſarienſes Epiſtola Apologetica de ſua receſſione; cuius principium, *Sæpius admiratus ſum, quid erga nos paſſi eſtis*, dat intelligere eum, qui dicit, ſolus cauſa Pater, nihil aliud innuere, niſi primam cauſam Patrem eſſe, veluti principium, originem, & fontem cauſæ eorum omnium quæ per Filium, & ex Filio eſſe dicuntur, cum ad eum referantur. Cum enim vbicumque ſolus de Patre dicitur, ad notandum primum Patrem accipitur, nihil differt, ſola cauſa, aut prima cauſa Pater. *Solus enim bonus Pater, quod primum bonum Pater ſit*. Nam, vt cum magno Baſilio loquamur, *dicens Filius, nemo bonus niſi vnus Deus, non ſemetipſum extra naturam boni collocans, illa profert, ſed quoniam primum bonum Pater eſt, cum illi nemini primum ſubaudiatur, ſecundum dici credimus. Rurſumque, ſolus nouit Filium Pater, quod primus nouit Filium Pater. Nam Spiritus licet nouerit vna cum Patre Filium, attamen quia Pater primus*

eo præterea quod sint & Filium & Spiritum ex Patre habere.

ἐστι δὲ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει ὅ, τε υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα.

REFVTATIO.

Neque ab exquisita rerum tractatione absonum fuerit, interrogatione contra proposita vti. Si igitur *simul*, quando Spiritus per Filium processio fuerit? Hoc enim ita se habet. si quod simul ideo non ex Filio, quod simul neque per Filium. Sed per Filium est, & simul. ergo ex Filio & simul fuerit. Quæ vero adnotatio indicat, ex Patre & Filium & Spiritum habere quod sint, hæc eadem probat, non duas esse causas Spiritus, licet ex Filio Spiritus dicatur esse. Etenim si ipsum quod sit ex Patre dicitur Filius habere indistinctim & simul cum illius æternitate, quomodo proprium principium aut secundum post Patrem illius, qui per ipsum indiuisim ex Patre Spiritus procedit, fuerit, & non potius amborum principium Pater, ad quem, & quod per Filium dicitur esse, refertur?

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐδὲν ἀπᾷδον τῇ ἀκριβείᾳ, ἀντιπεριστάσαντας καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν. εἰ γοῦν ἅμα, πότε ἡ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσις. ἔχει γὰρ οὕτω. εἰ διότι ἅμα διὰ τοῦτο οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, διότι ἅμα, οὐδὲ διὰ τοῦ υἱοῦ. ἀλλὰ μὴν διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἅμα, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἄρα καὶ ἅμα. ἡ δὲ δηλοῦσα ἐπισημείωσις ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχειν τὸ εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, αὕτη ἐστὶν ἡ παριστῶσα μὴ δύο εἶναι τὰς αἰτίας τοῦ πνεύματος. εἰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγεται εἶναι τὸ πνεῦμα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει ὁ υἱὸς ἀδιαιρέτως τε καὶ συναϊδίως, πῶς ἂν ἰδία ἀρχὴ, ἢ δευτέρα μετὰ τὸν πατέρα ἀρχὴ τοῦ δι' αὐτοῦ ἀδιαιρέτως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευομένου πνεύματος ἔσται, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀμφοτέρων ὁ πατὴρ ἔσται ἀρχὴ, πρὸς ὃν ἀναφέρεται καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ λεγόμενον εἶναι;

Ex eodem.

CXL. *Ac proinde nec tres Deos, Patrem & Filium & Spiritum sanctum asserimus, quin potius Trinitatem vnum Deum dicimus, sic videlicet vt Filius & Spiritus sanctus ad vnum authorem referantur.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρμ'. Διὸ οὐδὲ τρεῖς Θεοὺς λεγομένους τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕνα δὲ μᾶλλον Θεὸν, τὴν ἁγίαν Τριάδα, εἰς ἓν αἴτιον υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων.

ANIMADVERSIO.

Vnam causam rursus Patrem

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἓν αἴτιον πάλιν τὸν πατέρα δη-

nempe

λαβὲ τοῦ υἱοῦ καὶ πνεύματος μάνθανε.

nempe Filij & Spiritus diſcito.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλὰ καὶ πάλιν διάφορον αἴτιον ἴσθι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα. διάφορον δὲ αἴτιον ὁ πατήρ, ὅτι τοῦ μὲν υἱοῦ δι' οὐδενός ἐστιν αἴτιος, τοῦ δὲ πνεύματος διὰ τοῦ υἱοῦ. Εἰ γὰρ ἀμέσως ἀμφότερα ἐκ πατρὸς, καὶ ὁ πατὴρ ἀδιάφορον αἴτιον, καὶ τὰ αἰτιατὰ υἱοὶ ἂν ἦσαν καὶ ἄμφω, καὶ μαρτυρήσει μοι τὸν λόγον ὁ ἐν ἁγίοις δογματικώτατος Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ ἐν τῷ δογματικῷ Λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἄτοπον οἶμαι, καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα, φάσκων οὕτω ῥητῶς, Πνεῦμα, καθὰ φθάσας ἔφην, λέγεται ὁ Θεὸς, καὶ ἅγιος, συντιθέμενα δὲ ἄμφω τὰ ὀνόματα τῷ ἰδίως καλουμένῳ, πνεῦμα ἅγιον ἁρμόζει καθάπερ ἡ τοῦ πατρὸς ἐπίκλησις τῷ αἰτίῳ, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ, τῷ ἀμέσως ἐκ τοῦ αἰτίου.

REFVTATIO.

Sed rurſum diuerſam cauſam Filij & Spiritus Patrem tu quoque perdiſcito. Diuerſa autem cauſa Pater eſt, quod Filij per nullum alium, Spiritus per Filium cauſa eſt. Etenim ſi ambo eſſent ex Patre immediate, & Pater indifferens cauſa, vtique & ipſa cauſata ambo filij eſſent. Et fidem ſermoni meo conciliabit dogmatum aſſertor maximus Theodorus Raithenus, qui Oratione ſua Dogmatica, cuius illud principium eſt, *Abſurdum eſſe, & probe hoc exiſtimaui*, hæc ipſiſſima habet; *Spiritus, vt iam antea dixi, Deus, & Sanctus Deus, quæ nomina ambo ſimul concinnata, qui proprie ſic vocatur Spiritus ſanctus, aptantur quemadmodum Patris appellatio cauſæ, & ea quæ Filij eſt illi, qui ex cauſa immediate eſt.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

ρμά. Εἷς πατὴρ, καὶ ὁ πατὴρ ἄναρχος, τουτέστιν ἀναίτιος, οὐ γὰρ ἔκ τινος. εἷς υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἄναρχος, τουτέστιν, οὐκ ἀναίτιος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ. εἰ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ χρόνου λάβῃς ἀρχὴν καὶ ἄναρχος. ποιητὴς γὰρ χρόνων οὐχ ὑπὸ χρόνου. ἓν πνεῦμα ἅγιον τὸ πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐχ υἱϊκῶς δὲ, ἀλλ' ἐκπορευτῶς, οὔ-

Ex eodem.

CXLI. *Vnus Pater, & originis expers, hoc eſt cauſæ. Neq; enim ex vllo eſt. Vnus item Filius eſt Filius, non tamen principij, hoc eſt cauſæ, expers. Quod ſi principium hoc de tempore intelligas, principio quoque caret. Neque enim tempori ſubeſt temporum effector. Vnus denique Spiritus, Spiritus ſanctus eſt, progreſſus ex Patre, non tamen filiationis modo, ſed proceſſionis. Nec*

vero Pater idcirco ab ingeniti proprietate desciuit, quia genuit: nec rursus Filius a generatione, quia ex ingenita genitus est. qui enim hoc fieri posset? nec postremo Spiritus, aut in Patrem aut in Filium immutatus est, quia processit, & quia Deus est. Immobilis siquidem est proprietas. Quo enim alioquin modo proprietas sibi constaret, si moueretur, atque a se desisceret? Nam si Filius Pater est, Pater sane proprie non est. Vnus enim proprie Pater est. Eodē modo si Filius Pater est, Filius proprie non est. Vnus enim proprie Filius est, atque vnus Spiritus sanctus. Hoc porro scire operaepretium est, quod Patrem ex vllo esse minime dicimus, sed Filij Patrem esse asserimus. Filium item nec causam, nec Patrem esse dicimus, verum eum & ex Patre esse, & Patris Filium esse. Denique Spiritum sanctum, & ex Patre esse statuimus, & Patris Spiritum appellamus. At vero eum ex Filio esse non dicimus, sed Filij Spiritum nominamus. Si quis enim spiritum Christi non habet, ait Apostolus, hic non est eius. atque ipsum nobis per Filium & patefactum esse, & impertiri confitemur. Insufflauit enim ait ille, & dixit Discipulis suis, Accipite Spiritum sanctum. Quemadmodum videlicet ex sole quidem, & radius & splendor ortum habent, ipse enim & radij, & splendoris fons est, per radium autem nobis splendor communicatur, atque ipse est, qui nos collustrat, atque

τε τοῦ πατρὸς ἐκστάντος τῆς ἀγεννησίας, ὅτι γεγέννηκεν, οὔτε τοῦ υἱοῦ τῆς γεννήσεως, ὅτι ἐκ τοῦ ἀγεννήτου, πῶς γάρ; οὔτε τοῦ πνεύματος μεταπίπτοντος εἰς πατέρα ἢ υἱὸν, ὅτι ἐκπεπόρευται, καὶ ὅτι Θεός, ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος. ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένοι, κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα. Εἰ γὰρ υἱὸς ὁ πατὴρ, οὐ πατὴρ κυρίως, καὶ εἰ πατὴρ ὁ υἱὸς, οὐ κυρίως υἱὸς, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸν πατέρα οὐ λέγομεν ἔκ τινος, λέγομεν δὲ αὐτὸν τοῦ υἱοῦ πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν οὐ λέγομεν αἴτιον οὐδὲ πατέρα, λέγομεν δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱὸν τοῦ πατρός. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, πνεῦμα δὲ υἱοῦ ὀνομάζομεν. εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ δι᾽ υἱοῦ πεφανερῶσθαι καὶ μεταδίδοσθαι ἡμῖν ὁμολογοῦμεν. ἐνεφύσησε γὰρ καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἡλίου μὲν ἥτε ἀκτὶς καὶ ἔλλαμψις, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς τε ἀκτῖνος καὶ τῆς ἐλλάμψεως, διὰ δὲ τῆς ἀκτῖνος ἡ ἔλλαμψις ἡμῖν μεταδίδοται, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ φωτίζουσα ἡμᾶς καὶ μετεχομένη ὑφ᾽ ἡμῶν. τὸν δὲ υἱὸν, οὔτε τοῦ πνεύματος

a nobis

λέγομεν, ἔτι μὴν ἐκ τοῦ πνεύματος.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἐπιστατικώτερον ταύτης ἀκούσας τῆς περικοπῆς, καὶ τὴν διὰ ταύτης διδασκαλίαν συμβίβασον πρὸς ἅπερ ἀνώτερον παρὰ τῶν λοιπῶν θεοφόρων πατέρων, τοῦ Θεολόγου δηλαδὴ Γρηγορίου, τοῦ Νύσσης, καὶ τοῦ ἱεροφάντορος Διονυσίου παρέλαβες. ἐκείνων γὰρ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὴν τοῦ πνεύματος δογματισάντων ἐκπόρευσιν, οὗτος ὁ θεοφόρος Πατὴρ ἐκείνοις συνῳδὰ διδάσκων, διέξεισι, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν. πρὸς τούτοις σημείωσαι, καὶ ὅτι ῥητῶς ἀπηγόρευσε τὸν υἱὸν αἴτιον λέγεσθαι, ἐν οἷς γράφει, τὸν δὲ υἱὸν οὐ λέγομεν αἴτιον, οὐδὲ πατέρα, ὡς διὰ τούτων συνάγεσθαι, τό, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Διότι ὁ Ἅγιος οὗτος ἔφη τό, πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς λέγομεν, καὶ πνεῦμα πατρὸς ὀνομάζομεν, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, διὰ τοῦτο ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι συνάγεις τὸ πνεῦμα; ἀλλὰ τίς τῶν πρὸ ἡμῶν τὴν τοιαύτην τοῦ Θεολόγου τούτου Πατρὸς ἐξηγούμενος ῥῆσιν οὕτω λέγει ῥητῶς; Ὁ μέντοι Δαμασκηνὸς Ἰωάννης τὸ ἐκ πατρὸς λέγων ὡς ἐκ πρώτης ἀρχῆς καὶ πρώτης αἰτίας, οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ

a nobis percipitur. At Filium nec Spiritus filium, nec ex Spiritu eſſe dicimus.

ANIMADVERSIO.

Attentius recolens hanc pericopem, & quæ per eam doctrina traditur, concordato cum ijs, quæ ſupra ex reliquis deiferis Patribus, Gregorio nempe Theologo, Nyſſeno, & cæleſtia reuelante Dionyſio accepiſti. Nanque cum illi ex ſolo Patre proceſſionem Spiritus decreuiſſent, hic diuinus item Pater non aliena ab eorum ſententia edocens, explanat; Spiritum ſanctum ex Patre dicimus, & Spiritum Patris nuncupamus, ex Filio vero Spiritum non dicimus. Ad hæc notato, ipſiſſimis verbis eum vetuiſſe, Spiritus cauſam dicere Filium, cum ſcribit; Filium vero cauſam non dicimus, neque Patrem. Ita vt ex ijs colligere liceat, ex ſolo Patre Spiritus ſancti proceſſionem eſſe.

REFVTATIO.

Propterea quod Sanctus iſte dixit; *Spiritum ſanctum ex Patre dicimus, & ſpiritum Patris appellamus, at vero eum ex Filio eſſe non dicimus*, tu ex ſolo Patre Spiritum eſſe colligis? Sed quis nam ex ijs omnibus, qui hoc huiuſce Theologi dictum ante nos expoſuerunt, verba ſimilia protulit? Damaſcenus ſiquidem Ioannes aſſerens ex Patre

tre

tre veluti ex primo principio & prima causa, negat ex Filio tanquam ex primo principio dici, nec vnquam vetuit ex Filio tanquam ex continente, nec per continentem. Idem enim valent ex, & per præpositiones. Hoc in vsu est & ipsi scripturæ, nec sanctis Patribus ignotum. Etenim si, ex Filio, veluti ex Patre per Filium, & pari modo ex vtroque: & si veluti ex prima causa Patre, ex continente vero Filio, quæ magnus Athanasius, magnus Cyrillus, Nyssenus Gregorius, sapiens Ioannes nec contra hiscere auderet, sed modis omnibus enunciaret, pari modo ex Filio esse Spiritum: per Filium enim esse nec ipse negat; cum pares vires habeant præpositiones ex, & per. Quod si veluti ex prima causa Filio quispiam dixerit, quod nullus ex Patribus asseruit, contra sese opponet, magnumq; clamabit. Hæc cum in illud, *ex Filio Spiritum non dicimus*, alius quispiam in rebus diuinis admodum præstans, & sublimis ingenij vir, ante nos interpretatus fuerit, nos nihil vltra addemus. Quod vero notas, verbis ipsissimis vetare Sanctum, ne Filius dicatur causa, suadeant tibi, quæ multis in locis Scriptorum dicta insperfa sunt, patefacientia, Patrem omnium causam esse, omniumque principium, non ad excludendum Filium illa proferri

φησὶν ὡς ἐκ πρώτης ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἀπηγόρευσε τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ προσεχοῦς, ἤτοι διὰ τοῦ προσεχοῦς. ταυτὸν γὰρ δύναται ἡ διὰ πρόθεσις, καὶ ἡ ἐξ, καὶ τοῦτο συνήθης καὶ αὐτῇ τῇ γραφῇ καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσιν οὐκ ἀγνοούμενον. εἰ μὲν ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν. ὁμοίως μὲν καὶ εἰ ἐκ πρώτης μὲν αἰτίας τοῦ πατρὸς, ἐκ τοῦ προσεχοῦς δὲ τοῦ υἱοῦ, ἅπερ φασὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ μέγας Κύριλλος, ὁ Νύσσης Γρηγόριος, οὐκ ἂν ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἀντιφθέγξαιτο, ἀλλ' ἐρεῖ καὶ αὐτὸς, ὅτι οὕτως καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, διὰ τοῦ υἱοῦ γὰρ φησὶ καὶ αὐτὸς, ὡς ἰσοδυναμούσης, τῆς διὰ καὶ τῆς ἐξ. Εἰ δὲ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγοι τις, ὅπερ εἶπε τῶν Ἁγίων οὐδεὶς, καὶ ἀντιφθέγξεται καὶ μέγα βοήσει, ταῦτα εἰς τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν, ἑτέρου πρὸ ἡμῶν εἰρηκότος σοφοῦ τὰ θεῖα, καὶ ὑψηλοῦ τὴν διάνοιαν, πλέον ἡμεῖς ἐροῦμεν οὐδέν. ὅτι δὲ σημειοῦσθαι λέγεις καὶ τὸ ῥητῶς ἀπαγορεύειν τὸν Ἅγιον λέγεσθαι τὸν υἱὸν αἴτιον, πειθέτω σε αἱ πολλαχοῦ τῆς γραφῆς δηλοῦσαι ῥήσεις, τὸν πατέρα αἴτιον πάντων καὶ ἀρχὴν πάντων, μὴ πρὸς διαστολὴν τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ πρὸς δήλωσιν τοῦ, αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πατέρα ἀρχὴν καὶ ῥίζαν

ferri

τῆς ἁπάντων αἰτίας εἶναι, εἰ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι λέγεται. καὶ συνίστησι τὴν ἔννοιαν ταύτην καὶ αὐτὸς ὁ Ἅγιος, λέγων ἐν τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ, τὸν δὲ υἱὸν οὐ λέγομεν αἴτιον οὐδὲ πατέρα, οἱονεὶ γὰρ τοῦτο ἐμφαίνων ἐστίν, ὁ δὲ υἱὸς ὥσπερ οὐκ ἔστι πατήρ, οὐδὲ αἴτιος κατὰ τὸν πατέρα ἐστί, τουτέστιν οὐκ αὐτός ἐστιν ἡ τῆς αἰτίας ῥίζα τε καὶ ἀρχή.

ferri, ſed ad manifeſtandum eundem ipſum Patrem principium, originem, & cauſam omnium eſſe, licet per Filium vniuerſa dicantur eſſe. Et hanc ſententiam confirmat idemmet Sanctus in eadem pericope dicens; Filium vero non dicimus cauſam, neque Patrem, id plane nec aliud inſinuans: Filius vero vti Pater non eſt, neque cauſa vti Pater eſt: Non eſt nempe ipſe cauſæ origo, & pincipium.

Ἐκ τοῦ ιγ'. Κεφαλαίου τοῦ περὶ θείων Ὀνομάτων.

ρμβ'. Ὅταν γὰρ ἐννοήσω μίαν τῶν ὑποστάσεων, τέλειον Θεὸν αὐτὴν οἶδα, τελείαν οὐσίαν. ὅταν δὲ συνάψω καὶ συναριθμήσω τὰ τρία, ἕνα Θεὸν οἶδα τέλειον. οὐ σύνθετόν ἐστιν ἡ θεότης ἀλλ' ἐν τρισὶ τελείοις ἓν τέλειον, ἀμερὲς καὶ ἀσύνθετον, ὅταν δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν τῶν ὑποστάσεων ἐννοήσω, οἶδα ὅτι ἐστὶν ὁ πατὴρ ὑπερούσιος, ἥλιος, πηγὴ ἀγαθότητος, ἄβυσσος οὐσίας, λόγου, σοφίας, δυνάμεως, φωτός, θεότητος πηγὴ γεννητικὴ καὶ προβλητικὴ τοῦ ἐν αὐτῷ κρυφίου ἀγαθοῦ. αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς, ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος, καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, οὐκ ἔστι τῷ πατρὶ λόγος, σοφία,

Eiuſdem ex decimo tertio Capite de diuinis Nominibus.

genitus, manare Verbum ac sanctum Spiritum: Verbum quidem vt genitum ab intellectu, Spiritum vero vt procedentem: ipsi enim Verbo Spiritus comprogreditur, non tamen vt Verbo congenitus, sed qui simul cum Verbo sit, consectaque sit Verbi, atque procedat. Neque vero Spiritum sanctum spiramen esse aliquod aëris dicimus: Deus enim nec compositionem patitur, nec figuram: neque verbum intelligimus quale nostrũ est, quod loquentibus nobis per aërem diffunditur; sed verbũ, quod inest substantialiter, ac Spiritus qui ad hypostasim pertinet. Quæ duo in Patre considerantur, & seorsum per se ipsa singillatimque creduntur: eademque & coniuncta sunt, & discreta. Vnita quidem, eo quod eiusdem naturæ sint: proprietate vero differentia, singillatim seorsumque intellecta. Hæc autem ipsa nequaquam exacte quisquam percipiet, nisi in sacrarum litterarum studijs versatus fuerit, ac nisi scientiæ huius lumen diuina collatum gratia acceperit.

καὶ τὸν λόγον φῦναι καὶ τὸ παναγίον πνεῦμα, τὸ μὲν, ὡς λόγον, ἐκ τοῦ νοῦ γεννώμενον, τὸ δὲ, ὡς πνεῦμα ἐκπορευόμενον. συμπρόεισι γὰρ τῷ λόγῳ τὸ πνεῦμα, οὐ ξυγγεννώμενον, ἀλλὰ ξυνὸν καὶ παρεπόμενον καὶ ἐκπορευόμενον. ἀλλ᾽ οὔτε τὸ πνεῦμα πνοιάν τινα σωματικὸν εἶναι φαμέν. ἀξύνθετον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον. οὔτε τὸν λόγον τοῦτον τὸν εἰς ἀέρα χεόμενον, ἀλλ᾽ ἐνούσιον λόγον. καὶ ἐνυπόστατον πνεῦμα, καὶ ἐν τῷ πατρὶ θεωρούμενον, καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ πιστευόμενον. ξυνημμένα τε καὶ διῃρημένα, τῷ μὲν ταυτῷ τῆς φύσεως ἡνωμένα, τῇ δὲ τῶν ἰδιοτήτων διαφορᾷ καὶ καθ᾽ ἑαυτὰ νοούμενα, καὶ οὐκ ἔστι μαθεῖν ἀκριβῶς, τὸν μὴ τοῖς θείοις ἐντετυχηκότα βιβλίοις, καὶ τὸ τῆς πίστεως φῶς παρὰ τῆς θείας ἐπιδεξάμενον χάριτος.

ANIMADVERSIO.

Hic item eadem doctrina deprehenditur, ex vno scilicet Patre Filium & Spiritum progredi, & eadem dictionis progredi explicatio. Verum in hac pericope, est quoque aliquid, vt ego reor, dilucidius. Hic enim rerum diuinarum scientia præcelebris Vir, dum præfinit cum Filio & Verbo prouenire sanctissimum Spiritum

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Κἀνταῦθα ἡ διδασκαλία ἡ αὐτή, περὶ τοῦ ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς δηλονότι, τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα φῦναι, καὶ ἡ αὐτὴ τοῦ φῦναι σαφήνεια. ἔστι δ᾽ ἐν τῇ παρούσῃ περικοπῇ καί τι γλαφυρώτερον, ὡς ἔμοιγε πως νομίζεται. δογματίσας γὰρ ἐνταῦθα ὁ τὰ θεῖα σοφὸς, ὅτι τὸ πανάγιον πνεῦμα τῷ υἱῷ καὶ λόγῳ συμπρόεισι, φανερῶς ἐπιστομίζει τοὺς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λέγοντας αὐτὸ ἐκπο-

palam

ρεύεσθαι; πῶς γὰρ καὶ πότε ἐκ τοῦ, ᾧ συμπρόεισιν ἐκπορεύεται; καταμάνθανε δὲ τὸν μακάριον τοῦτον διδάσκαλον τὰ αὐτὰ τῷ θείῳ Δαμασκηνῷ δογματίζοντα, ἢ μᾶλλον ἐκεῖνον τούτῳ, ὡς πρεσβυτέρῳ μετάχρονον. τούτου γὰρ τὸ συμπρόεισι γράψαντος, ἐκεῖνος ἐν τῇ οἰκείᾳ γραφῇ τέθεικε τὸ, ἅμα ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσις. διὸ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ περικοπῇ καὶ ἐν ταύτῃ ἐπεσημειωσάμεθα.

palam os obstruit eorum, qui asseuerant ipsum ex Filio quoque procedere. Quomodo enim & quando cum eo procedet, cum quo progreditur? Addiscito præterea beatum hunc Doctorem, non aliena a diuo Damasceno præscribere, vel potius hunc ab illo, cum hic ætate illo posterior sit. Hic enim cum comprogreditur scripsisset, ille propriis scriptis inseruit; Simul Filij generatio, & Spiritus processio. Quare nos & in illa & hac pericope idem adnotauimus.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τὸ δοκοῦν σοι ἐνεῖναι τῇ ῥηθείσῃ περικοπῇ γλαφυρὸν, ὑπόψιον ἔχει τὸν ἔλεγχον. λέγεις γὰρ, εἰ συμπρόεισι τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα, πῶς καὶ πότε ἐκ τοῦ, ᾧ συμπρόεισιν ἐκπορεύεται; καὶ δοκεῖ σοι ἀδύνατον τάχα, σὺν τῷ υἱῷ εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἀλλ᾽ ἐπιστομίσει σε ὁ ἐρωτήσων, καὶ πῶς καὶ πότε διὰ τοῦ, ᾧ συμπρόεισιν ἐκπορεύεται, οὐ γὰρ ἀπαρνήσῃ, καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τοῖς εἰς τὸν σὸν ἔλεγχον λόγοις, οὐκ ἄλλοθεν χρήσεται, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ὁ παρὰ σοὶ μακάριος Θεοδώρητος ἐν τοῖς ἤδη προῤῥηθεῖσιν εἴρηκε, μὴ θορυβεῖσθαι ὑποτιθέμενος τοὺς ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ σὺν τῷ πατρὶ τὸν λόγον ἀκούοντας. ὡς γὰρ ἐκεῖ συναΐδιος ἀποδείκνυται ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ μηδενὸς χρόνου ἐπινοουμένου μέσου

REFVTATIO.

Quod tibi dilucidum videtur in hac pericope, præsente refutatione refellitur. Nanque asseris; si comprogreditur Filio spiritus, quomodo & quando ex eo, cum quo simul progreditur, procedit? ideoque forte tibi videtur haud fieri posse, vt cum Filio sit spiritus, & ex Filio, sed os tibi obstruet, qui interrogauerit; Quomodo & quando per Filium, cum quo progreditur procedit? Neque enim inficias iueris, eum per Filium procedere, tandem ex tua responsione rationes, nec aliunde petitas vsurpabit, & quas beatus Theodoretus, in iam allatis, verbis attulit; Non turbandos esse, qui audiunt ex Patre, & cum Patre Verbum esse. Quemadmodum enim in illis coæternus ostenditur Filius Patri, & nullum intelligitur

tur tempus, quod mediet inter causam Patrem, & Filium causatum, pari modo, & Spiritus coæternus esse creditur Filio, & Patri, nullumque tempus medium esse inter ipsum & Filium, cum ipse per Filium ex Patre procedat.

Dicta GREGORII Dialogi.

S. Gregorij Dialogi ex Oratione, quæ in die festo Pentecostes legitur.

CXLVII. *Cogitationes nostras, quæsumus Domine, Spiritus sanctus, qui a te procedit illuminet, & producat in omnem, vt tuus promisit Filius, veritatem.*

ANIMADVERSIO.

Et si nullus alius hic saltem diuinus Pater persuadeat, cum asserit Spiritum ex Filio non procedere, qui vestrum prorsus germen est, & indigena, & veteris, quæ Roma est, sanctæ Ecclesiæ Archipræsul. Hoc vero palam inde elicitur, dum Sanctus illud, vti tuus Filius promisit, subintulit. Ne enim tibi contentionis ansam præberet illud Domine, nude prolatum ac positum, hac adiectione manifesto clareq; ad Patrem precationem dirigere, docet.

REFVTATIO.

A Patre Spiritum procedere

τοῦ αἰτίου πατρὸς καὶ τοῦ αἰτιατοῦ υἱοῦ, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα συναΐδιον εἶναι πιστεύεται υἱῷ τε πατρί, μηδενὸς χρόνου ἐπινοουμένου μέσον αὐτοῦ καὶ υἱοῦ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ δι' υἱοῦ ἐκπορευτὸν ἐκ πατρός.

Ῥῆσις ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ Διαλόγου.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τῆς κατὰ τὴν Πεντηκοστὴν ἀναγινωσκομένης.

ρμζ'. Τὰ νοήματα ἡμῶν, δεόμεθα Κύριε, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ παρὰ σοῦ ἐκπορευόμενον, φωτίσαι καὶ ὁδηγῆσαι εἰς πᾶσαν καθὼς ὁ σὸς ὑπέσχετο υἱὸς, τὴν ἀλήθειαν.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Εἰ μὴ τοῖς ἄλλοις κἂν τούτῳ τῷ θείῳ πατρὶ πείθητε, μὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγοντι ἐκπορεύεσθαι, ὑμετέρῳ πάντως ὄντι βλαστῷ καὶ ἐγχωρίῳ, καὶ τῆς ἐν τῇ παλαιᾷ Ῥώμῃ ἁγίας Ἐκκλησίας ἀρχιποιμένι. τοῦτο δὲ φανερῶς παρίσταται, ἐκ τοῦ, τὸν Ἅγιον τὸ, καθὼς ὁ σὸς υἱὸς ὑπέσχετο ἐπαγαγεῖν. ἵνα γὰρ μὴ λόγων λαβὰς τὸ Κύριε ψιλῶς οὕτω κείμενον δῴσει σοι, διὰ τῆς τοιαύτης ἐπαγωγῆς ἀριδήλως καὶ σαφῶς τὸ πρὸς τὸν πατέρα τὴν εὐχὴν ποιεῖσθαι διδάσκει σε.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ

Sanctus

πνεῦμα ὁ Ἅγιος ἔφη, καὶ σὺ προσέθης τὸ, μὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' ἴσθι, ὡς ὁ λέγων, ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ, δι' υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄλλως νοεῖσθαι, τὸ τῶν τριῶν συνεχές τὸ καὶ συμφυές. εἰ δὲ πᾶν τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐξ ἀμφοῖν ἐστὶ, σκιαμαχεῖν ἴσθι τοὺς ἀντιλέγοντας τοῖς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγουσιν ἐκπορεύεσθαι, διὰ τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι.

Sanctus aſſeruit, tu vero addis de tuo, *non ex Filio.* Veruntamẽ ſcito aſſerentem ex Patre Spiritum procedere, non inficias ire, per Filium ipſum procedere. quod fieri nequit, vt aliter intelligatur trium continuitas, & in natura communitas ac vnitas. Quod ſi quidquid ex Patre eſt per Filium, ex vtroque eſt, ſcito cum vmbra digladiari ac depugnare eos, qui contradicunt dicentibus, ex Patre & Filio Spiritum procedere, dum ille ex Patre per Filium procedit.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ τέλους τῆς Βίβλου αὐτοῦ.

ρλή. Τὸ Παράκλητον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ υἱῷ διαμένει.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἄκουε πῶς κἀνταῦθα ὁ μέγας τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας φωστὴρ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι διδάσκει, ἐν δὲ τῷ υἱῷ διαμένειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ γοῦν ὡς σὺ φῂς, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, πῶς τοῦτο παρεσιώπησεν ὁ θεῖος οὗτος διδάσκαλος;

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Μὴ τοῦτο σκόπει, ὡς εἴπερ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα, πῶς τοῦτο παρεσιώπησεν ὁ θεῖος οὗτος διδάσκαλος, ἐν γὰρ διαφόροις ἡμῶν ἀντιρρήσεσιν, ὁ περὶ τούτου λόγος ἰδι-

Ex fine eiuſdem Libri.

CXLVIII. *Paracletus Spiritus ex Patre progreditur, & in Filio permanet.*

ANIMADVERSIO.

Audi hic quoq; magnum hoc Eccleſiæ Romanæ lumen, ex Patre Spiritum ſanctum procedere, in Filio vero permanere inſinuare. Si itaque, vt tu dicis, etiam ex Filio procedit, quam ob cauſam id diuinus hic Doctor ſilentio præteriÿt?

REFVTATIO.

Ne id conſideres, ſi etiam ex Filio Spiritus procedit, quare id diuinus hic doctor ſilentio præterijt. In diuerſis ſiquidem noſtris Refutationibus huiuſce cauſa aſſignata eſt. Sed illud animo aperto voluito, quod, quod hic dicitur *prodire*,

te per verbum *procedere* expressisse. Quare tibi in posterum fas non fuerit, discrimē aliquod inter progredi & procedere in progressione Spiritus constituere.

AVGVSTINI dicta.

Sancti Augustini ex Libro, qui Enchiridion nuncupatur, Cap. I.

CIL. *Satis est Christiano rerum creaturarum causam, siue cælestium, siue terrestrium, siue visibilium, siue inuisibilium, nonnisi bonitatem credere Creatoris, qui vnus & verus est Deus: nullamque esse naturam, quam non aut ipse sit, aut ab ipso: eumque esse Trinitatem, Patrem scilicet & Filium a Patre genitum, & Spiritum sanctum ab eodem Patre procedentem.*

ANIMADVERSIO.

Quid hic ais, qui multas sanctissimo Spiritui processiones elargiris? Vestræ gregis & hic prorsus pastor est. Audi saltem hunc, sodes precor, non tantum simpliciter Spiritum ex Patre procedere edocentem, sed adijcentem & illud ab eodem: hinc ab alio prohibentem, quemadmodum & in alijs quoque adnotauimus.

REFVTATIO.

Hic Sanctus asserens, Spiritum ab eodem Patre procedere aperte constabilit, Spiritū non

θη σοι, ἀλλὰ προσέσχες ἀκριβῶς, ὅτι τὸ προέρχεσθαι ἐνταῦθα, ἐκπορεύεται ἤπερ αὐτός. καὶ οὐκέτι σοι ἐξέσται διαφορὰν λέγειν τοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ προέρχεσθαι, ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ πνεύματος.

Ρήσεις ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΥ.

Τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου ἀπὸ τοῦ Βιβλίου τοῦ λεγομένου Ἐγχειρίδιον, Κεφάλαιον α.

ρμθ'. Ἀρκετόν ἐστι τῷ Χριστιανῷ, τῶν κτιστῶν πραγμάτων τὴν αἰτίαν. εἴτε οὐρανίων εἴτε ἐπιγείων, εἴτε ὁρατῶν, εἴτε ἀοράτων, μηδεμίαν εἶναι, ἀλλ' ἢ τὴν ἀγαθότητα πιστεύειν τοῦ κτίστου, ὅς ἐστι Θεὸς ἀληθινὸς εἷς, καὶ οὐδεμίαν εἶναι φύσιν, ἥτις ἢ αὐτὸς οὐκ ἔστιν, ἢ ἀπ' αὐτοῦ, αὐτόν τε εἶναι Τριάδα, πατέρα δηλονότι καὶ υἱὸν ἐκ πατρὸς γεννηθέντα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τί λέγεις ὁ τὰς πολλὰς ἐκπορεύσεις τῷ παναγίῳ πνεύματι θέλων χαρίζεσθαι; τῆς καθ' ἡμᾶς ἀγέλης πάντως ποιμὴν καὶ οὗτος. ἄκουσον γοῦν κἂν τούτου διδασκάλου, μὴ μόνον οὕτως ἁπλῶς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα διδάσκοντος ἀλλὰ προστιθέντος καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ, κἀντεῦθεν τὸ ἐξ ἑτέρου ἀπαγορεύοντος, καθὼς καὶ ἐν ἑτέροις ἐπεσημειωσάμεθα.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐνταῦθα μὲν λέγων ὁ Ἅγιος τὸ πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, παρίστησιν ἐναργῶς, μὴ ἐκ πνεύματος

esse

ἑτερουσίου τὸ πνεῦμα εἶναι ἀρχῆς, ὅπερ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ παριστῶσιν οἱ λέγοντες, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναι, καὶ οὐκ ἄλλοθεν, οὐδὲ ἐξ ἑτέρας τινὸς οὐσίας ἢ ὑποστάσεως, τὴν οἰκείαν αὐτὸν ἔχειν ὑπόστασιν. ἐν ἄλλαις δὲ τῶν τοῦ μακαρίου τούτου θεολογιῶν ἴσθι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα λέγοντα αὐτὸν ἐκπορεύεσθαι.

eſſe ex alio principio, quod alienæ eſſentiæ ſit: idque confirmant etiam de Filio aſſerentes, Filium ex ſolo Patre, nec ab alio eſſe, neque ex alia eſſentia, aut hypoſtaſi propriam habere ſubſiſtentiam. Cæterum in alijs Beati huiuſce enunciatis ſcito contineri, ex Filio Spiritum procedere.

Ῥήσεις ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ.

Τοῦ ἁγίου Ἱερωνύμου ἐκ τῆς πρὸς Δάμασον ἐξηγήσεως τοῦ ἁγίου Συμβόλου.

ρν΄. Πιστεύομεν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Θεὸν ἀληθινὸν, ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴσον κατὰ πάντα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Τοῦ Σωτῆρος ἐν Εὐαγγελίοις διδάξαντος, ἐνώπιον δύο ἢ τριῶν μαρτύρων ῥῆμα πᾶν ἵστασθαι. ἡμῶν δὲ τοσούτοις παρεισαγόντων σοι μάρτυρας, περὶ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύσεως, τέως δὲ καὶ τρεῖς ὑμετέρων χωρῶν πρὸ τόσων ἀμνημονεύτων ἐτῶν ἀρχιερατεύσαντας, ἢ τούτοις πεισθεὶς, τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου τὴν οὐκ οἶδα πόθεν ἢ παρὰ τίνος παρεντεθεῖσαν προσθήκην ὑπέξελε, καὶ δεῦρο στὰς μεθ' ἡμῶν σύμψαλλε, καθὼς ἀπὸ τῶν θείων πατέρων αὐτὸ παρελάβομεν, ἢ δεῖξον αὐτὸς ἡμῖν τινὰς τῶν τῆς εὐσεβείας κηρύκων, καὶ κοινῶν τῆς οἰκουμένης φωστήρων, καὶ διδασκάλων περὶ τῆς

HIERONYMI dicta.

Sancti Hieronymi ex Expoſitione Symboli ad Damaſum.

CL. *Credimus in Spiritum ſanctum, verum Deum ex Patre procedentem, æqualem in omnibus Patri & Filio.*

ANIMADVERSIO.

Saluator in Euangelio docuit, in ore duorum vel trium teſtium eſſe omne Verbum; & nos de ſanctiſſimi Spiritus ex ſolo Patre proceſſione, tot tibi teſtes adduximus, tandemque ex veſtris regionibus tres, qui ante tot ſæcula Præſulatus dignitate præfulſere. Tu porro illis fidem adhibens, vel additionem, quæ vnde nam irrepſerit, aut a quo intruſa fuerit plane ignoro, e ſacro Symbolo abige: & ſimul nobiſcum ſtans concinito, quemadmodum illud a diuinis Patribus accepimus: vel oſtendito nobis tu ipſe ex pietatis Præconibus, & communibus Orbis

bis terrarum luminibus ac Doctoribus aliquos de simili additione palam aliquid & manifesto decernentes, aut edocentes, tumq; a te vinci æquo animo fatebimur, & uti fratres coniunctissimi eadem confitebimur.

προσθήκης ταύτης φανερῶς τε σαφῶς δογματίσαντας καὶ διδάξαντας, καὶ τηνικαῦτα, τὴν ἧτταν ὁμολογήσομεν, καὶ φιλαδέλφως σοι συμφρονήσομεν.

REFVTATIO.

Veritatem iniuria afficis, mi homo, cum asseueras, de sanctissimi Spiritus ex solo Patre processione multos testes adduxisse. Nemo enim ex Patribus illud, ex solo, prolocutus est. Veruntamen si nullus ex Patribus affirmauit, ex solo Patre procedere, & ex solo Patre esse, aut emanare, aut exilire, Spiritum: si addentes vos illud exciperetis secundum sententiam rectam, & inconcussam intelligentiam interpretationis a magno Basilio propinatæ de voce illa *solus Pater*; quæ expositio palam ostendit *solus* de Patre dici, quod omnia ad Patrem referantur, & ille per omnia uti primaria causa agnoscatur. ex qua sententia sequitur nihil differre, ex solo Patre & ex prima causa Patre dicere, nos profecto, qui propter Ecclesiasticæ vnionis zelum, absurdis additionibus, & falsis interpretationibus contradicimus, cum vobis quidem altercati non fuissemus. Cum vero illud, *ex solo* in vestris falsis interpretationibus perpetuo assumatis ad excludendum Filiũ ala-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀδικεῖς τὴν ἀλήθειαν ἄνθρωπε, πολλοὺς λέγων παραστῆσαι τοὺς μάρτυρας, περὶ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύσεως. οὐδεὶς γὰρ τῶν Ἁγίων εἴρηκε τὸ ἐκ μόνου. ἀλλ᾽ εἰ καὶ μηδεὶς τῶν Ἁγίων ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι εἴρηκε, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ὑπάρχειν, ἢ πηγάζειν, ἢ ἀναβλύζειν τὸ πνεῦμα. εἴπερ οἱ προστιθέντες ὑμεῖς κατὰ γνώμην ὀρθὴν καὶ ἀδιάστροφον εἰς τὴν ἔννοιαν τοῦτο ἐξελαμβάνεσθε τῆς ῥηθείσης παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐξηγήσεως περὶ τῆς, μόνος ὁ πατήρ, φωνῆς, ἥτις ἐξήγησις ἐναργῶς διασαφεῖ λέγεσθαι ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸ μόνος διὰ τὸ πάντα ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνάγεσθαι, καὶ αὐτὸν διὰ πάντων τὴν πρώτην αἰτίαν γινώσκεσθαι, ᾗ τινι ἐννοίᾳ ἀκολουθεῖ, μηδὲν διαφέρειν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ πρώτης αἰτίας τοῦ πατρὸς λέγειν, οὐκ ἂν ἡμεῖς οἱ διὰ τὸν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ζῆλον ταῖς παραλόγοις προσθήκαις καὶ παρεξηγήσεσιν ἀντιλέγοντες, ὑμῖν ἐζυγομαχήσαμεν. ὅτι δὲ τὸ ἐκ μόνου πανταχοῦ τῶν ὑμετέρων παρεξηγήσεων

εἰς διαςολὴν λαμβάνεται τοῦ υἱοῦ προθύμως ὑμῖν καὶ ζυγομαχοῦμεν καὶ ἀντιλέγομεν, ὡς γὰρ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἡ ἀπὸ τοῦ πατρὸς διαςολὴ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἄν ποτε ἐν τῇ ἐκ πατρὸς ὑπάρξει τοῦ πνεύματος, παραδέξαιτο τὸ δι᾽ υἱοῦ.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ Εἰς τὸ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου ῥητὸν τὸ, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός.

ρνα΄. Τὸ δὲ, ὃν ἐγὼ πέμψω, τὴν ἰσότητα δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν πατέρα. ἀλλαχοῦ γὰρ τὸν πατέρα εἶπε πέμπειν τὸ πνεῦμα, ἐνταῦθα δὲ ἑαυτὸν πέμψειν τοῦτο εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν ἰσότητα δηλοῖ. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ ἀνταγωνιστὴν ἑαυτὸν τῷ πατρὶ, ὡς ἀπὸ ἄλλης ἐξουσίας πέμπων τὸ πνεῦμα, προσέθηκε παρὰ τοῦ πατρός. πέμψω μὲν γὰρ αὐτὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν εὐδοκοῦντος τοῦ πατρὸς καὶ συναποστέλλοντος. οὐ γὰρ ἐξ οἰκείων κόλπων αὐτὸς προΐεμαι τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς δι᾽ ἐμοῦ χορηγεῖται. ὅταν ἀκούσῃς ἐκπορεύεται, μὴ νόει ἀποστολὴν τὴν ἐκπόρευσιν, οἵαν ἀποστέλλονται τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, ἀλλὰ φυσικὴ ὕπαρξις τοῦ πνεύματός ἐστιν ἡ ἐκπόρευσις.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Ἀκούεις καὶ τοῦ παρὰ τῆς θείας ἐμπνευσθέντος χάριτος, οὐ μόνον διαφόρους ἱερὰς βίβλους, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια ἐξηγήσαντος Εὐαγγέλια τό, τι μὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πατρὸς τὸ παράκλητον ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα παραδιδόντος σοι, καὶ τὴν

criter cōtendimus& contradicimus. Quemadmodū enim ſæpius diximus, excluſio a Patre Filij in exiſtētia Spiritus ex Patre, nunquam admittit illud, per Filium.

Domini Theophylacti Bulgariæ Archiepiſcopi in Ioannis dictum, *Quem ego mittam vobis a Patre.*

CLI. *Quem ego mittam, æqualitatem erga Patrem ſignificat. Nam alio loco de Patre dixit, quod mittet Spiritum; hoc autem loco, quod ipſe mittet, vtique ſane æqualitatem ſignificans. Ne autem videatur obluctari Patri, quaſi ab alia ſubſtantia mittat Spiritum, addidit a Patre. Nam & ipſe quidem mittet, ſed a Patre, hoc eſt approbante Patre, & ſimul mittente. Non enim ex proprio ſinu ipſe prius mitto, ſed a Patre per me ſuppeditatur. cum autem audieris, quod procedit, ne intelligas per proceſſionem miſſionem, quali mittuntur miniſtratorij Spiritus, ſed naturalis ſubſiſtentia Spiritus eſt proceſſio.*

ANIMADVERSIO.

Audiſne & ab eo, qui diuina gratia motus, non tantum varia ſacra Volumina, ſed ipſa quoq; Euangelia interpretatus eſt, non ex Filio ſed ex Patre Paracletum procedere tradere edocereq; æque atque alios diuinos Patres proceſ-

ſionem

sionem non missionem, sed naturalem subsistentiam Spiritus, decernereque insuper ipsam missionem non simpliciter a Filio Verboque fieri, sed approbante Patre, & simul mittente.

REFVTATIO.

Cum tempore Schismatis vir iste inclaruerit, non multa consideratione digna dicta illius existimanda videntur, nihilominus ex his ijsdem, quæ ipse pronunciat, multũ addetur virium existimantibus ex Patre, & Filio spiritum esse. Tum quod ipse processionem interpretatus, naturalem existentiam eam esse spiritus pronunciauit. Etenim si procedere naturaliter existere est, qui naturaliter existere spiritum ex Patre & Filio dicit, nihil ab eo differt, qui ex vtroque illum procedere inquit. Tum etiam quod ipse asserat, missionem ipsam erga Patrem Filij æqualitatem notare. Etenim si ex Patre & Filio mittitur propter æqualitatem Filij erga Patrem, non vti ex duobus mittitur. Qua enim ratione spiritus esset vnus & indiuisus, si non veluti ex vna causa missionis, sed veluti ex duabus causis missionis,

μὲν ἐκπόρευσιν οὐκ ἀποστολὴν, ἀλλὰ φυσικὴν ὕπαρξιν συμφώνως τοῖς λοιποῖς θείοις Πατράσι διδάσκοντος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποστολὴν αὐτὴν, οὐχ ἁπλῶς τὸν υἱὸν καὶ λόγον ποιούμενον δογματίζοντος, ἀλλὰ συνευδοκοῦντος τοῦ πατρὸς, καὶ συναποστέλλοντος.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ καὶ διὰ τὸ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σχίσματος τὸν ἄνδρα τοῦτον ἀκμάζειν, οὐ πολλῆς ἦσαν ἐπισκέψεως ἄξια τὰ παρ᾽ αὐτοῦ τέως, ἀλλὰ καὶ ἀφ᾽ ὧν οὗτος λέγει, συγκρότησις οὐκ ὀλίγη ἐπιγενήσεται τοῖς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα δοξάζουσι. τοῦτο μὲν, ὅτι τὴν ἐκπόρευσιν ἐξηγούμενος οὗτος, φυσικὴν ὕπαρξιν τοῦ πνεύματος εἶναι ταύτην ἐδήλωσεν. Εἰ γὰρ τὸ ἐκπορεύεσθαι τὸ φυσικῶς ὑπάρχειν ἐστὶν, ὁ φυσικῶς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ λέγων, οὐδὲν διαφέρει τοῦ ἐξ ἀμφοῖν αὐτὸ λέγοντος ἐκπορεύεσθαι. τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τὴν ἀποστολὴν αὐτὴν λέγειν αὐτὸν, δηλοῦν τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητα τοῦ υἱοῦ. εἰ γὰρ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα πεμπόμενον, διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητα τοῦ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἐκ δύο ἐστὶ πεμπόμενον, πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη τὸ πνεῦμα ἓν καὶ ἀδιαίρετον, εἴπερ οὐχ ὡς ἐξ ἑνὸς αἰτίου τῆς πέμψεως, ἀλλ᾽ ὡς ἐκ δύο αἰτίων τῆς πέμψεως τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ πέμπεται, οὕτω καὶ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἐκ

Patris scilicet, & Filij mitteretur. Pari quoque ratione naturaliter, & essentialiter existens ex Patre & Filio, non vti

δύο, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνός ἐστι Θεοῦ φυσικῶς ὑπάρχον καὶ οὐσιωδῶς.

Τοῦ Ζυγαβηνοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ κατὰ Ἰωάννην, τὸ, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ.

ρνβʹ. Τοῦ γὰρ πατρὸς διαφόρως μαρτυρήσαντος περὶ ἐμοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διαφόρως μαρτυρήσει πάντως. μαρτυρήσει δὲ ἐλλάμπον ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς πληροφορίαν πλειοτέραν, καὶ θαυματουργοῦν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. ὅρα δὲ ὅτι πέμπει μὲν αὐτὸ καὶ ὁ υἱός, ὡς ὁμότιμος τῷ πατρί, παρὰ τοῦ πατρὸς δὲ, ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, παρὰ τοῦ πατρὸς δὲ ἐκπορεύεται ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ.

ex duobus, ſed vti ex vno Deo naturaliter & eſſẽtialiter exiſtit.

Zygabeni in dictum Ioannis; *Hic teſtimonium perhibebit de me.*

CLII. *Nam cum Pater teſtimonium varie perhibuerit de me: Spiritus ſanctus quoque multifariam teſtimonium omnino perhibebit. Teſtificabitur autem lucens in cordibus veſtris ad maiorem certitudinem, & miracula operans in nomine meo. Vide autem quod mittit quidem eum & Filius, tanquam eiuſdem cum Patre honoris, veruntamen a Patre, tanquam qui a Patre procedit. Procedit vero a Patre tanquam ab eius eſſentia.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑ.

Πρόσχες τῇ βουλῇ καὶ τῷ ὁσιωτάτῳ τούτῳ καὶ θεοφόρῳ μοναχῷ σύμφωνα τοῖς θείοις Πατράσι, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐκπορεύσεως ἐξηγουμένῳ τε καὶ διδάσκοντι.

ANIMADVERSIO.

Animum etiam aduerte piiſſimo ac deifero huic Monacho consona cum alijs ſanctis Patribus de Spiritu ſancto, illiusq; proceſſione referenti, docentique.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλλ' ὥσπερ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὄν, οὕτω καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ πέμπεται, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὄν. ἵνα μὴ διακονικῶς καὶ ὑπηρετικῶς εἴη πεμπόμενον αὐτὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ. Εἰ γὰρ καὶ μὴ αὐτὴν ταύτην τὴν φυσικὴν καὶ οὐσιώδη τοῦ πνεύματος ὕπαρξιν ἡ πέμψις δηλοῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ ὑπάρξει αὐτῇ γε ἀκολουθεῖ, ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα πεμπόμενον, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον πέμπεται παρ' αὐτοῦ.

REFVTATIO.

Sed quemadmodum a Patre procedit, vti ex eſſentia illius exiſtens, ita & a Filio mittitur, vti ex eſſentia ipſius exiſtens, ne modo ſeruili, & miniſtratorio ipſe a Filio mittatur. Licet enim non eandẽ ipſam naturalẽ, & eſſentialem ſpiritus exiſtentiam miſſio notet; veruntamen cum hanc exiſtentiam ſubſequatur, ſpiritum a Filio mitti, vti ex ipſo exiſtens ab ipſo mittitur.

EIVSDEM.

EPIGRAPHAE,

siue Præscriptiones in dicta, ac Sententias sanctorum Patrum a se collectas de processione Spiritus sancti.

Præscriptio Prima.



VAria diuersaque scripto tradita dicta, Patrumq; sententiæ collectæ, quibus demonstratur, Spiritum etiam ex Filio esse. Subsequuntur ac digeruntur in eodem Libro alia dicta, eorundemque sententiæ, quibus demonstratur Spiritum esse ex Patre per Filium. Et cum illorum pars ex Filio, pars per Filium Spiritum esse demonstret, astruuntur Præpositionum *Ex* & *Per* vires æquales. statimq; postmodum adducuntur alia testimonia, quibus earundem Præpositionum vires æquales ostenduntur.

Gregorius Nyssenus Homilia in Orationem Dominicam, cuius illud principium est. *Lex futurorum umbram continens*, inquit; *Cum enim Filius ex Patre exiuit, vt Scriptura tradit, & Spiritus ex Deo & Patre procedit: sed quemadmodum absque causa esse solius Patris est, quod neque Filio, neque Spiritui adaptari potest, sic vice versa ex causa esse*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΦΑΙ

Εἰς τὰ παρ' αὐτοῦ συνειλεγμένα ἐκ τῶν Ἁγίων ῥητὰ, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ. α'.



Ῥήσεις διάφοροι γραφικαὶ, συλλεχθεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, μεθ' ἃς ἕτεραι χρήσεις καταστρωννύονται ἐν τῇ παρούσῃ Βίβλῳ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐπεὶ δὴ αἱ μὲν ἐκ τοῦ υἱοῦ, αἱ δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ ἀποδεικνύουσιν εἶναι αὐτὸ, εἰς σύστασιν τοῦ ἰσοδυνάμου τῆς διὰ καὶ τῆς ἐκ, ἀκολούθως παρατίθενται ἕτεραι γραφικαὶ χρήσεις καταστρωννύονται, δι' ὧν τὸ τῶν προθέσεων ἰσοδύναμον ἀποδείκνυται.

Ὅτι ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα.

Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῇ εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν Ὁμιλίᾳ αὐτοῦ, ἧς ἡ ἀρχὴ ὁ τὴν σκιὰν τῶν μελλόντων ἔχων νόμος, οὕτω φησίν. Ὅτε γὰρ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε, καθώς φησιν ἡ γραφὴ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἀναίτιον εἶναι μόνου τοῦ πατρὸς ὂν, τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι ἐφαρμο-

sa esse

θῆναι οὐ δύναται, οὔπω καὶ ἔμπαλιν, τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῷ πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει, κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι τὸ μὴ ἀγεννήτους εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἔστιν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν ἐξευρεῖν, ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη. ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει φησίν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. οὐκοῦν τὸ μὲν πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ Χριστοῦ πνεῦμα ἐστίν, ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὤν, οὐκέτι καὶ τοῦ πνεύματος οὔτε ἐστίν, οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀκολουθία αὕτη.

Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, οὗ ἡ ἀρχή, Μόλις ποτὲ κορεσθεὶς τῶν εἰς τὸν μονογενῆ βλασφημιῶν, φησίν. Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, φύσει δὲ τρίτῃ κεχρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάγμεθα γραφῶν, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων

sa esse, quod est proprium Filij & Spiritus, de Patre intelligi, alienum a natura est. Cum vero Filio & Spiritui commune sit, ingenitos non esse, ne confusio circa subiectum introducatur, rursus potest immixta in eorum proprietatibus differentia reperiri, vt & commune conseruetur, & propriũ non confundatur. Nanque vnigenitus Filius ex Patre per Scripturam sacram dicitur, nec vltra hoc illius proprietatem oratio extendit. Spiritus vero sanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio esse astruitur. Si quis enim Spiritum Christi non habet, inquit, hic non est illius. Itaque Spiritus qui ex Deo est, & Christi spiritus est; Filius qui ex Deo est, Spiritus neque est, neque dicitur, neque conuertitur relatiua ista sequela.

Magnus Basilius in tertio in Eunomium Antirrhetico, cuius principiũ, *Vix tandẽ blasphemijs in vnigenitum saturatus, ait; Cur enim necesse est, si dignitate, & ordine tertius est Spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate namque ipsum secundum esse a Filio, cum ab ipso habeat, quod sit, & ab ipso accipiat, & nobis annunciet, & prorsus ab illa causa pendeat, pietatis sermo tradit. Natura vero tertia vti, nec a diuinis Scripturis didicimus, nec ex antecedentibus*

fieri potest, vt colligatur. Nam quemadmodum Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo est, & dignitate, quoniam origo & causa essendi Pater ipsi est, & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deũ Patrem, natura vero nullo modo secundus: quoniam in vtroque vna est deitas: ita videlicet & Spiritus sanctus, etsi dignitate, & ordine secundus a Filio est, non tamen verisimiliter alienæ ipsũ esse naturæ inde consequetur.

Gregorius Nyssenus primo aduersus Eunomium Antirrhetico, cuius principium est, *Fieri, vt videtur, non potest, vt quis de omnibus bene mereri*, prope finem hæc habet; *Si temporalem quandam intercapedinem hypostasi, seu substantiæ Filij anteponeret, qui Patrem sola principij ratione prius Filio concipit, iure censeri posset doctrina de Filij æternitate in periculum vocari.* Et paucis interiectis; *Quemadmodum enim Patri Filius coniungitur, & cum ex illo originem ducat, existentia tamen posterior non est; sic etiam Spiritus sanctus ad Filium se habet, cognitione sola secundum causæ rationem Filius prius, quam Spiritus sancti hypostasis concipitur.*

καὶ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίζεσθαι. ὡς γὰρ ὁ υἱὸς, τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία, οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως.

Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, οὐκ ἦν ὡς ἔοικε τὸ πᾶσι τὰς ἐθέλειν εὐεργετεῖν; φησὶν οὕτω περὶ τὸ τέλος. Εἰ μέν τινα χρονικὴν ἔμφασιν ὑπερετίθη τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως ὁ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προθεωρῶν, εἰκότως ἂν ὁ τῆς ἀϊδιότητος ἡμῖν περὶ τοῦ υἱοῦ λόγος ἐκινδυνεύετο. καὶ μετά τινα, ὥσπερ οὖν τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προθεωροῦμεν, προστίθησιν, ὁ αὐτὸς ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ πνεύματος λόγος, ἐν μόνῃ τῇ τάξει τὴν διαφορὰν ἔχων. ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως· αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις χώραν οὐκ ἔχουσιν ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς. ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν.

Ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, ἐν οἷς εἶπον οἱ Πατέρες πρὸς τὸν Φιλόσοφον διὰ τοῦ Ἐπισκόπου Λεοντίου, ὧν ῥητῶν ἡ ἀρχὴ, Κἀκεῖνο δὲ νοητέον ὦ φίλε, λοιπὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφε, εὕρηται τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ πατρὸς. ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον.

Ὁ ἅγιος Κύριλλος, ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος ἐναργῶς, ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, φησίν, Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱὸς, ἀλλ' οὖν ἔστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς.

Καὶ αὖθις ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν Προφήτην Ἰωὴλ, τῇ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐξηγήσει φησίν. Ἡ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐξ αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς τὸν Βασιλέα Θεοδόσιον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Τοῖς μὲν ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας, τὸ ἀνωτάτω φησὶν. Βαπτίζοντα ἔφη τὸν Ἰησοῦν ἐν πυρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, οὐ τὸ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα πνεῦ-

In actis Nicænæ primæ Synodi, quibus Patres Philosopho per Leontium Episcopum responderunt, Dictorum principium est; *Illud etiam amice Philosophe, considerandum est;* reperitur; *Spiritus sanctus procedens quidem ex Patre, proprius vero Filij, & ex ipso exiliens.*

Sanctus Cyrillus Oratione ad Nestorium, cuius principium, *Saluatore nostro palam edicente, qui amat Patrem & Matrem super me, non est me dignus,* inquit; *Licet sit in hypostasi Spiritus propria, & iam intelligatur secundum se ipsum, qua Spiritus est, & non Filius, veruntamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis appellatus est, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso qua & a Patre ratione.*

In expositione Ioëlis Prophetæ, cum illud, *Effundam e spiritu meo,* interpretatur, ait; *Ratione quidem, qua est Deus, & ex Deo secundum naturam Filius: nanque ex Deo & Patre generatus est; proprius ipsius & in ipso, & ex ipso est Spiritus sanctus, quemadmodum scilicet de ipso intelligitur Deo & Patre.*

Idem Oratione ad Imperatorem Theodosium, cuius principium, *Supremum humanæ gloriæ culmen,* ait; *Baptizantem dixit Iesum in igne, non alienum ijs, qui baptizantur, inijcientem*

Spiri-

Ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας Θεοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, φησίν. Αὐτὸς γὰρ αὐτὸν ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸν κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος, ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς Ἀντιοχεῖς Τόμῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς Εὐσεβίῳ καὶ Λουκιφέρῳ φησὶν, Δεῖ δὲ ἀναθεματίζειν καὶ τοὺς λέγοντας κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ διῃρημένον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Χριστοῦ.

Ὁ Χρυσόστομος ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸ, ἑκάστῳ κλίματι ἐφεστήκασαν Ἄγγελοι, οὗ ἡ ἀρχὴ. Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, φησίν. Ἦλθε Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς. ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, καὶ ἀνέλαβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δύο διαθηκῶν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Θεὸν δὲ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δεδηλώκασιν ἐξ ἀρχῆς νόμος καὶ Προφῆται, φησίν. Διὰ γὰρ τὸ γενέσθαι ναὸν τῆς θείας δυνάμεως τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τὸ θεοφόρον, γίνῃ καὶ σὺ ναὸς καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ. δέχῃ γὰρ ἐκπεμπόμενον παρ' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα. ὡς οὖν Χριστὸν ἐπιγνοὺς ἐπέγνως Θεὸν, οὕτω πνεῦμα Χριστοῦ δεξάμενος, ἐδέξω Θεόν.

Magnus Athanasius Oratione de vnigeniti Dei Verbi incarnatione, quæ incipit, *Qui malitiose diuinas Scripturas volunt intelligere*, scribit. *Ipse enim illum desuper mittebat, vt Deus; & ipse illum in imo accipiebat, vt homo. Ex ipso itaq; in ipsum descendebat, ex diuinitate ipsius in humanitatem ipsius.*

Idem Tomo ad Antiochenos, qui incipit; *Dilectis ac desideratissimis fratribus, Eusebio & Lucifero*, ait; *Anathematizandi porro sunt, qui dicunt creaturam esse Spiritum sanctum, & separatum a substantia Christi.*

Chrysostomus Oratione in Incarnationem Domini nostri Iesu Christi, & in illud, *In quacunque regione assistebant Angeli*, cuius principium est. *Vere apparuit nobis diuina gratia*, ait; *Vere venit Christus ad nos. tradidit nobis, qui ex ipso est, Spiritum, & nostrum corpus assumpsit.*

Idem Oratione de duobus testamentis, cuius principium, *Deum vnum eundemque a principio manifestarunt lex & Prophetæ*, dicit; *Propterea enim quod factum est diuinæ virtutis templum corpus Domini deiferũ; fis & tu templum secundum illius similitudinem. Accipis enim missum ab ipso Spiritum. Quemadmodum ergo Christum agnoscens, Deum agnouisti, ita & Spiritum Christi accipiens, Deum accepisti.*

Idem

Idem in prima Prophylactica, cuius principium; *Quando ad bonum accedimus præcauere oportet, qui bono contra operatur, Diabolum*, inquit; *Et hac ratione seruabit nos Spiritus, qui ex Christo est, in diem futuræ redemptionis*.

Magnus & Thaumaturgus Gregorius Neocæsariensis Episcopus Oratione, quæ incipit; *Inimicissimi & alieni a confessione Apostolica sunt, qui dicunt esse Filium ex ijs quæ non extant*, scribit; *Domini Pater principium est ab æterno eum generans, & Dominus est Prototypus Spiritus*. Magnus Basilius, *Genitorem & Prototypum Filij Patrem* nuncupat Oratione quarta aduersus Eunomium.

Sanctus Cyrillus in vno Capite libri secundi Thesaurorum; *Proprium autem est Spiritus essentiæ Filij, nec ab extraneo hypostasim habet*. In alio rursus; *Cum itaque leges dat Christus, tanquam in ipso existens Spiritus illius leges dat*. Et in alio; *Necesse est ergo fateri, illum esse ex essentia Filij & Dei, cum omnem illius & operationem, & virtutem possideat*. Item in alio. *Vti ex essentia existens suppeditantis illum Sanctis, Christi videlicet*. Item in alio; *Nullum igitur naturæ discrimen agnoscit Paulus Filij, & Spirius sancti, sed veluti*

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ Προφυλακτικῷ, οὗ ἡ ἀρχή, Ἐπειδὴ τῷ ἀγαθῷ προσερχόμεθα, φυλάσσεσθαι δεῖ τὸν ἀντιπεράσσοντα τῷ ἀγαθῷ Διάβολον, φησίν. Καὶ οὕτως ἡμᾶς φυλάξοι τὸ παρὰ Χριστοῦ πνεῦμα εἰς τὴν ἡμέραν τῆς μελλούσης ἀπολυτρώσεως.

Ὁ μέγας καὶ Θαυματουργὸς Γρηγόριος Νεοκαισαρείας Ἐπίσκοπος ἐν τῷ Λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς Ἀποστολικῆς ὁμολογίας οἱ τὸν Χριστὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες, φησίν. Τοῦ Κυρίου ὁ πατὴρ ἀρχή, ἀϊδίως αὐτὸν γεννήσας, καὶ πρωτότυπος τοῦ πνεύματος ὁ Κύριος. Ὁ μέγας Βασίλειος γεννήτορα καὶ πρωτότυπον τὸν πατέρα φησὶ τοῦ υἱοῦ ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου τετάρτῳ.

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ δευτέρου τῶν Θησαυρῶν· Ἴδιον δὲ πάντως τὸ πνεῦμα τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ὑποστατόν. Ἐν ἄλλῳ πάλιν. Νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα αὐτοῦ νομοθετεῖ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ· Ἀνάγκη λοιπὸν ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν αὐτὸ τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ Θεοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τήν τε δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχον. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, ὡς γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχον τῆς τοῦ χορηγοῦντος αὐτὸ τοῖς ἁγίοις Χριστοῦ δηλαδή. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, οὐδεμίαν ἄρα φύσεως διαφορὰν οἶδεν ὁ Παῦλος τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύ-

ex

ματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον, τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ. Ἀνάγκη τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τοῦ υἱοῦ. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ. Οὐκοῦν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, φησίν. Οὐκ ἄρα ἐλάττων ἐστὶν ὁ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχων τῷ τελείῳ πατρὶ, καὶ τὸ τοῦ γεννήσαντος πνεῦμα φύσεως ἰδίας ἔχων ἀγαθὸν, τῶν ἐνυποστάτων οὖν ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατήρ.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ, κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, φησίν. Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ υἱὸς κοινωνὸς ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ αὖ νοεῖται καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν. Εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει, διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτὸ ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καθώσπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς.

Ὁ αὐτὸς, ἐν ς'. τῶν πρὸς Ἑρμείαν φησίν. Εἶτα πῶς ἡμῖν ὁ υἱὸς διὰ τοῦ πνεύματος αὐλίζεται; πῶς δὲ

ex ipsa, & in ipso existentem illum dominationis nomine insignit. Item in alio; *Necesse est fateri, Spiritum ex essentia Filij esse*. Item in alio. *Igitur ex essentia Filij Spiritus*.

Idem expositione in Euangelium Ioannis, in illud; *Et Deus erat Verbum*, inquit; *Non itaque minor est, qui eandem actionem cum perfecto Patre possidet, & genitoris Spiritum vt proprium bonum non aliter certe, quam ipse genitor habet*.

Idem in expositione Euangelij secundum Ioannem, in dictum; *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*, inquit; *Nam cum vna cum Patre naturalibus deitatis bonis substantialiter Filius communicet, eodem modo Spiritum habet, quo Pater habere intelligitur, non aduentitium neque deforis. Stultum enim atque furiosum est ita sentire: sed quemadmodum vnusquisque nostrum proprium in seipso Spiritũ continet, & ab intimis visceribus ad exteriora profundit: propterea corporee Christus insufflauit, ostendens hoc signo, quia quemadmodũ ab ore humano corporee humanus spiritus procedit, sic ex diuina substãtia deitati congruenter Spiritus, qui ab ea est profunditur*.

Idem in sexto ad Hermiam libro, ait; *Postmodum quomodo in nobis Filius per Spiritum inhabitat*

bitat? Quomodo quod natura excellentius est, minus excellentis participationem communicabit? Etsi diuinæ naturæ efficimur participes, Spiritum accipientes, quomodo secundo loco post Spiritum Filius collocabitur? & qua ratione Filio præstantior fuerit & non potius vt ipse, & ab ipso spiritus, qui ipsius actionem vniuersam in se continet, & qui illius participationem communicat?

Metaplrastes in Martyrio Dionysij Areopagitæ in ipso Orationis exordio, ait; *Olim quidem fides sita erat in signis & ænigmatibus, & nube vmbra tecta erat lux veritatis. Postquam autem nostræ salutis magnum peractum fuit mysterium, & qui finxit sigillatim corda nostra suæ benignitatis in nos misericordia, citra peccatum natus est sicut nos, & alia subijt, quæ sunt humanæ imbecillitatis, vt ego primam reciperem nobilitatem, & postremo condemnatus fuit morte Crucis; & ne dicam singula: sunt enim multa intermedia Oeconomiæ carnis susceptæ mysteria, finem accepit corporeus aduentus: incipit clara manifestatio veritatis; & in cælum ascendit meus Christus, & ad sedem paternam reuertitur, & qui ex ipso procedit, Spiritum demittit discipulis, vt essent duces gentium infidelium.*

τὸ ἄμεινον κατὰ φύσιν, τὴν τοῦ χείρονος ἐμποιήσει μέθεξιν δι᾽ αὐτοῦ; καὶ εἰ θείας φύσεως ἀποτελούμεθα κοινωνοί, τὸ πνεῦμα δεχόμενοι, πῶς ἐν δευτέροις τοῦ πνεύματος ὁ υἱός; ἢ πῶς ἄμεινον αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς αὐτός τι καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὅλην ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν αὐτοῦ μέθεξιν ἐμποιοῦν;

Ὁ Μεταφραστὴς ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τοῦ λόγου φησίν. Πάλαι μὲν ἐν τύποις ἦν τὰ τῆς πίστεως καὶ αἰνίγμασι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος τῷ τῆς σκιᾶς νέφει συνεκαλύπτετο. ἐπεὶ δὲ τὸ μέγα τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐπεπραγματεύθη μυστήριον, καὶ ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν τῷ τῆς οἰκείας περὶ ἡμᾶς οἰκτῳ χρηστότητος εἰς ἀμαρτήτως γέγονεν ὡς ἡμεῖς, τ᾽ ἄλλα τε ὑπῆλθεν ὅσα τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶν ἀσθενείας, ἵν᾽ ἐγὼ τὴν πρώτην ἀπολαύω εὐγένειαν, καὶ τέλος τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον κατακέκριται. καὶ ἵνα μὴ τὰ καθέκαστα λέγω, πολλὰ γὰρ τὰ ἐν μέσῳ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ μυστήρια, πέρας τὰ τῆς σωματικῆς ἐνδημίας δέχεται, τὰ τοῦ πνεύματος ἄρχεται, καὶ εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐμὸς Χριστὸς ἀναφέρεται, καὶ πρὸς τὸν πατρικὸν ἐπανίεισι θρόνον, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ πνεῦμα ἐπὶ τῇ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίᾳ; Ἐν ποσι βιβλίοις ἡ ἐπιγραφὴ τὴν Ἀναστάσιον ἔχει.

Theo-

Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ Πρεσβύτερος περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων θεολογῶν, φησίν. Τοῦ δὲ σώματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες παράδειγμα, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων ὑποστάσεων παρεστήσαμεν διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ ἀκαμασίας. ταύτῃ γὰρ καὶ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ μονογενοῦς. Καὶ πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον καὶ ἀποστελλόμενον, οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. Καὶ μετά τινα. Καὶ μὴν ὁ Κύριος ἐξ αὐτοῦ δεικνὺς αὐτὸ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον.

Ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἐν τῇ Ὁμολογίᾳ τῆς αὐτοῦ πίστεως, φησίν. Τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐστίν, οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευόμενον.

Ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ Λόγῳ τῷ καλουμένῳ Ἀγκυρωτῷ φησὶν, τὸ πνεῦμα ἀκατάληπτον, οὐκ ἀλλότριον τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐδὲ συναλοιφή ἐστι πατρὸς καὶ υἱοῦ. μετ' ὀλίγα. Πνεῦμα ἅγιον οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη πατρὸς μὴ δὲ υἱοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ. Καὶ

Theodorus Raythenus Presbyter de rectis nostræ Fidei & veritatis dogmatibus decernit; *Corporis vero proprietatem in exemplum accipientes, mutuam diuinorum coh ærẽtiam per membrorum proportionem & assimilationem repræsentauimus. hinc & spiritus oris illius, Dei nempe, dicitur, cui vnigenitus os est, Spiritus sanctus dicitur. Et Spiritus rursus ex ipso procedens, & missus non tantũ a Patre sed etiã a Filio.* Et post pauca. *Et nihilominus Dominus ex se ipso existere docẽs, discipulis insufflans dixit; Accipite Spiritum sanctum.*

S. Athanasius in Professione suæ Fidei, dicit; *Spiritus sanctus ex Patre, & ex Filio est, non factus, non creatus, non genitus, sed procedens.*

Epiphanius Oratione, cui nomen præfixit Ancyroto, dicit; *Spiritus comprehendi non potest, non alienus est Patris & Filij, neq; contractio est Patris & Filij.* Et post pauca; *Spiritus sanctus non frater fratris, non Patris frater, sed ex eadem essentia Patris & Filij. Nanque ipse vnigenitus dicit; Spiritum Patris, qui ex Patre procedit, & ex meo accipiet; ne alienus a Patre & Filio existimaretur.* Et paucis interiectis; *Ex Patre & Filio tertius appellatione;* Et post plurima annexa; *Vtraq; inhabitãt in homine iusto, Christus*

& Spiritus ipsius: si vero Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, & Spiritus ex Christo, aut ex utrisque, ut Christus insinuat, qui ex Patre procedit, & hic de meo accipiet. Et post pauca; *Sed dicet nescio quis: Igitur dicimus duos esse filios, & quomodo unigenitus? Atqui tu quis es, qui cum Deo contendis? Etenim si Filium vocat ex se ipso, Spiritum sanctũ ex utrisque, quæ solummodo fide a Sanctis percipiuntur, luminis ipsa plena, lumen alijs impertientia, splendidam habent operationem*. Et paucis annexis; *Spiritus sanctus, Spiritus veritatis est, lumen tertium a Patre & Filio*. Item post non multa; *Quo enim modo nemo nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, eodem, audeo dicere, neque Spiritum nisi Pater & Filius, ex quo procedit, & ex quo accipit, neque Filium & Patrem nisi Spiritus sanctus, qui vere glorificat, qui omnia edocet, qui ex Patre & Filio*. Et post nonnulla; *Igitur Pater erat semper, & Filius erat semper, & Spiritus ex Patre & Filio spirat*.

μετὰ πολλὰ πάνυ. Ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ, ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ᾽ ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστός, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις. οὐκοῦν φαμὲν δύο εἶναι υἱούς, καὶ πῶς μονογενής; μενοῦνγε σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ; εἰ γὰρ τὸν υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τὸ παρ᾽ ἀμφοτέρων. ἃ μόνον πίστει νοούμενα ὑπὸ τῶν Ἁγίων φωτεινά, φωτοδότα, φωτεινὴν τὴν ἐνέργειαν ἔχει. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας, ἐστι φῶς τρίτον παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὕτω τολμῶ λέγειν, ὅτι οὐδὲ τὸ πνεῦμα, εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, παρ᾽ οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ᾽ οὗ λαμβάνει, καὶ οὐδὲ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοξάζον ἀληθῶς, τὸ διδάσκον τὰ πάντα, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Καὶ μετά τινα. Τοίνυν πατὴρ ἦν, καὶ υἱὸς ἦν ἀεί, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ πνέει.

Per Filium esse Spiritum.

Magnus Athanasius Oratione, quæ inscribitur, Refutatio contra Hypocrisim Meletij & Eusebij, & incipit; *Homo ad similitudinem Dei factus est*, scri-

Ὅτι διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ Πνεῦμα.

Ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ Λόγῳ ὃς ἐπιγέγραπται, Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελίτιον καὶ Εὐσέβιον, οὗ ἡ ἀρχή, Ἄνθρωπος καθ᾽ ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονε, φησίν. Ἦν δὲ ἀδιαίρετον, ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ

bit;

τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσιν.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἐκτεθείσῃ Διαλέξει Ὀρθοδόξου καὶ Μακεδονιανοῦ, φησίν. Ἐὰν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως καὶ θεότητος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα, τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκχυθὲν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀποδειχθήσεται.

Ὁ Θαυματουργὸς Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς Ἀποστολικῆς ὁμολογίας, οἱ τὸν υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες, φησίν. Ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς, τοῦ τε πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος.

Ὁ μέγας Βασίλειος, ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Διατί μὴ καὶ τὸ πνεῦμα υἱὸς τοῦ υἱοῦ, φησίν. Ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον, υἱοὺς ἐξ υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. Καὶ μετ' ὀλίγα. Διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι, σαφῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν καὶ τὸ δι' υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, υἱοῦ πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ, καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπὼν, καθάπερ καὶ Θεοῦ πνεῦμα, ὡς τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἓν δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀληθῶς

bit; *Impossibile in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, nisi ex Deo per Filium progrediendi modo, non autem fiendi ratione, naturam habeat, vt ipsi aiunt.*

In Disputatione Orthodoxi, & Macedoniani hæc habet; *Itaque si ostensum fuerit eiusdem esse diuinitatis Spiritum cum Filio, & Patre, qui ex ipso Patre per Filium effusus est, adorandus, & colendus esse demonstrabitur.*

Gregorius Thaumaturgus Oratione, quæ incipit; *Inimicissimi, & alieni a confessione Apostolica sunt, qui dicunt esse Filium ex ijs quæ non extant*, scribit; *Manente Patre ingenito, genito autem ex Patre Filio, & Spiritu sancto ex substantia Patris per Filium æterne emisso.*

Magnus Basilius in vno ex Capitibus cuius illa est Epigraphe; *Quare non & Spiritus filius Filij dicitur*, inquit; *Non quia non est ex Deo per Filium, sed ne Trinitas filios ex filijs habere in suspicionem veniens, vt est in hominibus, infinita putetur multitudo*. Et paucis interiectis; *Quãobrem ex Deo quidem esse Spiritum aperte prædicauit Apostolus, dicens; Spiritum, qui ex Deo est, accepimus: & per Filium effulsisse clarum fecit, cum Filij Spiritum, sicut Dei ipsum nominauit, & mentem Christi appellauit, sicut & Dei Spiritum, vt hominis*. Et post pauca; *Vnus vere & Spi-*

ritus

ritus, qui vere Sanctus est, qui & spiritus oris nominatur.

Et Capite, cui præfigitur; *Nisi Spiritum ex Deo quis dicat, nec Verbum*, dicit; *Quomodo igitur separabuntur inseparabilia Verbum scilicet Dei, & Spiritus ex Deo per Filium.*

Gregorius Nyssenus prima aduersus Eunomium Antirrhetica, quæ incipit; *Fieri, ut videtur, non potest, ut qui de omnibus bene mereri*, inquit; *Spiritus Patri secundũ quod increatus est, coniungitur, rursusq; ab eo, quod quemadmodum ille Pater non est, separatur: coniungitur & Filio secundũ quod increatus est, & quod causam existentiæ ex omniũ Deo habeat: seiungitur rursus proprietate, quod non tanquã unigenitus ex Patre subsistit, & quod per ipsũ Filium apparuit. Rursus cum creatura per Filium subsistisset, ne cum ea communionem Spiritus habere existimaretur, quod per Filium appareat, immutabilitate, firmitate, ac bonitatis quæ extranea sit, nulla indigentia a creatura Spiritus secernitur.* Et multis additis in eadem Antirrhetica; *Ex ingenito sole aliũ solem, Filium scilicet simul cum primi intellectione per generationem una cum ipso effulgentẽ, eidemq; per omnia æqualem pulchritudine, virtute, splendore, magnitudine, claritate, & uno verbo, omnibus, quæ soli inesse cernuntur: & rursus aliud simile lumen Spiritum eodem modo, non*

ἅγιον, ὃ δὴ καὶ πνεῦμα στόματος ὀνομάζεται.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Κεφαλαίῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, Εἰ μὴ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ λέγει τις, οὐδὲ τὸν λόγον, φησί. Πῶς οὖν χωρίζονται τὰ ἀχώριστα, λόγος ἐκ Θεοῦ, καὶ πνεῦμα ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ;

Idem Epist. ad Gregorium Fratrem, cuius principium; *Cum in mysticis dogmatibus enarrandis pleriq; sint, qui quod nullo discerniculo distingunt. Sed qui Patrem intellexit, & Filium simul ea intelligentia complexus est. Qui vero hunc acceperit, Spiritum a Filio non diuisit: sed iuxta ordinem quidem personarum consequenter, iuxta vero naturam coniunctim trium personarum fidem eadem ratione contemperatam in se ipso expressit. Et qui de Spiritu solo loquitur, simul ista confessione, & eum qui illum concurrit, cuius Spiritus est coniunxit. Et quoniam Christi Spiritus est, teste Paulo, & ex Deo est, fit vt quemadmodum in catena, qui vnius annuli summitatem apprehendit, hoc ipso simul & alterum insertum attrahit,*

πρεσβύτερον λέγων πατρὸς, οὗτος ἀνθίσταται μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ, ἀλλότριος δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, μὴ ὃν παρέλαβε τρόπον δοξολογίας φυλάττων, ἀλλ' ἑαυτῷ κενοφωνίας εἰς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ἐπινοῶν. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ὥστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία, αὐτῆς, τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἐστὶν ἄρνησις. ὁμοίως οὖν ἐστὶν ἀσεβὲς, καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν, καὶ ὑπερτιθέναι αὐτὸ ἢ υἱοῦ, ἢ πατρὸς, ἢ κατὰ τὸν χρόνον, ἢ κατὰ τὴν τάξιν.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή. Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας ἐπὶ τῶν μυστικῶν δογμάτων μὴ διακρίνοντες, φησίν. Ὁ τὸ πνεῦμα νοήσας, αὐτό τε ἐφ' ἑαυτοῦ ἐνόησε, καὶ τὸν υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο, ὁ δὲ τοῦτον λαβὼν, τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα οὐκ ἀπεμέρισεν, ἀλλ' ἀκολούθως μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν, καὶ ταυτὸ συγκεκραμμένως ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο. καὶ ὁ τὸ πνεῦμα μόνον εἰπὼν, συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τὸν, οὗ ἐστι τὸ πνεῦμα. καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος, καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα ἑλκύσας, δι' αὐτοῦ καὶ τὸν

πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν ἐφελκύσατο, καὶ τὸν υἱὸν ἀληθῶς εἴ τις λάβῃ, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, πῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, πῇ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα συνεπαγόμενον, οὐ γάρ ἐστιν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν, ὡς ἢ υἱὸν χωρὶς πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ διαζευχθῆναι.

Ὁ αὐτὸς μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς Εὐστάθιον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή, Τοὺς ἢ προληφθέντας ἑτέρᾳ πίστεως ὁμολογίᾳ, φησίν, Ὅτι φεύγειν δεῖ καὶ τοὺς τὴν ἀκολουθίαν, ἣν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος ἐναμείβοντας ὡς φανερῶς μαχομένους τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ υἱὸν μὲν προτάσσοντας τοῦ πατρός, υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προτιθέντας.

Ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ ιδ΄. τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων φησί. Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μέσον ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ, καὶ δι' υἱοῦ τῷ πατρὶ συναπτόμενον.

Ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ β΄. τῶν Εἰρηνικῶν οὕτω φησίν. Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτως ἔχομεν, ὥστε ὅπως μὲν ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα σχέσεώς τε καὶ τάξεως, αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀποκαλύψαι κεκαθαρμένοις, ἢ νῦν, ἢ ὕστερον.

Ὁ Νύσσης Γρηγόριος, ἐν τῷ α΄. τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν, οὗ ἡ ἀρχή, οὐκ ἦν ὡς ἔοικε τὸ πάντας ἐθέλειν εὐεργετεῖν, φησίν. Ἐκ τοῦ πατρὸς

bit: ita & hic qui Spiritum trabit, per ipsum & Filium & Patrem vna simul attraxerit. Et si quis vere Filium apprehenderit, habebit & ipsum vtrinque hinc Patrem illius, illinc Spiritum sanctum vna compactum. Non enim potest aliqua vllo pacto excogitari vel sectio vel diuisio, vt siue Filius absque Patre cogitari, siue Spiritus a Filio seiungi queat.

Idem Magnus Basilius Epistola ad Eustathium, quæ incipit; *Tam illi qui alia hactenu fidei confessione præoccupati. Vitandi sunt & ij, qui ordinem Domino datum inuertunt, tanquam aperte veritati repugnantes, & Filium Patri, & Spiritum sanctum vero Filio præponunt.*

Damascenus in 14. Capite Theologico scribit; *Deus Spiritus sanctus inter genitum & ingenitum medius, & per Filium Patri cohærens.*

Gregorius Theologus Oratione secunda de Pace, sic ait; *Ita sentimus, ita credimus, vt, quomodo hac se habeant inter sese relatione & ordine, ipsi soli Triadi cognoscere permittamus; & quibus Trinitas expurgatis siue nunc, siue postmodum reuelauerit.*

Gregorius Nyssenus prima aduersus Eunomium Antirrhetica, quæ incipit; *Fieri, vt videtur, non potest, vt qui de omnibus bene mereri*, inquit; *Ex Patre*

tre per Filium ad Spiritum procedimus.

Chrysostomus in Homilia ad Abraami dictum; *Pone manum tuam sub fœmore meo*, ait; *Dicitur enim non habere ordinem Trinitas, non quod inordinata sit, sed quod ordinem superat.* & paucis annexis. *Igitur diuinarum personarum ordo discretus a Sanctis agnoscitur, sed qui naturas discernat in sancta Triade prorsus reijcitur.*

EPIGRAPHE V.

CVm nonnulli contradicant asserentibus, Sanctos, qui decreuerunt Spiritum sanctum esse ex Patre per Filiū, & ex Patre & Filio, ex ipsius Seruatoris nostri vocibus occasionem arripuisse, eumque tum ex Patre esse præscripsisse, quod Seruator in Euangelijs dixerit, qui ex Patre procedit: tum per Filium & ex Filio, quod Seruator, nunc quidem Spiritum veritatis eum compellat: nunc corporee illum discipulis insufflat: nunc ad ipsos discipulos dicit; de meo accipiet, & annūciabit vobis: nunc ad Patrem; omnia mea tua sunt, & tua mea. Præterea quod separatim Pater dat Spiritum, separatim vero Filius, & quod suppeditatur ille a Pa-

διὰ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸ πνεῦμα ἀναχωροῦμεν.

Ὁ Χρυσόστομος ἐν μιᾷ τῶν Ὁμιλιῶν αὐτοῦ τῇ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀβραὰμ τὸ λέγον, Θὲς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸν μηρόν μου, φησίν. Λέγεται γὰρ μὴ ἔχειν τάξιν ἡ Τριάς, οὐχ ὡς ἄτακτος, ἀλλ' ὡς τάξιν ὑπερβαίνουσα. Καὶ μετ' ὀλίγα. Οὐκοῦν ἡ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων διακριτικὴ τάξις τοῖς ἁγίοις καθέστηκε γνώριμος, ἡ δὲ φύσεων διακριτικὴ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπόβλητος.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ ε'.

ΕΠειδή εἰσί τινες οἱ ἀντιλέγοντες τοῖς λέγουσιν, ὡς οἱ θεολογήσαντες Ἅγιοι εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ πατρὸς διὰ υἱοῦ, καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ Σωτῆρος φωνῶν ἔσχον τὰς ἀφορμάς, τὸ μὲν ἐκ πατρὸς ὑπάρχειν αὐτὸ θεολογήσαντες, διὰ τὸ τὸν Σωτῆρα ἐν Εὐαγγελίοις εἰπεῖν, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τὸ δὲ διὰ υἱοῦ, καὶ ἐξ υἱοῦ ὑπάρχειν, διὰ τὸ, τὸν αὐτὸν Σωτῆρα Χριστὸν. νῦν μὲν πνεῦμα ἀληθείας λέγειν αὐτὸ, νῦν δὲ σωματικῶς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐμφυσᾷν, καὶ νῦν μὲν πρὸς τοὺς αὐτοὺς μαθητὰς λέγειν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, νῦν δὲ πρὸς τὸν πατέρα, ὅτι πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. ἔτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἰδίᾳ μὲν διδόναι τὸν πατέρα τὸ πνεῦμα, ἰδίᾳ δὲ τὸν υἱόν, ἀλλ' ἐκ τοῦ χορηγεῖσθαι αὐτὸ, παρὰ πατρὸς δι-

tre

υἱοῦ, μιᾷ δόσει, καὶ χορηγίᾳ μιᾷ, καὶ ἐκ τοῦ τὸν υἱὸν κοινωνὸν πάντων τῶν φυσικῶν ἀγαθῶν τοῦ πατρὸς εἶναι, καὶ ἐκ τοῦ μὴ διακονικῶς καὶ ὑπηρετικῶς, φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ κατ' ἐξουσίαν θεϊκὴν χορηγεῖσθαι ὑμῖν αὐτὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ, συνελέγησαν αἱ παροῦσαι περικοπαὶ τῆς ποιηθείσης τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ πραγματείας εἰς τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ὡς ἂν ὁ ἐντυγχάνων αὐταῖς διαγινώσκοι, ἐκ τῶν τοιούτων Εὐαγγελικῶν ῥήσεων ἔχειν τὰς ἀφορμὰς τοὺς θεολογήσαντας, ἐκ πατρὸς διὰ υἱοῦ, καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου, εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ, κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, φησίν. Ἄλλον τοίνυν Παράκλητον τὸ πνεῦμα καλεῖ ὁ υἱὸς, ἐν ἰδίᾳ μὲν ὑποστάσει νοεῖσθαι θέλων αὐτὸ, τοσαύτην γε μὴν ἔχει τὴν ἐμφέρειαν ὡς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀπαραλλάκτως οὕτως ἐνεργεῖν ἰσχύον, ἅπερ ἂν καὶ αὐτὸς ἐνεργοίη τυχὸν ὡς αὐτὸν εἶναι δοκεῖν τὸν υἱὸν, καὶ ἕτερον οὐδέν. πνεῦμα γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ γοῦν τῆς ἀληθείας αὐτὸ κατωνόμασε πνεῦμα, καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἑαυτὸν εἶναι τὴν ἀλήθειαν λέγων. Ἀλλ' ἐρεῖ τις εἰκότως τοῖς ἀλλότριον εἶναι νομίζουσι τὸν υἱὸν τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας. καὶ πῶς εἰπέ μοι τὸ τῆς ἀληθείας πνεῦμα, τουτέστι τὸ τοῦ υἱοῦ δίδωσιν ὁ πατὴρ, οὐχ ὡς ξένον ἢ ἀλλότριον, ἀλλ' ὡς ἴδιον πνεῦμα, καίτοι καθ' ὑμᾶς διῃρημένος ἔχων

tre per Filium vna donatione & vna ſuppeditatione: Nec non quod Filius omnia bona Patris communia ſibi habet, & quod non miniſtri aut ſerui modo, ſed potius naturaliter & diuina auctoritate ſuppeditatur nobis a Filio, præſentes hæc pericopæ collectæ ſunt, ex ſancti Cyrilli in Ioannem Euangeliſtam expoſitione, vt eas percurrens dignoſcat, ex hiſce dictis Euangelicis occaſionem arripuiſſe eos, qui ex Patre per Filium, & ex Patre & Filio eſſe Spiritum ſanctum decreuerunt.

Sanctus Cyrillus Expoſitione in Ioannis Euangelium, in dictum. *Et ego rogabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis*, inquit; *Alium ergo Paracletum vocat Filius, in propria ſubſiſtentia volens illum intelligi, tantamque ſimilitudinem cum eo habet, vt non aliter operetur quã ipſe Filius operaretur; adeo vt ipſe Filius eſſe appareat, & nihil aliud: Spiritus enim illius eſt. Hinc veritatis illum Spiritum nuncupauit, & per iam ante expoſita ſemetipſum veritatem eſſe affirmauerat. Sed non abſone quiſpiam dixerit illis, qui Filium a Dei & Patris eſſentia alienum opinantur. Et quomodo quæſo veritatis Spiritus, hoc eſt Filij Pater impertitur non vti peregrinum, & alie-*

& alienum, sed vti proprium Spiritum? Et tamen secundum nos determinatam habet essentiæ rationem erga Filium: non enim in dubio vertitur Filij quoque Spiritum esse. Quomodo rursus si alienus a substantia Patris Filius est, Patris Spiritum vt sui propriũ elargitur? Scriptum est enim, insufflauit discipulis dicens, Accipite Spiritum sanctum. Nonne igitur quispiam existimauerit, & iure merito, imo magis firmiter disponetur ad credendum, cum naturalium Dei, & Patris donorum particeps sit Filius, habere Spiritum illo eodem modo, quo eum habere Pater intelligitur, non aduentitium neque extraneum, stultum enim est, atque furiosum ita sentire, sed quemadmodum vnusquisque nostrum proprium in se ipso Spiritum continet, & ab intimis visceribus ad exteriora profundit. Hoc enim propter corporee Christus insufflauit, ostendens hoc signo, quemadmodum ab ore humano corporee humanus spiritus egreditur, sic ex diuina substantia Deitati congruenter, qui ab ea est Spiritus profunditur. Quando igitur ipse Spiritus Dei Patris & Filij est, quomodo Pater & Filius vnam potestatem distincte simul atque coniunctim prorsus non habebunt? Pater enim Pater est & non Filius, & Filius filius & non Pater, & tamen Pater in Filio & Filius in Patre est. Et Paracletum non seorsim Pater & seorsim Filius prabet.

τῆς οὐσίας τὸν λόγον πρὸς τὸν υἱόν. οὐ γὰρ ἀμφίλογον, ὅτι καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι. πῶς δὲ αὖ πάλιν, εἴπερ ἐστὶν ἑτερούσιος ὁ υἱὸς, τὸ τοῦ πατρὸς πνεῦμα δίδωσιν ὡς ἑαυτοῦ. γέγραπται γὰρ ὅτι ἐνεφύσησε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἆρ' οὖν οὐκ οἰήσεταί τις καὶ μάλα δικαίως, μᾶλλον δὲ καὶ ἀραρότως διακείσεται, ὅτι τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων κοινωνὸς ὁ υἱὸς, ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν οὐδὲ ἔξωθεν, εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν. ἀλλ' ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχεῖ. διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καθάπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. ὅτε τοίνυν αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ τε Θεοῦ καὶ πατρός ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ, πῶς οὐχὶ πάντως μίαν ἕξουσιν ἐξουσίαν διῃρημένως τε ἅμα καὶ συνημμένως. πατὴρ γὰρ ὁ πατὴρ, καὶ οὐχ υἱὸς, καὶ υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ οὐχὶ πατὴρ, πλὴν ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν πατρί. δίδωσί γε μὴν τὸν Παράκλητον, ἤτοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἰδίᾳ

Dona-

μὲν ὁ πατήρ, ἰδίᾳ δὲ ὁ υἱός. χορηγεῖται δὲ μᾶλλον τοῖς ἀξίοις παρὰ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ. διὰ γάρτοι τοῦτο διδόναι λεγομένου τοῦ πατρὸς ὁ δι᾽ οὗ τὰ πάντα δίδωσιν ὁ υἱός, καὶ διδομένου λεγομένου τοῦ υἱοῦ ὁ ἐξ οὗ τὰ πάντα δίδωσιν ὁ πατήρ. ὅτι δὲ θεῖον τὸ πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτεροούσιον, ὡς πρὸς αὐτόν γε φημὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, οὐδενὶ μὲν οἶμαι τῶν ὀρθῶς φρονούντων ὑπάρχειν ἀμφίβολον· καὶ ἀναγκαῖος δὲ ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος. εἰ γὰρ οὐκ εἶναί τις αὐτό φησιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, πῶς ἂν εἴη Θεοῦ μέτοχος ἡ κτίσις, ἔτι λαβοῦσα τὸ πνεῦμα, κατὰ τίνα δὲ τρόπον ναοὶ Θεοῦ χρηματιοῦμεν καὶ ἐσόμεθα κτιστὸν, ἢ ἀλλογενὲς νομιζόμενοι πνεῦμα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸ ἐκ Θεοῦ; πῶς δὲ θείας φύσεως κοινωνοὶ κατὰ τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς οἱ πνεύματος μέτοχοι, εἰ γενητοῖς ἐναρίθμιόν ἐστι καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐξ αὐτῆς ἡμῖν τῆς θείας φύσεως πρόεισιν, οὐ διϊκνούμενον δι᾽ αὐτῆς εἰς ἡμᾶς ὡς ἀλλότριον, ἀλλ᾽ ἵν᾽ οὕτως εἴπω, ποιότης ὥσπερ τις τῆς θεότητος ἐν ἡμῖν γινόμενον, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις κατοικοῦν, καὶ ἀπτόμενον αὐτῶν διὰ παντός, εἰ τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν διὰ πάσης ἐπιεικείας ἀποκαθαίροντες, καὶ διὰ τῆς εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνενδότου σπουδῆς συντηροῖεν ἑαυτοῖς τὴν χάριν.

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητόν, τό, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, φησίν. Οὐ γὰρ δήπου πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταβησόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴεσθαι μεθεκτὸν

Donatur vero potius Sanctis a Patre per Filium. Propterea q; cum Pater dicitur dare, ille per quem omnia Pater donat. quod vero eiusdem cum Patre atq; Filio substātia Spiritus est, nemo recte sapiens ambiget, & necessario demonstratio persuadebit. Nam si Spiritus substantialiter Deus non est, quomodo creatura eo accepto, Dei particeps efficitur? Aut quomodo templa Dei erimus, creatum aut alterius substantiæ Spiritum, & non potius eum qui ex Deo est, accipientes? Quomodo diuinæ naturæ, vt sancti viri testantur, participes fiunt, qui Spiritum acceperunt, si creaturis Spiritus connumeratur, & non potius ex ipsa nobis natura diuina promanat, neque per ipsam ad nos veluti extraneum pertransit, vt ita dicam, quasi Deitatis quædam qualitas ad nos peruenit, & in Sanctis inhabitat, & continuo subsequitur, si menti oculos perfecta sui ipsorum moderatione sese expurgauerint, & contentioso ad virtutes omnes studio gratiam in semetipsis conseruauerint.

Idem in dictum; *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo,* ait; *Nunquam enim ad tantam temeritatem descendemus, vt participatione in Filio secundum naturam Spiritum esse creda-*

credamus; & non potius substantialiter, quemadmodum ipsi etiã Patri adhærescentem: quemadmodum enim Patris ita & Filij Spiritus est. Et post pauca eiusdem pericopes; *Quomodo autem absque proprio Spiritu Verbum intelligi potest? Annon esset absurdum si quis ab homine hominis Spiritum, qui in illo est, separatum esse affirmaret, rationem naturæ secutus, & integrum animalis statum conseruare prætendens? Quomodo igitur a Filio Spiritum separabimus, qui sic innatus ei est, ita substantialiter coniunctus, & per eum prodiens, in ipso ita naturaliter est, vt aliud esse præter ipsum intelligi nequeat?* Et paucis additis: *Immutabilis est identitas Filij ad Spiritum, qui proprius eius est, quique ex eo secundum naturam profunditur.*

Idem libro 5. ad Hermiam; *Si itaque dicitur character paternæ hypostasis, inseparabiliter simul & adhærenter intellige coëxistere, & veluti ipsius, qui eum generauit, speciem: cum vero splẽdor quasi luminis emicantis præfulgentisque mente voluito, quasi ex Patre in exterius emigrationem, neque prorsus abalienatus ab hypostasi, ex qua est, neque in totum contractus; veluti vero prominens vt secundum se ipsam subsistat, & propriã existentiam.*

ἐν τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ τὸ πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον οὐσιωδῶς ἐμπεφυκός, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ πατρί, ὥσπερ γὰρ τοῦ πατρός, οὕτω δὴ καὶ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μετ' ὀλίγα τῆς περικοπῆς. Πῶς δ' αὖ καὶ ὅλως δίχα ποτὲ τοῦ ἰδίου πνεύματος ὁ λόγος νοοῖτο, ἢ γὰρ οὐκ ἄτοπον ἀνθρώπου κεχωρίσθαι λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, καίτοι γε τὸν τῆς φύσεως ὅρον, καὶ εἰς ὁλόκληρον τοῦ ζώου τὸν ἀπαρτισμόν; τίνα οὖν τρόπον ἀπομεριοῦμεν τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, τὸ οὕτως ἐμπεφυκὸς καὶ οὐσιωδῶς ἡνωμένον, δι' αὐτοῦ τε προκύπτον, καὶ ὑπάρχον ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι νομίζεσθαι παρ' αὐτόν; Καὶ μετ' ὀλίγα, Ἀπαράλλακτος ἡ τοῦ Χριστοῦ ὁμοιότης πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχεόμενον πνεῦμα.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῷ πρὸς Ἑρμείαν, Εἰ τοίνυν λέγοιτο χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός, ἀχωρίστως τε ἅμα καὶ προσπεφυκότως συνυπάρχοντα νόει, καὶ οἱονεὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ τοῦ γεγεννηκότος. ἡνίκα δ' αὖ καὶ ἀπαύγασμα μονονουχὶ φωτὸς προϊέντος τε καὶ ἀπαστράπτοντος, εἰς νοῦν ἔχε τὴν ἐκ πατρὸς οἱονεί πως εἰς τὸ ἔξω διεκδρομήν, οὔτε εἰς ἅπαν ἀπηλλαγμένως τῆς ὅθεν ἐστὶν ὑποστάσεως, οὔτε μὴν εἰσάπαν συνεσταλμένως, προεκκύπτουσαν δὲ ὥσπερ εἰς τὸ ὑφεστάναι καθ' ἑαυτήν, καὶ εἰς ὕπαρξιν ἰδικήν.

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ, καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, φησίν. Ἴδιον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἴδιόν ἐστι καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον ἢ μερικῶς ἐν ἑκατέρῳ νοούμενόν τε καὶ ἐνυπάρχον, ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ πατρὸς καὶ ἐν πατρὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ υἱὸς, καρπὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς ἴδιον πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, χεόμενον μὲν ἐκ πατρὸς, δι' αὐτοῦ δὲ τῇ κτίσει χορηγούμενον, οὐ κατά τινα τρόπον διακονικὸν, ἤγουν τὸν ἐν ὑπουργίᾳ νοούμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, χεόμενον δὲ τοῖς ἑλεῖν ἀξίοις διὰ λόγου τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ προφηνότος κατ' ἔκφανσιν, δηλονότι τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντός τε καὶ ὄντος ἀεὶ προσεχῶς τε ἅμα καὶ μεμερισμένως. ἰδιοσυστάτως μὲν γὰρ εἶναι φαμὲν τὸν υἱὸν, ἐνυπάρχειν δὲ αὐτῷ ἰδίως γεγεννήτορι, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν γεννήσαντα, ὅτι δὲ τὸ τοῦ πατρὸς πνεῦμα πνεῦμα φαίνεται τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς πέμποντος, ἤτοι διανέμειν ἐπαγγελλομένου τοῖς ἁγίοις αὐτὸ, διαδίδωσι πάλιν ὡς ἴδιον ὁ υἱὸς, διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, ἧς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα.

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης λέγων, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, φησίν. Ἀνασκιρτήσει δὲ ἴσως ὁ φιλεγκλήμων αἱρετικός,

Idem in dictum; *Sicut tu me misisti in mundum, & ego mitto eos in mundum*, ait; *Proprius Dei & Patris Spiritus est: sed non minus etiam proprius Filij est, non vt alius atque alius; aut diuisim in vtroque intellectus, & inexistens; sed quoniam in Patre & ex Patre secundum naturam Filius est, cum sit fructus verus substantiæ eius, proprium Patris Spiritum secundum naturam possidet, qui profunditur quidem ex Patre, per Filium autem creaturis donatur, non ministerij modo, qui seruili rationi subijcitur, sed, sicut mox dixi, ex ipsa quidem substantia Dei & Patris prodiens, profusus autem ad eos, qui digni sunt, per consubstantiale Verbum, a quo est secundum emissionem adesse atque subsistere, manetq; in ipso, & est semper coniunctim simul atque diuisim. Subsistere enim Filium dicimus, & in spiritu suo eum esse, & Spiritum rursus in eo confitemur. Spiritum vero Patris, Filij quoque Spiritum esse, & Patre mittente, siue distribuere promittente, illum Sanctis distribuit quoque Filius propter identitatem essentiæ, quam habet cum Patre.*

Idem in dictum; *Et testimonium perhibuit Ioannes quia vidi Spiritum descendentem quasi columbã de cælo. Insultabit autem*

iterum atque iterum contentionis cupidus Hæreticus, atque effuso risu illudens dicet; Quid rursus nobis ad hæc, o amica capita, respondetis, aut quem sermonem comminiscemini, quod scriptum est nouis cauillis inuertentes? Ecce Spiritum descendere refert ad Filium. En vngitur a Deo & Patre; quod non habet videlicet accipit: idque testimonio suo confirmat Psalmista, cum dicit ad Filium; Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quomodo ergo erit Filius in perfecti Patris consubstantialitate, qui talis non est, ideoque perunctus? Ad huiusmodi homines, qui reuerendam veritatem Ecclesiastici dogmatis & scripturarum rectos sensus peruertunt, opportune illud dicere possumus; Expergiscimini ebrij e vino vestro, vt fulgentissimam veritatis lucem videntes, nobiscum ad Filium clamare possitis; Vere Filius Dei tu es. Si enim credis Deum ipsum natura, quomodo perfectionem non possidet? Iam etiam vos in ipsum Patrem impie obloquimini. Vnde nanq; Pater perfectionem habebit necessario? Aut quomodo ad imminutionem Filij, qui secundum vos imperfectus est, pater etiam ipse non depelletur, si semel diuina substantia imperfectionem in Filio susceperit? Non enim, vt arbitror, audebitis secundum insipientem

καὶ πλατὺ γελάσας ἐρεῖ. τί πάλιν ἡμῖν ὦ οὗτοι καὶ πρὸς τοῦτο ἐστί. ἢ ποῖον ἐξυφανεῖτε λόγον, κατασοφιζόμενοι τὸ γεγραμμένον; ἰδοὺ τὸ πνεῦμα καταβαίνειν, φησὶν, ἐπὶ τὸν υἱόν. ἰδοὺ καταχρίεται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ὅπερ δὲ οὐκ ἔχει λαμβάνει δηλαδὴ, συνεπιμαρτυρουμένου τοῦ μελῳδοῦ καὶ λέγοντος ὡς πρὸς αὐτὸν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἐν ὁμοουσιότητι τοῦ τελείου πατρὸς ὁ μὴ τοιοῦτος υἱὸς καὶ διὰ τοῦτο χριόμενος; πρὸς δὴ τοῦτο φάναι δεῖ ὑπολαμβάνω τοὺς τὰ σεμνὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀνατρέπουσι δόγματα, καὶ τὴν τῶν γεγραμμένων ὀρθότητα διαστρέφουσιν. ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες ἐξ οἴνου αὐτῶν, ἵνα δυνηθῇ τὸ λαμπρὸν τῆς ἀληθείας περιαθρίσαντες κάλλος, σὺν ἡμῖν ἀναβοήσηται πρὸς τὸν υἱόν, ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. Εἰ γὰρ ὅλως πιστεύεις Θεὸν εἶναι κατὰ φύσιν αὐτὸν, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι τὸ τέλειον; ὥρα γὰρ ὑμᾶς καὶ εἰς αὐτὸν ἤδη δυσσεβεῖν τὸν πατέρα. πόθεν γὰρ αὐτὸς ὡς φῂς ἐξ ἀνάγκης ἕξει τὴν τελειότητα; πῶς δὲ οὐχὶ πρὸς τὴν τοῦ γεννήματος ὕφεσιν τὴν ὡς καθ' ὑμᾶς ἀτελῆ κατοικισθήσεται παραδεξαμένης ἅπαξ ἐν υἱῷ τῆς θείας οὐσίας. Τὸ μὴ δύνασθαι μὴ ἔχειν τὸ τέλειον κατάγει τὸν παρ' ὑμῖν ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον λόγον, οὐ γὰρ δή που τὴν

μεγάλην ἐκείνην καὶ ἀκήρατον φύσιν εἰς διαφόρους καταμερίζομεν λόγους, ὡς εἶναι μὲν ἐν τῷδε τυχὸν ἀτελῆ, τελείαν δ' αὖ πάλιν ἐν ἐκείνῳ. Ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ὅρος, εἷς τῶν ἁπάντων ἐστὶ καὶ ἴσος ἐν πᾶσιν ἡμῖν. ἔλαττον δέ τις ἄνθρωπος καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος; ἀλλ' οὐδὲ πλέον ἑτέρου καταληφθήσεται, Ἀγγέλου δὲ οἶμαι διοίσει κατ' οὐδὲν ἕτερος Ἄγγελος, κατά γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν Ἄγγελοι δηλαδὴ διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοφυΐας, εἰς μίαν ἅπαντες ἀναδεσμούμενοι φύσιν. πῶς ἂν οὖν ἡ θεία καὶ ἁπάντων ὑπεραίρουσα φύσις, ἐν ἐλάττοσι τῶν γενητῶν ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὴν ἀγαθοῖς ὀφθήσεται, ὑπομενεῖ δὲ πάθος, ὃ παθεῖν οὐκ εἶδεν ἡ κτίσις; πῶς δὲ ὅλως ἔσται καὶ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, εἴπερ ἐν αὐτῇ φαίνεται τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀτελές; συγκείσεται γὰρ δι' ἀμφοῖν, ἅπερ οὐχ ὅμοιον τῷ τελείῳ τὸ ἀτελές. Εἰ μὲν γὰρ ὅμοιόν ἐστι, καὶ τὸ διαλλάττον οὐδὲν ἐν αὐτοῖς, πᾶν ὅπερ ἂν εἴη τέλειον, ἀδιαφόρως ἔσται καὶ ἀτελές, καὶ ἔτι πάλιν ἀτελές, τοῦτο καὶ τέλειον, καὶ οὐδὲν ἐν υἱῷ κατηγόρημα, κἂν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις τὸ τέλειον ἔχειν οὐ φαίνηται, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ πατὴρ ὑπερβαλεῖται τὸν υἱὸν ἐπὶ τελειότητι μετρούμενος. καὶ λέλυται πάλιν ἡμῖν τὸ ζητούμενον, εἰ δὲ πολὺς ἀποτέτακται λόγος τοῦ τελείου τὸ ἀτελές, δέχεται δὲ καὶ ἡ θεία φύσις

entem ac male morigeratum vestrum sermonẽ in diuersas rationes substantiæ diuinam immortalemque naturam ita incidere, vt in altero perfecta, in altero imperfecta esse videatur, præsertim cum videatis humanæ naturæ rationem vnam ac eandem in omnibus esse. nec minus aliquid aut maius hominem homine, in quantum homo est, possidere. Nec Angelus ab Angelo, ea ratione, qua vterque Angelus est; qua videlicet ad vnam speciem atque naturam omnes concluduntur differre vnquam poterit. Quomodo igitur natura deitatis, quæ super hæc omnia incomparabiliter est, minora possidebit, quam creatura? Quomodo inæqualitatem eam suscipiet natura incorruptilis, cuius corruptibilia susceptiua non sunt? Quomodo simplex atq; incomposita erit, si perfectum atq; imperfectum in ea inest? Dissimilia enim hæc sunt, ex quibus eam constare falso arbitramini. Si enim similia essent, nec inter se different perfectum, atq; imperfectum, omne perfectum imperfectum esset, & contra. Quare nec Filius imperfectior Patre, nec Pater perfectior Filio, quamuis ita verbis a vobis dicatur. Si vero permultum interest inter perfectum & imperfectum, & vtriusque deitatis natura susceptiua est, non simplex, sed composita erit. Sed dicet fortassis quispiam,

non

non simul in eodem esse posse subiecto, quæ contraria sunt; sed seorsim ac per successionem, vt in corpore color, modo albus, modo niger. Probe tu quidem, o amice, ac cito conuersus pro nobis pugnasti. Nam si vna deitatis natura est, nec altera præter eam excogitari potest, quomodo contrariorum est susceptiua? vel quomodo vni eidemque subiecto, quæ inter se contraria sunt, simul accident? Pater enim natura Deus est, & Filius simul natura Deus. Nulla ergo differentia perfecti & imperfecti inter Patrem & Filium est, qui ex perfectissima substantia Patris emanauit. An non est necesse perfectum esse genimen perfectissimi genitoris? quod & incommutabilis imago, & character suæ hypostaseos est? ita prorsus omnes assensuros arbitror, aut in medium veniens dicat, Quomodo perfecti Patris character, atq; imago est hypostaseos, non habens sua natura, quod perfectus sit, vt quidam temere dicunt? Quoniam vero character, atque imago est, non aliter certe atque ille perfectus est, cuius imago est. Sed Ioannes, ait, vidit de cœlo ad Filium Spiritum descendere. quare & deforis habet sanctificationem Filius, in quem quasi non habentem sanctificator Spiritus descendit. Aduertis quam manifeste Filium Dei creaturam esse prædicas,

κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα, σύνθετος ἄρα καὶ οὐχ ἁπλῆ. Ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχὸν· ὡς ἀσυμφυῆ τέ ἐστι καὶ ἀσυνύπαρκτα κατὰ ταυτὸν ἐν ἑνὶ τῷ ὑποκειμένῳ τὰ ἐναντία, ὡς ἐν σώματι τυχὸν ὁμοῦ χρῶμα λευκὸν καὶ μέλαν. καλῶς γε, ὦ φίλος, καὶ μάλα γοργῶς τοῖς ἡμετέροις ἐπηγωνίσω λόγοις. εἰ γὰρ μία τίς ἐστιν ἡ θεία φύσις, καὶ παρ' αὐτὴν οὐχ ἑτέρα, πῶς ἂν εἰπέ μοι τῶν ἐναντίων γένοιτο δεκτική; πῶς δὲ καθ' ἕν τι τὸ ὑποκείμενον, τὰ ἀλλήλοις ἀνόμοια συμβήσεται; Θεοῦ δὲ ὄντος κατὰ φύσιν τοῦ πατρὸς, Θεός ἐστι κατὰ φύσιν καὶ ὁ υἱὸς, καὶ οὐδὲν ἄρα διοίσει κατά γε τὸ εἶναι τέλειος, ὡς πρὸς τὸν πατέρα, τῆς θείας αὐτοῦ καὶ τελειοτάτης οὐσίας ἐκπεφυκώς. Εἰ γὰρ οὐκ ἀνάγκη τέλειον εἶναι πάντως τὸν ἐκ τελείου γεννήτορος, εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, καθάπερ γέγραπται, ἀλλ' οἶμαι πᾶς τις ἡμῖν συνερεῖ καὶ συνθήσεται. ἢ λεγέτω πάλιν εἰς μέσον ἐλθὼν, κατὰ τίνα τρόπον τοῦ τελείου πατρὸς ἀπαράλλακτος ἔσται χαρακτὴρ ὁ υἱὸς, οὐκ ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ εἶναι τέλειος, κατὰ τὴν τινῶν δυσβουλίαν; ἐπειδὴ δέ ἐστι καὶ χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τέλειος ἄρα καὶ αὐτὸς, ὡς ἐκεῖνος οὗ καὶ ἔστιν εἰκών, ἀλλ' εἶδε, φησὶν, ὁ Ἰωάννης ἐξ οὐρανοῦ τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ἐπὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἐπακτὸν ἔχει τὸν ἁγιασμὸν, δέχεται γὰρ ὡς οὐκ ἔχων δηλαδή. ὥρα δή σοι ἀναφανδὸν ποίημα εἶναι λέγειν αὐτὸν, ὀλίγη μέ-

λῆς ὑπεροχῇ τιμώμενον, ἐν ἴσῃ δὲ ταῖς τοῖς ἄλλοις τελούμενόν τε καὶ ἁγιαζόμενον καὶ ἐπίκτητον ἔχοντα τὴν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν; εἶτα πῶς οὐ διαψεύσεται λέγων ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν; πῶς γὰρ ἔσται πλήρης ἐν ἰδίᾳ φύσει λαμβάνων αὐτὸς παρ' ἑτέρου; ἢ πῶς αὖ ὅλως νοοῖτο πατὴρ ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ ποίημα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον υἱὸς ὁ μονογενής. Ψευδώνυμος γὰρ αὖ οὕτως ἔσται, καὶ αὐτὸς ἔσται πατὴρ, ἀληθείᾳ δὲ οὐδαμῶς ὁ υἱὸς, νόθον ἔχων ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ ἀξίωμα, καὶ μέχρι γυμνῶν ῥημάτων τὴν προσηγορίαν.

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, εἰς τὸ, ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, φησίν. Ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστιν ἑαυτοῦ, τὸν Παράκλητον εἰπὼν, παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαι, φησίν. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἴδιον πνεῦμα τοῦ υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν, οὕτω καὶ τοῦ πατρὸς, οἷς δὲ τὸ πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα. Μὴ γὰρ δή τινες ἡμᾶς τῶν δυσσεβεῖν εἰωθότων τοῖς ἐξ ἀμαθίας ἀποκομιζόντων λόγοις, εἰς ἃ μὴ θέμις ἐννοεῖν, ὡς ὑπουργικήν τινα χρείαν ἀποπληροῦντος ὁ υἱὸς, τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς πνεῦμα τῇ κτίσει διακονεῖ. Καὶ τοῦτο γὰρ ἀσυνέτως τινὲς οὐ κατέδεισαν εἰπεῖν. Πιστευτέον δὲ μᾶλλον ἀκόλουθον, ὡς

dicas, vix magni aliquid ei attribuens, cum similiter atque cætera creaturæ perfici, atque sanctificari bonorum largitione forinseca ipsum arbitraris? Et quomodo non falsus erit Euangelista dicens, a plenitudine ipsius nos omnes accepisse? Quomodo enim suapte natura plenus erit, si ab alio accipit? Aut quomodo vere Deus pater erit, si vnigenitus creatura est, & non Filius? Verbo nanque solummodo, non re ipsa Pater, & similiter vnigenitus vocabulo tantummodo Filius, non vere Filius erit.

Sanctus Cyrillus in Expositione Euangelij secundum Ioannem in dictum; *Cum autem venerit Paracletus*, inquit, *Ecce enim ecce Spiritum veritatis, sui ipsius nempe nuncupans, ex Patre illum procedere ait. Nam sicut Filij Spiritus est naturaliter in ipso manens, & per ipsum progrediens, sic certe Patris quoque Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ij profecto substantialiter dissepararì non possunt. Nemo enim impiorum nos ad ea, quæ intelligere nefas est, verbis suis impellere conetur. Nemo in quam spiritum Patris per Filium vt per ministrum mitti ad creaturas credat. Nam etiam id nonnulli dicere veriti non sunt. Sed potius inde credendum est, quoniam Spiritus sic proprius Filij est.*

ἀλλότριος ἐστι τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἐξ ἧς καὶ πρόεισι τὸ πνεῦμα τὸ δι' αὐτοῦ χορηγούμενον. ἔσται τοίνυν τῶν ἐνδεχομένων, εἴπερ οὐκ ἴδιον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' εἰσποιητὸν ἔχει καὶ αὐτὸς τὸν ἁγιασμὸν, καθάπερ ἡ κτίσις, καὶ ἀποπεσεῖν δύνασθαί ποτε τῆς ἐνούσης ἁγιότητος αὐτῷ. τὸ γὰρ ὡς ἐν τάξει προσθήκης ἐπικτηθὲν, πῶς οὐκ ἂν ἀπογένοιτο κατά γε τὸν τοῦ ἐγχειροῦντος λόγον; εἶτα τίς τῶν τοιούτων οὐκ ἀποδραμεῖται δογμάτων; συνεπαιδεύτερον δὲ οἶμαι τὸ οὕτως εἰπεῖν. φίλη τοιγαροῦν ἡμῖν ἡ ἀλήθεια, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀληθείας δόγματα, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ἡμεῖς οὐχ ἑψόμεθα, τὴν δὲ τῶν ἁγίων Πατέρων ἰχνηλατοῦντες πίστιν, ἴδιον εἶναι φαμὲν τοῦ υἱοῦ τὸν Παράκλητον, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐκ ἐπεισκρινόμενον ἔξωθεν, οὐδὲ ἐπίκτητον ἐν αὐτῷ καθάπερ ἐστὶν ἐν τοῖς ἁγιότητος δεκτικοῖς, οἷς καὶ ἐκ μὴ ὄντων ἡ γένεσις, ἀλλ' ὁμοούσιον αὐτῷ καθάπερ ἀμέλει καὶ τῷ πατρός. οὕτω γὰρ ἂν οὐκ εἰς πολύθεον ἡμῖν μυθολογίαν, ἡ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων οἰχήσεται δύναμις, ἀλλ' εἰς ἕνα θεότητος λόγον ἡ ἁγία Τριὰς ἀνασφίγγεται. ἐν ταὐτῷ τοιγαροῦν καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἑνότητα παραδεικνὺς ἑαυτοῦ τέ φημι καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸν Παράκλητον εἶναι λέγων, παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι φησὶν, ἀπελέγχει τε σαφῶς καὶ ἀναμφιλόγως θεομάχον ὁλοκλή-

ex qua progreditur Spiritus, qui ab ipso suppeditatur. Possibile igitur erit, si proprius Filij Spiritus non est, sed forinsecus etiam ipse sicut creatura sanctificatur, hanc eum aliquando quae in eo est sanctificationem amittere. Quod enim exterius uti additum acquiritur, quomodo abire non poterit secundum iam adductam rationem? Sed quis hanc peruersitatem dogmatum non effugiet? Sed accommodatius, vt reor, dicendum fuerit, amica nobis veritas est, & quae ex ea nascuntur dogmata; & eos nos nullo modo sequemur. sed sanctorũ Patrũ fidem inuestigantes, proprium esse Filij Spiritum Paracletum, Spiritum sanctum nempe, non extrinsecus introuectum, neque aduentitium in ipso, sicut in illis, qui sanctitatem possunt suscipere, & ex nihilo producuntur, sed ei consubstantialem; quemadmodum est & Patri, confitemur. Hoc enim modo non in multorum fabulas Deorum Ecclesiasticorum dogmatum robur decidet, sed in vnam rationem deitatis Trinitas constringetur. Eodem ergo tempore & sui ipsius essentiae identitatem, & Dei Patris ostendens, Spiritum veritatis Paracletum nuncupans, a Patre eum procedere dicit, sicque qui Christum oppugnat, Dei hostem palam & absque vlla haesitatione esse comprobat.

Qui enim Filio insultat, iniurius merito in eum, ex quo Filius est, censendus est. Cum itaque venerit Paracletus, ait, Spiritus veritatis, meus scilicet, qui a Patre procedit, ille testimonium perbibebit de me. Quomodo vero perbibebit? Magna in vobis & per vos miracula faciens, iustus verusque diuinæ meæ potestatis, & in virtute magnitudinis testis. Spiritus enim meus est, qui operatur in vobis, sed sicut meus est, sic & Dei & Patris.

Idem in illud, *Non enim loquetur a se metipso, cum autem venerit ille*, Paracletus nempe, *Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, inquit; *Vide vocem vigilem, Vide verbi sobrietatem. Cum enim prædixisset Paracletum ad eos venturum, Spiritum veritatis eum nominauit, hoc est suimetipsius. Ipse enim est veritas. Nanque vt addiscerent discipuli, non alienam, neq; peregrinam a se missurum virtutem, sed seipsum, alio quodam modo eis pollicetur, veritatis Spiritum, idest suum missurum. Non enim alienus a substantia vnigeniti Spiritus sanctus intelligitur, sed ex ea naturaliter progreditur, non aliud ab ipso existens, si naturæ identitas consideretur, licet in persona propria concipiatur. Hic ergo, ait veritatis Spiritus*

ρος τὸν χριστομάχον. ὁ γὰρ ὅλως ἐμπαροινεῖν ἐθελήσας τῷ υἱῷ, πεπλημμεληκὼς ἂν εἰκότως καὶ εἰς αὐτὸν νοοῖτο τὸν ἐξ οὗ περ ἐστίν. Ὅταν τοίνυν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος φησὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸ ἐμόν, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. μαρτυρήσει δὲ πῶς; ἐνεργήσας γὰρ ἐν ὑμῖν τε καὶ δι' ὑμῶν τὰ παράδοξα, μάρτυς ἔσται δίκαιός τε καὶ ἀληθὴς τῆς ἐμῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας, καὶ τῆς ἐν δυνάμει μεγαλειότητος. ἐμὸν γὰρ πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν, ὥσπερ δὲ ἐμόν, οὕτως καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός.

Ὁ αὐτός, εἰς τό, Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ φησίν. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ἐκεῖνος, τουτέστιν ὁ Παράκλητος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Βλέπε δὲ ὡς ἐγρήγορεν ἡ φωνή, ὅρα τοῦ λόγου τὴν νῆψιν. προειρηκὼς γὰρ ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς τὸν Παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὠνόμασεν αὐτόν, τουτέστιν ἑαυτοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ἵνα γὰρ εἰδεῖεν οἱ μαθηταὶ ὡς οὐκ ἀλλοτρίας καὶ ξένης αὐτοῖς δυνάμεως ἐπιφοίτησιν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑτέρως ἐπιδώσειν ἐπαγγέλλεται, πνεῦμα τῆς ἀληθείας τουτέστιν ἑαυτοῦ τὸν Παράκλητον ἀποκαλεῖ. οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται πνεῦμα, πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον, ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο τυχὸν ἰδιοσυστάτως. Τὸ τοίνυν, φησί, τῆς ἀληθείας πνεῦμα προεὶς ὁδηγεῖν ὑμᾶς καθηγήσε-

ritus

ται τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν, ὡς γὰρ εἰδὼς ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν, ἧς καὶ τὸ πνεῦμά ἐστιν, οὐκ ἐκ μέρους αὐτὴν ἀποκαλύψει τοῖς σεβομένοις αὐτὸν, ἀνθήσει δὲ μᾶλλον ὁλοκλήρως τὸ περὶ αὐτῆς μυστήριον. Εἰ γὰρ καὶ νῦν ἐκ μέρους γινώσκομεν, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἀλλ' ὡς ἐν γνώσει μικρᾷ, σῶόν τε καὶ ἀσινὲς ἡμῖν τὸ τῆς ἀληθείας ἐνήστραψε κάλλος. ὥσπερ οὖν οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν αὐτῷ. Ὅταν οὖν ἔλθῃ, φησὶν, οὐ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀντὶ τοῦ, συνετιεῖ μὲν ἡμᾶς, καὶ τὸ περὶ τῆς ἀληθείας ἀποκαλύψει μυστήριον, λαλήσει γε μὴν, οὐδὲν παντελῶς τῶν ἀπαδόντων ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ ξένον ὑμῖν εἰσηγήσεται μάθημα. οὐ γὰρ ἰδίους τυχὸν εἰσοίσει νόμους. ἐπειδὴ δὲ πνεῦμα καὶ οἱονεὶ νοῦς ἐστιν ἐμὸς, λαλήσει δὴ πάντως τὰ ἐν ἐμοί. καὶ τοῦτο, φησὶν, ὁ Σωτὴρ, οὐχ ἵνα νοῶμεν ὑπουργικὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τινῶν ἀμαθίαν, πληροφορῆσαι δὲ μᾶλλον ἐθελήσας τοὺς μαθητὰς, ὡς οὐχ ἕτερον ὂν παρ' αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ κατά γε τὸν ἐν ὁμοουσιότητι λόγον, ταῦτα δὴ πάντως λαλήσει καὶ ἐνεργήσει καὶ βουλήσεται. Διὰ γάρ τοι τοῦτο προσέθηκεν, ὅτι καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν,

ritus ad omnem vos veritatis cognitionem deducet; Nam uti accuratus veritatis cognitor, cuius Spiritus est, non eam ex parte, sed colentibus eum integre reuelabit, & potius eiusdem absolute mysterium florescet. Nam etsi ex parte in hac vita cognoscimus, vt ait Paulus, non manca tamen, sed integra, & illæsa veritatis nobis pulchritudo refulsit. Vt igitur nemo scit, quæ hominis sunt, vt scriptũ est, nisi spiritus hominis qui in eo est, sic neq; vt existimo, quin imo vt Paulus dicit, nemo scit quæ Dei sunt, nisi Spiritus qui in eo est. Cum autem venerit, ait non loquetur a seipso quicquam, pro eo quod est, prudentes vos reddet, & arcana veritatis reuelabit, non loquetur prorsus quicquam, quod mihi non placeat, neque peregrinis vos disciplinis instruet. Neque enim proprias fortasse leges feret. Cum vero Spiritus, & quasi mens mea sit, loquetur omnino quæ in me sunt. Et hæc Dominus ait, non vt ministri locum habere Spiritus sanctus videatur, vt imperite a nonnullis prædicatur, sed vt eiusdem esse cum Filio substantiæ confirmaretur. Sed vt potius certiores redderet Discipulos, secundum essentiæ rationem a se ipso non esse diuersum. Hæc prorsus loquetur, & operabitur, & concupiscet. Proptereaque præmisit, quod etiam ventura an-

nunciabit vobis; ac si diceret, id signum vobis erit ex mea substantia Spiritum esse, & mentem esse quasi meam, dum ille quemadmodum & ego futura prædicet, Prædixi enim etsi non potuistis omnia intelligere. Itaque non posset ille uti & ego futura prædicere, nisi omnino in me esset, & per me progrederetur.

Idem in dictum; *Sicut me misit viuens Pater; & ego viuo propter Patrem.* lib. 4. cap. 18. *Quemadmodum enim lumen de lumine esse dicitur, sic & vita ex vita. Et quemadmodum quæ luce indigent, per Filium Deus & Pater illuminat per lumen proprium Filium: & qui sapientiam admittere possunt, per propriam sapientiam sapientes facit, & quæ robore indigent per robur rursus proprium corroborat, sic quæ vita egent, per vitam propriam & quæ per ipsum effunditur, Filij nempe viuificat.*

Idem in illud; *Ille me clarificabit: quia de meo accipiet,* inquit; *Glorificat quidem Filium Paracletus, hoc est proprius illius Spiritus, qui omnia potest, qui omnia nouit. Clarificat vero quomodo? Quæ enim scit potestque Spiritus illius, quomodo ipse non nouerit aut poterit? Etsi, vt ipse ait, Spiritus ab ipso accipit, licet omnia possit ac perficiat, quomodo ipse non possederit illud, quod rebus*

μονονουχὶ λέγων, σημεῖον τοῦτο ἔσται ὑμῖν, ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ πνεῦμα ἐστὶ, καὶ οἷον ἐμός ἐστι νοῦς, τὸ ἐρεῖν αὐτὸν τὰ ἐσόμενα, καθάπερ ἐγώ. προείρηκα γὰρ, εἰ καὶ μὴ δεδύνησθε πάντα μαθεῖν. οὐκ ἂν οὖν ἄρα καθάπερ ἐγὼ προερεῖ τὰ ἐσόμενα, μὴ οὐχὶ πάντως ἐν ἐμοί τε ὑπάρχον, καὶ δι' ἐμοῦ προϊόν.

Ὁ αὐτός. Εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην, ἐν τῷ δ΄. βιβλίῳ ἐν κεφαλαίῳ ιη΄. Εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. Ὡς γὰρ φῶς ἐκ φωτὸς εἶναι λέγεται, οὕτω καὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς, καὶ ὥσπερ τὰ φωτὸς δεόμενα φωτίζει ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ διὰ φωτὸς ἰδίου τοῦ υἱοῦ, καὶ σοφοῖ τὰ σοφίας δεκτικὰ, ὡς διὰ σοφίας ἰδίας, καὶ δυναμοῖ τὰ δυνάμεως χρήζοντα ὡς διὰ δυνάμεως πάλιν ἰδίας, οὕτω ζωοποιεῖ τὰ ὅσα περ ἐστὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δεόμενα ζωῆς διὰ ζωῆς ἰδίας, καὶ ἐξ αὐτοῦ προερχομένης, τουτέστι τοῦ υἱοῦ.

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, φησίν. Δοξάζει τοιγαροῦν τὸν υἱὸν ὁ Παράκλητος, τουτέστι τὸ ἴδιον αὐτοῦ πνεῦμα, πάντα ἰσχῦον, καὶ πάντα εἰδός. δοξάζει δὲ πῶς; ἃ γὰρ οἶδε καὶ δύναται τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, πῶς ἂν αὐτὸς οὐκ εἰδοίη τυχόν; Ἢ πῶς οὐκ ἂν δύναιτο; καὶ εἰ καθάπερ αὐτὸς, φησίν. Ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὸ πνεῦμα, καίτοι πάντα ἰσχῦον καὶ κατορθοῦν, πῶς ἂν

αὐτὸς οὐκ ἔχει τὸ ἐφ' ἅπασιν ἰσχυρὸν, ὑποτοπητέον δὲ οὐδαμῶς ἰσχύος ἐπιδεᾶ τῆς ἐμφύτου καὶ φυσικῆς καθιστάναι τὸν Παράκλητον, τουτέστι τὸ πνεῦμα, ὡς εἰ μὴ λάβον τύχοι μηδ' ἂν ἐξαρκέσειν αὐτὸν ἑαυτῷ δύνασθαι πρὸς τὴν τῶν θείων κατορθωμάτων ἐνέργειαν ἀποτελεστικήν. δυσσεβείας γὰρ ἂν τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ὑπομεῖναι γραφὴν, καὶ σφόδρα εἰκότως, ὁ καὶ μόνον οἰηθεὶς ἀληθές τι τῶν τοιούτων εἶναι περὶ αὐτοῦ, ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιόν τε ἐστὶ τῷ υἱῷ, καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐφ' ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ τοῦτο φησὶν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. ὑφεστάναι γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πνεῦμα πιστεύομεν, εἶναί τε κατὰ ἀλήθειαν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγεται, ἐνυπάρχον γε μὴν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ, προκύπτει τε καὶ πρόεισιν ἐξ αὐτῆς πάντα τὰ αὐτῆς ἔχον ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς, οὐ γὰρ κατὰ μέθεξιν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τρόπον σχετικὸν ἀλλ' οὐχ ὡς ἕτερον ὂν παρ' αὐτὴν, ἐπείπερ ἐστὶν ἴδιον αὐτῆς. ὃν περ γὰρ τρόπον ἡ ἐκ τῶν εὐοσμοτάτων ἀνθέων εὐωδία λαβοῦσα τρόπον τινὰ τῶν προσόντων αὐτοῖς τὴν οὐσιώδη τε καὶ φυσικὴν ἐνέργειαν, ἤτοι ποιότητα, διακομίζει τοῖς ἔξω τὴν γνῶσιν τοῖς ὀσφραντικοῖς τοῦ σώματος μορίοις ἐμπίπτουσα, καὶ δοκεῖ μέν πως, ὅσον ἧκεν εἰς ἐπινοίας λόγον, ἑτέρα τις εἶναι παρὰ τὴν πέμπουσαν αὐτὴν φύσιν, νοουμένη γε μὴν οὐκέτι καθ' ἑαυτὴν ἐπε-

rebus in omnibus validissimum est? Sedenim illud certo tenendũ est, nullo modo Paracletum, hoc est Spiritum, propriæ naturalis innatæque potentiæ indigum esse: adeo vt, si non accipiat non possit ipse ex se ipso ad rerum diuinarum operationem perfectiuam aliquid conferre. Sed quicunque hæc vel mente tenus cogitare vera esse, impietatis quam maximæ crimen subierit. Cum vero consubstantialis sit Filio, & emanat diuina quadã ratione per ipsum, omnem eius habens virtutem, & perfectissimam operationem, propterea dicit, de meo accipiet. persistere nanque per se Spiritum credimus, esseque re vera, quod est & dicitur: & cum insit in substantia Dei, emanat, atque progreditur ex illa, omnia illius in semetipso naturaliter habens. Non enim participatione, aut habitudine, nec vt alius ab illa, sed vti proprius illius. Quemadmodum enim florum odoratissimorum suauis odor, modo quodam essentiali, ac naturali, quæ illis adhæret, operationem, aut qualitate accepta, extraneis offert cognitionem in corporis membra, quæ alfactui deseruiunt, incidens, & videtur quidem, quantum humanus intellectus capere potest, alius esse ab ea, quæ ipsum emittit natura introspecta: vero mentis acie nullam aliam in se-

metipsa

met ipsa naturam continet, quam eorum ex quibus est: pari modo de Deo sanctoque Spiritu ratiocinare, supra exempli rationem mente sublatus. Nihil igitur prorsus detrahitur Spiritui, & accusationem supra omnem est, si concipiatur Spiritus aliquid ab unigenito accipere: nam cum per illum naturaliter progrediatur, cum omnibus, quae absolute habet, perfecte ab eo sua habere dicitur.

Idem in illud; *Omnia quaecunque habet Pater mea sunt: propterea dixi vobis, quia de meo accipiet & annunciabit vobis*, inquit; *Characterem rursus exactum atque sincerum hypostaseos paternae his se verbis Filius ostendit: intelligereque facit per quae dixit, cum sit fructus substantiae Patris, omnia quae eius sunt secundum naturam attrahere, ita ut proprie sua merito sint, & appellentur. Cum enim nihil a Patre Filius penitus differat, neque ab ea natura in aliam traducatur, est illi per omnia similis & aequalis, absque eo solo quod Pater sit. Quumque in utroque eadem substantia eodem modo praefulgeat, quomodo non erunt communia, immo vero eadem, quae in utroque sunt; ut quaecunque in Patre sunt, eadem etiam in Filio sint? & quaecunque in Filio eadem similiter in generante.*

ραν ἔχει φύσιν, ἢ τὴν ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ἐστιν, οὕτω νοήσεις ἐπί τε Θεοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, τὸν τῶν παραδειγμάτων ἀναβαίνων λόγον. ἀκατηγόρητον οὖν ἄρα παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κείσεται, τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ μονογενοῦς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. προϊὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει τελείως, λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ.

Ὁ αὐτὸς εἰς τό, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, φησί. Χαρακτῆρα πάλιν εἰλικρινῆ τε καὶ ἀκριβέστατον τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ὑμῖν κἀν τούτοις εὖ μάλα δέδειχεν ὁ υἱός, δίδωσί τε δι' ὧν ἔφη νοεῖν, ὅτι καρπὸς ὑπάρχων, τῆς οὐσίας αὐτοῦ, πάντα τὰ αὐτῆς κατὰ φύσιν ἐπάγεται, ἴδιά τε εἶναι φησί, καὶ μάλα εἰκότως. διατετμημένος γὰρ, ἤτοι διεστὼς οὐδαμῶς εἰς ἀλλοτριότητα τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ὅσον ἧκεν εἰς τὸ κατὰ πᾶν ὁπουοῦν ὅμοιόν τε καὶ ἴσον δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατέρα, διαλαμπούσης τε τῆς οὐσίας ἐν ἀμφοῖν, οὐχ ἑτεροτρόπως, πῶς οὐκ ἂν εἴη ἤδη κοινά, μᾶλλον δὲ ταυτὰ ἐν ἀμφοῖν, ὡς εἶναι μὲν ἐν υἱῷ τὰ τοῦ πατρός, ἐν δὲ τῷ τεκόντι τὰ τοῦ γεννήματος. διὰ γὰρ τοῦτο καθάπερ ἐγῷμαι μετὰ δριμείας τινὸς τῆς ἐπιτηρήσεως, τοὺς περὶ τούτων ἡμῖν ἐποιήσατο λόγους. ἔφη γὰρ, οὐχ ὅτι πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἔχω κἀγώ. ἵνα μὴ ψιλή τις εἰκὼν ἢ κατὰ μόνην

Ideo

νοουμένην τὴν ἰσοτυπίαν, καὶ τοῖς ἔξωθεν νεωτερισμοῖς μεμορφωμένη νοεῖται πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, καθάπερ οὖν καὶ ἡμεῖς αὐτοί, γεγόναμεν γὰρ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἀλλ' ἐμά, φησίν, ἐστι, τὴν εἰς ἄκρον ἕνωσιν, ἣν ἔχει πρὸς τὸν γεννήσαντα, καὶ τὴν τῆς ὁμοουσιότητος δύναμιν, ἐν ἀπαραλλάκτοις οὖσαν τοῖς ἰδιώμασιν, ἐν ἀμφοῖν διὰ τούτου παραδεικνύς, τοῦτο δ' αὖ ἴδοις καὶ μάλα σαφῶς ἐν ἑτέροις λέγοντα πρὸς τὸν πατέρα. πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ σά ἐστι καὶ τὰ σὰ ἐμά, οἷς γὰρ ὅλως ἔνεστι τὸ διαλλάττον οὐδέν, καὶ ἡ κατὰ πᾶν ὁποιοῦν οὐσιώδης ἰσότης τε καὶ ἐμφέρεια, πῶς οὐκ ἂν εἶεν ταυτὰ τῇ φύσει; Ἔχει τοίνυν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἐξ ἑαυτοῦ τε καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἴδιον πνεῦμα, τουτέστι τὸ ἅγιον, δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ἐναυλίζεταί τε καὶ ἀποκαλύπτει μυστήρια, οὐκ ἐν τάξει τῇ ὑπουργικῇ παραλαμβανομένου πρὸς τοῦτο, μὴ γὰρ οἰηθῇς τι τοιοῦτον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τε ὄντος οὐσιωδῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊόντος ἀμερίστως τε καὶ ἀδιαστάτως, ὡς ἴδιά τε διερμηνεύοντος τὰ ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗπερ ἐστίν. ὁμιλεῖ γὰρ οὐχ ἑτέρως τῇ κτίσει Θεός. Εἰ μὴ δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι. ἀλλ' ἴδιον γὰρ πνεῦμα τοῦτο ἐστὶ καὶ τοῦ μονογενοῦς, ὁμοούσιος γάρ ἐστι τῷ πατρί. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησίν, ἐνυπάρχον φαίνεται τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸ ἐν πνεύματι τῷ ἰδίῳ τοῖς ἀξίοις

Ideo, vt ego puto, exquisitissima est vsus oratione, de his sermonem habens; Nanque dixit, non quaecunque habet Pater ego habeo: ne imago quaedam nuda atque abiecta intellectu formata, & exterioribus ornamentis figurata ad primitiuum typum concipiatur; quemadmodum nos ipsi, qui ad imaginem Dei formati sumus, esse videatur. Sed mea sunt, ait; identitatem substantiae absolutissimam, quam babet erga Patrem, & consubstantialis virtutem, in proprietatibus incommutabilibus ostendens, quod alibi etiam ad Patrem sermonem dirigens ait; Omnia mea tua sunt, & tua mea. In quibus enim nulla differentia est, sed substantiae identitas maxima, & aequalitas quomodo illis eadem omnia natura non erūt? Habet enim Deus & Pater ex sese & in sese Spiritum propriū, Spiritū nempe sanctum, per quem in Sanctis inbabitat, & mysteria reuelat, non eo tanquam ministro ad id vtens, nihil enim tale conceperis, sed vt per eum, qui in ipso est, substantialiter, & ex eo inseparabiliter & indiuisibiliter emanat, & vti propria interpretatur ea, quae sunt eius, in quo est. non enim aliter creaturis associatur, nisi per Filium in Spiritu. Veruntamen hic Spiritus vnigeniti etiam proprius est. Consubstantialis enim Patri Filius est. Quoniam ergo, inquit, Dei & Patris proprium est in Spiritu proprio dignis

reue-

reuelari, & per eum quaecunque voluerit, operari, ideo mihi etiam naturaliter proprius est. ob eamque causam dixi, ex meo accipiet, & annunciabit vobis. Nullus vero obturbetur, cum acceptionis nomen intelligit, sed potius in animum reuocet illud, & probe concipiet, quaecunque de Deo dicuntur, enunciari quidem a nobis, sed non eodem modo intelligi, sed sublimiori. Pari modo dicimus Spiritum ex Patre & Filio, quae illorum sunt accipere, non quia non habuerit aliquando cognitionem & potestatem, & tum vix tandem habuerit, cum illam accepit. Semper enim sapiens & omnipotens Spiritus est: imo vero re ipsa sapientia & virtus, non participatione, sed naturaliter. exempli causa, Aromatum odor naribus nostris obiectus prodit virtutem illorum naturaliter ac semper habens. & cogitatione quidem illum concipimus non ab alijs emergere, quam ab ijs ipsis a quibus virtutem desumit, & quae commonstrat, non alienum atque aduentitium, sed ex ijs ipsis, quibus inest: tale quid imo etiam sublimius de Deo & Spiritu sancto meditare. Quasi enim odor substantiae eius viuens, & patens, a Deo primaria omnium essentia ad creaturas quae illius sunt trāsportat, ac participationē per seipsam communicat. Quodsi

ἀποκαλύπτεσθαι ἐνεργεῖν τε καὶ δι' αὐτοῦ τὰ ὅσαπερ ἂν βούληται, κἀμοὶ δὲ τοῦτο προσέστι φυσικῶς. διὰ ταύτην εἴρηκα τὴν αἰτίαν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. παρατείσθω δὲ μηδεὶς, ὅταν ἐν τούτοις ἀκούῃ τὸ τῆς λήψεως ὄνομα, ἐνθυμείσθω δὲ μᾶλλον ἐκεῖνο, δράσει γὰρ ἂν ὀρθῶς, ὅτι πάντα τὰ περὶ Θεοῦ, λαλεῖται μὲν καθ' ἡμᾶς, νοεῖταί γε μὴν οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμᾶς, λαμβάνειν τε οὕτω τὸ πνεῦμα φαμὲν, ἔκ τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὰ αὐτῶν, οὐχ ὡς ποτὲ μὲν οὐκ ἔχον τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς γνῶσιν τε καὶ δύναμιν, ἔχον δὲ τότε μόλις ὅταν νοῆται λαμβάνον. ἀεὶ γὰρ σοφὸν καὶ δυνατὸν τὸ πνεῦμά ἐστι, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα σοφία καὶ δύναμις, οὐκ ἐκ μετοχῆς τινὸς, ἀλλὰ φυσικῶς, ὥσπερ δ' ἂν φῶμεν τὴν ἐκ τῶν ἀρωμάτων ταῖς ἡμετέραις ὀσφρήσεσι προσβάλλουσαν εὐωδίαν, ἑτέραν μὲν ὅσον ὡς πρὸς αὐτά, εἰ ταῖς ἐπινοίαις δοίη τις ἄν, προεκκύπτειν γε μὴν οὐχ ἑτέρως οἴοιτο τυχὸν, ἢ τῶν ἐξ ὧν πάρεστι δεχομένην τὴν δύναμιν εἰς ἔνδειξιν ἑαυτῆς, οὐκ οὖσαν γε μὴν ἑτέραν διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν τε καὶ ἐν αὐτοῖς πεφυκέναι. Τοιοῦτόν τι, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦτο νοήσεις ἐπί τε Θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱονεὶ γὰρ ὀσμή τις ἐστὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ζῶσά τε καὶ ἐναργὴς, διακομίζουσα τῇ κτίσει τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ἐντιθεῖσα δι' ἑαυτῆς τὴν μέθεξιν, ἢ

γὰρ ἡ τῶν ἀρωμάτων εὐοσμία τὴν ἰδίαν ἰσχὺν ἐναπομάττεται τοῖς ἐσθήμασι, καὶ μεταστοιχειάζει τρόπον τινὰ πρὸς ἑαυτὴν τὰ ἐν οἷς ἂν γένοιτο, πῶς οὐκ ἂν ἰσχύσαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπείπερ ἐστὶν ἐκ Θεοῦ φυσικῶς, κοινωνοὺς τῆς θείας ἀποτελέσαι φύσεως δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο; καρπὸς οὖν ἄρα καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων ὁ υἱὸς, πάντα τὰ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐπάγεται. διὰ τοῦτο, φησὶν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι, διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, τὸ πνεῦμα δηλονότι, τὸ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ὡς αὐτὸς ἐνοικεῖ, οὐ γὰρ ἕτερον παρ' αὐτοῦ, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, κἂν ὑπάρχειν νοῆται καθ' ἑαυτὸ καὶ ἰδίως. πνεῦμα γὰρ τὸ πνεῦμα καὶ οὐχ υἱός.

aromatum odor propriam virtutem eorum vestimentis relinquit, & quodammodo in seipsam transmutat ea, in quibus adhæsit, quomodo Spiritus sanctus, qui ex Deo naturaliter est, per seipsum diuinæ naturæ participes eos efficere, in quos aduenerit? Fructus ergo & character paternæ hypostaseos cum sit Filius, omnia illius secundum naturam attrahit. Propterea que dicit, quæcunque habet Pater mea sunt. propterea dixi vobis, de meo accipiet, & annunciabit vobis. Spiritus videlicet, qui per eum & in eo est, per quem in Sanctis vt ille inhabitat. Non enim aliud præter eum Spiritus eius est, licet in propria hypostasi subsistere intelligatur & separatim. Spiritus enim Spiritus est, & non Filius.

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ταύτην ὅλως ἐν τοῖς περὶ τούτου λόγοις παρέλαβες, τὴν διʼ υἱοῦ φωνὴν προσαρμόζας ἀμφοῖν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τοῦ πατρὸς ὑποπτευομένην ἀτέλειαν μηδόλως εἶναι κατʼ ἴσον ἀποφηνάμενος; Ἐγὼ δὲ κοινωνίαν μὲν οὐδεμίαν οὐδʼ ὁποσοῦν, ἀλλʼ οὐδὲ λόγον ἕτερον ἔχειν περὶ τὴν κτίσιν φημὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πλὴν ὅνπερ ποιητὴς πρὸς ποιήματα, καὶ δεσπότης καὶ κύριος πρὸς δοῦλα καὶ ὑποχείρια. καὶ ὅστις μὴ τοῦτο φρονῶν καθομολογεῖ, μὴ ἴδοι τὸ παράπαν ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα, καθά φησιν ἡ γραφή. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως ἔχω, καὶ ἕξω διὰ παντὸς, ἕως ἂν πνοή τις ἐν ταῖς ἐμαῖς ῥισὶν ὑπολείπηται. τὴν δὲ διʼ υἱοῦ φωνὴν εὑρίσκων πρὸς τῶν ἁγίων Πατέρων λαμβανομένην ἐπί τε τοῦ πνεύματος καὶ τῆς κτίσεως, οὐ διαφέρω λέγειν ἀπαναινόμενος ταύτην ἐπὶ τοῦ πνεύματος. ἐπὶ τὸν δὲ τὸν τρόπον καὶ τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα, τὸν γὰρ υἱὸν ἀφίημι νῦν, οὐ συγχωρήσομεν ἐκ Θεοῦ. Διότι καὶ τὰ πάντα τὴν ὕπαρξιν ἔχειν πιστεύομεν ἐκ Θεοῦ. πλὴν ἵνα καὶ παραυθὶς ἀπʼ ἀλλήλων αὐτὰ διαστείλωμεν, οὐχ οὕτως ὦ βέλτιστοι τὰ πάντα φαμὲν ἐκ Θεοῦ καθάπερ καὶ τὸ πνεῦμα. τὸ μὲν γάρ ἐστι φυσικῶς ἐνυπάρχον αὐτῷ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς, ἵνʼ οὕτως εἴπωμεν, καὶ ἀμερίστως ἐξ αὐτοῦ προϊὸν, τὰ δὲ τῆς ἐνεργείας ἔργα καὶ ποιήματα, φησί που τῶν ἑαυτοῦ Κεφαλαίων τοῦ δευτέ-

habet, quod eam prorsus in sermonibus de hac re habitis assumpsisti, dictionem *per Filium* vtrisque adaptans, & quæ inde in suspicionem venerat imperfectio, de Patre decernens nullo modo subsistere? Ego porro nullam eum penitus commũnionem habere, neque rationem aliquam in rerum creatione Spiritum sanctum aio, nisi eam quam factor in rebus factis possidet, & Dominus in seruos & subditos, & qui non ita tenens confitebitur, ne videat ille vnquam ducẽtem diem luciferum, vt inquit scriptura. Et de his hæc mea sententia est, eritque perpetuo, donec in naribus meis spiritus reliquus est. Cum vero ipse reperiam *per Filium* vocem a sanctis Patribus assumi & de Spiritu, & de creatione, non improbo eam de spiritu asserere, cum hac ratione spiritum esse, nam Filium Dei in præsenti prætereo, non concedemus ex Deo. *Quod omnia existentiam habere ex Deo credimus. Nihilominus statim ea inter sese distinguemus. Non sic, o Viri optimi, omnia dicimus ex Deo quemadmodum & Spiritum. Hic enim est naturaliter in eo existens, & essentialiter inhærens, vt ita dicamus, & indiuise ab ipso prodiens, & hæc sunt actionis opera, & factura*, scribit in vno Capi-

tum secundi Thesaurorum de Spiritus existentia decernens, quam maxime admirabilis Cyrillus. Pari modo itaque hic ego quoque vocem *per Filium* de Spiritu & rebus creatis assumens, congruentem vtrique sententiam applico, Spiritum per Filium asserens naturaliter & essentialiter existere, cum nec concipi illum fas sit extra vnigenitum: creaturas vero esse per Filium, neque enim absque verbo construi vnquam potuissent, sed modo creationis, & reliquorum opificiorum, secundum diuinam Patrum traditionem, quæ nunc etiam omnium communis & indubitatus est intellectus. Sed per Filium, & Spiritum sanctum, & creaturam esse Gregorius Nyssenus in tradendis sacris dogmatibus diuinus atque conspicuus palam declarauit, & discrimen clarissimis verbis edixit. tradit enim in primo aduersus Eunomium Antirrhetico; *Spiritus Patri secundum quod increatus est, coniungitur, rursusque ab eo, quod quemadmodum ille Pater non est, separatur: coniungitur & Filio secundum quod increatus est, & quod causam existentiæ ex omnium Deo habeat, rursusque seiungitur proprietate, quod non tanquam vnigenitus ex Patre subsistit, & quod per ipsum Filium apparuit. rursusque cum creatura*

ρου τῶν Θησαυρῶν περὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὑπάρξεως θεολογῶν ὁ θαυμασιώτατος Κύριλλος. Ὡσαύτως τοιγαροῦν ἐνταῦθα κἀγὼ τὴν δι᾽ υἱοῦ φωνὴν ἐπί τε τοῦ πνεύματος καὶ τῶν κτισμάτων ἀποδεχόμενος, κατάλληλον ἑκάστῳ παρέχομαι τὴν διάνοιαν. τὸ μὲν πνεῦμα δι᾽ υἱοῦ λέγων ὑπάρχειν φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς. ἐπεὶ μηδὲ νοεῖσθαι τοῦτο πέφυκεν ἐκτὸς τοῦ μονογενοῦς. τὴν δὲ κτίσιν εἶναι δι᾽ υἱοῦ, μηδὲ γὰρ χωρὶς τοῦ λόγου ταύτην ἐξὸν συστῆναί ποτε, ποιητικῶς καὶ δημιουργικῶς κατὰ τὴν τῶν Πατέρων θείαν παράδοσιν. ἥτις καὶ τοῖς πᾶσιν εἰς κοινὴν κατέστη τὸ ἀπὸ τοῦδε, καὶ ἀναμφίλεκτον ἔννοιαν. ὅτι δὲ δι᾽ υἱοῦ τό τε πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἡ κτίσις ἐστὶ, Γρηγόριος ὁ Νύσσης ὁ πολὺς ἐν τοῖς θείοις δόγμασι καὶ περίβλεπτος σαφῶς διετράνωσε, καὶ τὴν διαφορὰν διαπρύσιον ἀνεκήρυξε. φησὶ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιῤῥητικῶν. Τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον, πάλιν ἀπ᾽ αὐτοῦ τῷ μὴ πατὴρ εἶναι καθάπερ ἐκεῖνος διαχωρίζεται. τῆς δὲ πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν, ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι, ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοι-

νέστητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῇ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι, ἐν τῷ ἀτρέπτῳ, καὶ ἀναλλοιώτῳ διακρίνεται τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. Ὁρᾶτε τὸν ἱερὸν τοῦτον καὶ θεῖον Γρηγόριον ὁ πρὸς τὴν ἄδικον ἀντιδικίαν ὀξὺς, ὅπως τὴν δι' υἱοῦ φωνὴν ἐπί τε τοῦ πνεύματος καὶ τῆς κτίσεως ἀδιαφόρως ὁ μακάριος ἐκλαβόμενος τὴν ἀπὸ ταύτης τούτου διαστολὴν ἐσήμανε καὶ διάκρισιν. ἐν οἷς τῶν θείων αὐχημάτων διαπρεπῶς αὐτῷ τὸν πλοῦτον προσήρμοσε, καὶ τοῦ κακουργεῖν ἀποστὰς, μηκέτι μηδοπωσοῦν ἐπιχειρείτω κακοθελῶς αἰτιᾶσθαί με τὸν ἀναίτιον, ὅτι μὴ κατηγορεῖν ἀπεφηνάμην ἀτέλειαν τοῦ πατρὸς τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πρὸς ἀπόδειξιν τούτου τὴν κτίσιν παρήγαγον. Οἱ δὲ τὸν φόβον τοῦτον φοβούμενοι καθάπερ ἐπὶ τῶν γεγονότων τὸ δι' υἱοῦ προστιθέντες, οὐδεμίαν δοξάζουσι προσάπτεσθαι τῷ πατρὶ τὴν ἀτέλειαν, οὕτω δεχέσθωσαν τοῦτο κἀπὶ τοῦ πνεύματος, πλὴν μετὰ τῶν ὑψηλῶν καὶ προσφόρων τῇ αὐτοῦ θεότητι λέξεων. ἀτέλειαν δὲ μηδαμῶς προσγίνεσθαι τῷ πατρὶ, μηδ' ἐντεῦθεν ὑπονοείτωσαν, καὶ τῆς ὀρθῆς οὕτως ἔσονται δόξης ἀσφαλῶς ἀντεχόμενοι. Ταῦτα μὲν οὖν ἃ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν κατὰ καιροὺς ἴσα καὶ φωστήρων διαλαμψάν-

per Filium ſubſtitiſſet, ne cum ea communionem Spiritus habere existimaretur, quod per Filium appareat immutabilitate, firmitate, ac bonitatis, quæ extranea ſit, nulla indigentia, a creatura Spiritus ſecernitur. Conſideret ad iniuſte defendendum acutus, qua ratione ſacer diuinuſq; Gregorius dictionem *per Filium* de ſpiritu & creatura indifferenter accipiens, inde exorientes diſcretionem, atque ſeparationem propalauerit, quibus ſibi diuinarum laudum diuitias adaptauit, & maleficijs ac fraudibus finem imponens, ne in poſterum quoquomodo maligne me innoxium criminetur, quod non inferri imperfectionem Patri decreuerim, dum per Filium Spiritum ſanctum exiſtentiã habere aſſeruerim, ad idque demonſtrandum creationis exemplo vſus ſum. Qui vero hunc timorem timẽt, quemadmodum in rebus creatis illud *per Filium* addentes, nullam exiſtimant imperfectionem Patri appingi, pari modo & de Spiritu ſancto. annexis tamen ſublimibus, & illius diuinitati dictionibus accommodis illud accipiant. Neque inde ſuſpicentur aliquam Patri imperfectionem accedere, & ſic rectæ opinioni fugatis erroribus adhærebunt. Hæc igitur a ſanctis Patribus, qui ſuo tempore æque atque luminaria in reuerendo pietatis firmamento præluxe-

luxerunt, collecta digessimus, cum probare conamur, ex Patre per Filium existentiam habere Spiritum sanctum. & forte etiam multo plura studiose diligenterque diuinas perscrutantibus scripturas occurrent.

XXVII. Sed vt nostram etiam de hac eadem re comprehensionem, atque cognitionem ex proprijs exponamus, rursus vti in exemplum adducta deprehenderunt, qui in communi Ecclesiæ corpore viuunt, nostris hisce connectamus. Necesse est Spiritum sanctum, vt Trinitas coniuncta sit, atque a seipsa indiuulsa, & ne diuisio in illa aut separatio vllo modo concipiatur, ex Patre esse per Filium. Qua enim ratione fieri poterit, vt, si res non ita se habet, vnitas Trinitati conseruetur? quæ vero relatio tandem erit inter Filium & Spiritum? Ex Patre nanque dependent, & hoc modo vtraque vti ex ipso existentia sua ditata, relationem habent ad ipsum, quæ vnicuiq; congruat. Inter vero seipsos vnde nam illis adfuerit indiuisum? quæ illis relatio tribuetur? Prorsus nulla, vt ex dictis colligitur. Vnitas vero prorsus abibit, nisi quispiam Spiritu ad Filium proxime contracto fraternam relationem comminiscatur, quæ sola similibus reliqua sunt. Veruntamen ab Apostolica doctrina alie-

των ἐν τῷ τῆς εὐσεβείας στερεώματι συλλεξάμενοι προτεθείκαμεν, παραστῆσαι βουλόμενοι τὸ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὧν καὶ πολλῷ πλείω τυχὸν εὑρεθήσεται τοῖς φιλοπόνως ἐρευνῶσι τὰς θείας γραφάς.

κζ'. Ἵνα δὲ καὶ ἡμεῖς ὡς ἔχομεν περὶ ταύτης καταλήψεως οἴκοθεν εἴπωμεν, καὶ πάλιν ἅπερ ἐν ὑποδείγμασιν οἱ λόγον ζωῆς τῷ κοινῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας ἐπέχοντες ὅπῃ διέλαβον τοῖς ἡμετέροις ἐπισυνείρωμεν, ἀνάγκη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι δι' υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς, ὡς ἂν τὸ συνημμένον ἡ Τριὰς ἔχῃ, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἀδιάσπαστον, καὶ μὴ διαίρεσις ἐν ταύτῃ νοοῖτο ὁπωσοῦν, καὶ διάστασις. πῶς γὰρ εἰ μὴ τοῦτο, τῆς Τριάδος τὸ μοναδικὸν τηρηθήσεται; τίς δὲ συνόλως ἡ σχέσις υἱοῦ τε καὶ πνεύματος; τοῦ μὲν γὰρ πατρὸς ἤρτηνται, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀμφότερα, καθάπερ ἐξ αὐτοῦ πλουτοῦντα τὴν ὕπαρξιν, καὶ τὴν σχέσιν ἔχουσι πρὸς αὐτὸν τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν. πρὸς ἄλληλα δὲ πόθεν αὐτοῖς τὸ ἀχώριστον; ποία δὲ καὶ σχέσις τούτοις ἀποδοθήσεται; πάντως οὐδεμία, κατὰ τὸ τῶν λεγομένων ἀκόλουθον, τὸ δὲ τῆς ἑνώσεως τὸ παράπαν οἰχήσεται. πλὴν εἰ μή τις ἐγγύτατα τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν φέρων εἴποι καὶ σχέσιν ἀδελφικὴν, ἃ μόνα τοῖς οὕτως ἔχουσιν ὑπολείπεται. Ταύτης δὲ πάλιν

ὅτι ξένα τῆς Ἀποστολικῆς διδασκαλίας, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας ἀλλότρια, πάντες ἴσασιν ἀκριβῶς, ὧν οὐδὲν τὴν γνῶσιν οὐδενὸς διαπέφευγε. Τί λοιπόν; οὐκ ἄλλως πέφυκεν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ δι' υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς, ὡς ἐντεῦθεν τὸ τῆς Τριάδος ἀμέριστον θεωρεῖσθαι καὶ τὴν συνάφειαν, ἣν αὖθις οὐκ οἶδα πῶς ὁ δοξάζων, οὐ προσίεται τὸ δι' υἱοῦ παρὰ πατρὸς ὑπάρχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ ἐκ τῆς συνημμένης καταλαμβάνεται τοῖς εὐθυβόλως εἰς τὸν τοῦ προκειμένου ζητήματος βυθὸν τὴν διάνοιαν βάπτουσιν. ἐπεὶ γὰρ ἀχωρίστως ἀεὶ τὸ πνεῦμα σύνεστι τῷ υἱῷ καὶ οὐκ ἐξὸν ὅλως ἐν ἐπινοίᾳ γενέσθαι τοῦτόν τινα δίχα τοῦ πνεύματος, εὔδηλον ὅτι δι' αὐτοῦ λαμβάνει τοῦτο τὴν ὕπαρξιν. εἰ γὰρ μὴ, τί κωλύει νοηθῆναι τὸν υἱὸν ἄνευ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἐκτὸς τοῦ μονογενοῦς. ἀποκριθήτω μοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐρώτησιν ὁ βουλόμενος. ἴσως ἀπαντήσει πρὸς τοῦτό τις, ὅτι τὸ προέρχεσθαι τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἅμα παρὰ πατρὸς, αὐτὸ τοῦτο τοῦ συννοεῖσθαι ταῦτα παραίτιον, ὅπερ καὶ μᾶλλον οὐκ ἐᾷ χώραν ἔχειν τὸ δι' υἱοῦ. καὶ μὴν εἰ χρή με περὶ τούτου πρότερον ἀπολογήσασθαι, τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τοῖς πᾶσιν ὡμολόγηται συνυπάρχειν ἅμα τῷ πατρί, καὶ οὐ τὸν μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον. ἆρ' οὖν οὐκ ἔστι

na aliena, & recte ſidei abſona eſſe omnes plane cateque ſciunt. nec vnum aliquod eſt, quod alicuius cognitionem effugiat. Quid ergo reliquum eſt? Fieri nequit, vt alio modo Spiritus ſit, niſi per Filium a Patre, vt inde Trinitatis indiuiſum, atque coniunctum emergat, quam rurſus qui tenet haud ſcio, quomodo non admittit per Filium a Patre Spiritum ſanctum exiſtere, quod ex coniunctione comprehenditur ab illis, qui recte in propoſitæ quæſtionis profunda mentem immergunt. Cum enim indiuiſe, & continue Spiritus Filio adhæreat, nec fas ſit aliquem cogitatione illum abſque Spiritu complecti, manifeſtum eſt per ipſum exiſtentiam ſui Spiritum accipere. Etenim ſi nihil impedit intelligi Filium abſque ſpiritu, & Spiritum ſanctum abſque Filio, reſpondeat mihi ad hoc interrogatum quiſquis voluerit. Fortaſſe ad hoc quiſpiam reſpondebit, quod progrediatur Filius & Spiritus ſanctus ſimul a Patre in cauſa eſſe, quod ſimul intelligantur, quod potiſſimum illud *per Filium* loco motum exterminat. Et plane, ſi de hoc primum mihi reſpondendum eſt, Filius & Spiritus, vt apud omnes inconfeſſo eſt, ſimul vna exiſtunt cum Patre, neque hic quidem prius, illa poſte-

posterius. Non erunt itaque ista propterea nec ex ipso. Et quonam in loco impietas similis collocabitur? Et nihilominus manifestum est, nos Patrum diuinitus inspiratæ doctrinæ insistentes, in sancta Triade *simul* tenere, coæterna enim sunt, & ex Patre esse Filium & Spiritum credere. Neque enim absque principio sunt secundum hanc ipsam causam. Pari itaque ratione de Filio, & de Spiritu, simul progredi illa a Patre confitemur, & per Filium existentiam habere Spiritum sanctum, clara voce prædicamus.

XXVIII. Audiant, qui nihil a vulgo differunt, dum dicunt, illud *simul* dictionem *per Filium* destruere. Quemadmodum enim ibi Filium esse & Spiritum sanctum minime lædit, illos ex Patre existere, quod nullum tempus inter eorum ex Patre, existentiam mediet, eodem modo hic quoque simul progredi Filium & Spiritum ex Patre, per Filium existentiam habere Spiritum sanctum non destruit. Absque enim tempore est per Filium, vti est ex Patre. Quandoquidem quæ prorsus in illam super tempus naturam, temporis penetratio fuerit? Et hoc quidem sic necessario sequi, si mea me sententia non fallit, demonstratum est. Ad partem vero illam responsionis, *Progredi*

ταῦτα διὰ τοῦτο καὶ ἐξ αὐτοῦ. καὶ ποῦ τὸ τοιοῦτον ἀσεβείας ταχθήσεται; καίτοιγε πρόδηλον, ὡς ἡμεῖς τοῖς τῶν Πατέρων ἐμμένοντες θεοσόφοις διδάγμασιν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος καὶ τὸ ἅμα φρονοῦμεν, συναΐδια γάρ, καὶ ἐκ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα πιστεύομεν. οὐκ ἄναρχα γὰρ κατ' αὐτό γε τοῦτο τὸ αἴτιον. ὥσπερ οὖν κἀπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ ἅμα προέρχεσθαι ταῦτα παρὰ πατρὸς ὁμολογοῦμεν, καὶ τὸ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διαπρυσίᾳ γλώττῃ κηρύττομεν.

κη. Ἀκουέτωσαν οἱ μηδὲν τῶν πολλῶν διαφέροντες ἐν τῷ λέγειν, ὅτι τὸ ἅμα τῆς δι' υἱοῦ φωνῆς ἀναιρετικόν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τὸ ἅμα τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν εἶναι, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ καταβλάπτει τὸ ἐκ πατρὸς ὑπάρχειν αὐτά, διὰ τὸ μηδένα χρόνον τὴν τούτων ἐκ πατρὸς ὕπαρξιν μεσολαβεῖν. τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα τὸ ἅμα προέρχεσθαι τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα παρὰ πατρός, τὸ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ λυμαίνεται. καὶ γὰρ ἀχρόνως ἐστὶ δι' υἱοῦ καθάπερ ἐκ τοῦ πατρός. ἐπεὶ τίς ὅλως εἰς τὴν ὑπὲρ χρόνον ἐκείνην φύσιν χρόνου παρείσδυσις; τοῦτο μὲν οὕτως ἀναγκαίως, ὡς ἔμοιγε δοκοῦν, ἀποδέδεικται. πρὸς δὲ τὸ μέρος ἐκεῖνο τῆς ἀπαντήσεως, ὅτι τὸ προέρχεσθαι

τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἅμα παρὰ πατρὸς, αὐτὸ τοῦτο τοῦ συννοεῖσθαι ταῦτα παραίτιον, ἀντιπεριφέρων φημί. Καὶ πόθεν ἄρα, καὶ ἐκ ποίων εἰκόνων, ἐπεὶ πολλαὶ πολλάκις τοῖς θεοφόροις Πατράσιν ἐπὶ τῆς θεολογίας ὁμοιώσεις ἐκ τῶν αἰσθητῶν παρελήφθησαν, τοῦτο παραστῆσαι τις ἐξισχύσειεν; ἐγὼ μὲν γὰρ πάντα τοιοῦτον λόγον ἀνερευνῶν, ἐν οἷς ὑπάρχει διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, σαφῶς καταλαμβάνω τὴν ἕνωσιν. ἐν οἷς δὲ τὸ ἅμα μόνον ἐστὶν, οὐδεμίαν εὑρίσκω συνάφειαν. καὶ σκοπείτω πᾶς τὰ λεγόμενα. δύο ποταμοὶ κατὰ ταυτὸν ἐκβλύζουσιν ἐκ πηγῆς, ἐκ ῥίζης τε δύο κλάδοι τυχὸν συναναβλαστάνουσιν. τούτων ὑπολαβὼν τὸν ἕνα, καὶ καθ' ἑκάτερον δύναμαι ῥᾷστα τοῦ λοιποῦ χωρὶς κατιδεῖν. ὡσαύτως δύο πάλιν ἀθρόον ἀκτῖνες ἐκ τοῦ ἡλίου περιχέουσι, καὶ χεῖρες ἐκ τοῦ σώματος δύο συναναφύονται. κἂν ταύταις τὴν μίαν ἀποστήσαις, καὶ κατ' ἀμφότερον εὐχερῶς ἔχω τῆς ἄλλης αὐτὸ ἐπόψεσθαι, μὴ συνεφελκομένων ἀναγκαίως ἐν πᾶσι τούτοις τῶν καθ' ἑκάστην μοι συστοιχίαν ἀπολειφθέντων μηδοπωστιοῦν. ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, οὐκ ἔστιν ὅλως τὸν υἱὸν νοῆσαι, μὴ τὸ πνεῦμα συνεπαγόμενον, οὐδὲ τὸ πνεῦμα θεωρῆσαι μὴ τοῦ υἱοῦ συνημμένον ἀδιεχῶς. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ παρ' ἡμῖν λόγου καὶ πνεύματος τῶν καὶ μᾶλλον τοῖς

di Filium & Spiritum ſanctum ſimul a Patre, in cauſa eſſe, quod illa ſimul intelligantur, contra opponens dico. Et vnde nam, & ex quibus imaginibus, cum pleræq; ſæpenumero a diuinis Patribus in rebus Theologicis explanandis ſimilitudines ex illis, quæ ſenſibus ſubſeruiunt, deſumptæ ſunt, probare quis poterit? Ego equidem materiam hanc ſedulo inueſtigans, clare vnionem deprehendo in eo, quod vnum ex alio exiſtit, in quibus vero ſolum illud *ſimul* eſt, nullam reperio coniunctionem. Et vnuſquiſq; dicta conſideret. Duo fluuij ſimul ex fonte exiliunt, ex radice duo rami ita caſu ferente ſimul ſuppullulant, horum vnum ſi accepero, ab alio ſeiunctum facili negotio poſſum ſine alio conſpicere. Similiter duo rurſus radij ex ſole emanant, & manus ex corpore duæ enaſcuntur, & in his vnam ſeparans, in vtriſque facile vnum abſque alio conſiderauero, cum non neceſſario attrahant in his omnibus, quæ in vnaquaque ſerie neglecta ſunt. Verum de Filio & Spiritu aliter eſt. Non poteſt prorſus Filius intelligi, niſi cum eo vna adducatur Spiritus, nec niſi vna coniunctus & minime ſeperatus a Filio Spiritus. Sicuti & de ſermone & flatu ſermo eſt, quæ noſtra ſunt, &

præ alijs a Deo instructis Patribus in rebus Theologicis symbolice vsurpantur. quorum vnum per alterum, Spiritus nempe per sermonem palam ex mēte progreditur, indeque coniunctionem vnionemq; vtraque possident. Quare Spiritus sanctus non intelligitur vna cum Filio, quod simul cū eo ex Patre existit; sic enim & in illis primis coniugatis vno assumpto sequeretur & alterum. simul enim ex proprio principio vtraque sunt. Nunc vero res aliter se habet, quod vnum per aliud prorsus non est. Igitur inseparabilis est a Filio Spiritus sanctus, quod per ipsum a Patre existentiam habet. Quemadmodum etiam humanus flatus a mente per sermonem egreditur. Licet hæc quoque grauissime dissentiant, nec vllo modo conueniant tanquam quæ absque hypostasi sunt. Et solutio præsens æquis auditoribus abunde fuerit.

XXIX. Cum vero semel ad sermones de exemplis nostra Oratio progressa est, non abs re fuerit illa, quæ scilicet in proprijs Commentarijs pietatis institutores ac magistri vsurparunt, vti sunt, in examen adducere, quod forte legentibus percommodum cadet. *Oculum quendam, & fontem, & fluuiū*, magnus Gregorius, cui a Theologia cognomen est, Oratione de Spiritu

θεοσόφοις τῶν πατέρων ἐπὶ τῆς θεολογίας λαμβανομένων συμβολικῶς. ὧν τὸ ἕτερον διὰ τοῦ ἑτέρου, τουτέστι τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ λόγου πρόεισιν ἐναργῶς ἐκ τοῦ νοῦ. κἀντεῦθεν καὶ τὴν ἀλληλουχίαν πλουτοῦσι καὶ τὴν συνάφειαν, ὥστε καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ συννοεῖται τῷ υἱῷ διὰ τὸ συνυπάρχειν αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρός. ἢ γὰρ ἂν κἀπὶ τῶν πρώτων ἐκείνων συζυγιῶν τοῦ ἑνὸς λαμβανομένου συνηκολούθει καὶ τὸ λοιπόν. ἅμα γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ ἀμφότερα. νῦν δὲ οὐχ οὕτω. πάντως ὅτι μὴ διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον πέφυκεν. οὐκοῦν ἀχώριστον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει παρὰ πατρός. ὡς καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα παρὰ τοῦ νοῦ διὰ τοῦ λόγου προέρχεται. κἂν ὅτι μάλιστα πολὺ καὶ ταῦτα τὸ ἀπεμφαῖνον ἔχουσιν, ὡς ἀνυπόστατα, καὶ ἀπεοικότα. ἐνταῦθα μοι καὶ τὰ τῆς παρούσης ἀρκούντως τοῖς εὐγνώμοσι τὴν ἀκεραιοτάτην ἀποδίδοται λύσεως.

κθ'. Ἐπεὶ δ' ἅπαξ εἰς τοὺς περὶ τῶν ὑποδειγμάτων λόγους κατέστημεν, καλὸν ἂν εἴη καὶ τὰ περὶ τούτων, ὅσα δηλαδὴ τοῖς οἰκείοις συγγράμμασιν, οἱ τῆς εὐσεβείας ἐξαίρετοι στοιχειωταὶ καὶ διδάσκαλοι καθάπερ ἐστὶ διεξελθεῖν ἴσως ἐκ τούτων πλέον αὐτὸ γένοιτο τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὄφελος. ὀφθαλμόν τινα καὶ πηγὴν, καὶ ποταμὸν ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος, ἐν τῷ περὶ

ritu

προσδύμενος, φησὶν, ἐνενόησα, καὶ ταῦτα κατ' ἄλλους ἀπαγγείλας τῶν πρὸ αὐτοῦ, καθὼς αὐτὸς οὗτος διαμαρτύρεται. τῷ μὲν τὸν πατέρα, τῇ δὲ τὸν υἱὸν, τῷ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναλόγως ἔχειν συνέθετο, κἂν εἰ τρόπον ἕτερον τὰ περὶ τούτων αὖθις ἐξέφυγε, δείσας πρῶτα μὲν μὴ ῥύσιν τινὰ θεότητος ὑποπτεύσωμεν, στάσιν μὴ ἔχουσαν, δεύτερον δὲ τὸ ἓν εἶναι τὴν Τριάδα καθάπερ ἐκεῖνα τῷ ἀριθμῷ. τούτων δὲ τῶν ἀτόπων ὑπεξῃρημένων πᾶν ἄλλο θεωρούμενον ἐν ταῖς τοιαύταις προσήκατο. ταύτην ὡσαύτως ἀποδεχόμενος κἀγὼ τὴν εἰκόνα, τὸ ἐξ αὐτῆς διαφανῶς συναγόμενον. ὥσπερ λέγων ὁ ποταμὸς ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ προχεῖται διὰ τῆς πηγῆς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς προχωρεῖ. πάλιν ἥλιον ἐνεθυμήθην, ὁ πολὺς οὗτος τὰ θεῖα πατὴρ περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ αὐτῷ διαλαμβάνει, καὶ ἀκτῖνα, καὶ φῶς. κἂν ἄλλως εὐθὺς τὸν λόγον ἐξέκλινεν, ἓν μὲν πτοηθεὶς μὴ σύνθεσίν τινα ἀσυνθέτου φύσεως ἐπινοήσωμεν. ἕτερον δὲ, μὴ τὸν πατέρα μὲν ὑποστήσωμεν μόνον πάντως ἅτε κακῶς ἐχόντων ἀπολαυθέντων, τ' ἄλλα τὰ τούτων ἅπαντα παρεδέξατο. τοῦτο προϊέμενος ὁμοίως κἀγὼ τὸ ὑπόδειγμα, τὸ ἐντεῦθεν ἀνα[illegible] δεικνύμενον. ὥσπερ γὰρ λέγων ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος ἀνατέλλει τὸ φῶς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προεῖσιν ἐκ τοῦ πατρὸς

ritu ſancto ait, *conſideraui*. Et hæc, ex alijs qui ante ipſum claruerunt, cum explicaſſet, ſicuti idem ipſe teſtatur, oculo quidem Patrem, fonti Filium, fluuio Spiritum ſanctum proportione quadam reſpondere aſſenſus eſt; licet alio modo hæc eadem rurſus vitauerit, reueritus primum, ne in diuinitate fluxum, firmitatem nullam habentem; ſecundum, vti illa numero vnum ſunt, ita & Trinitatem vnum eſſe ſuſpicaremur. Sed abſurdis hiſce reiectis, reliquis omnibus, quæ in illis conſiderãtur, aſſenſum præbuit. Hanc ego ſimiliter imaginem aſſumens, quod ex illa colligitur explanabo. Quemadmodum, dicens, fluuius ex oculo per fontem effunditur, ita & Spiritus ſanctus ex Patre per Filium progreditur. Rurſus, *Solem animo concepi*, diuiniſſimus hic Pater de ijſdem in eadem Oratione complectitur, *&* *radium*, *&* *lumen*. Licet alio modo illico dictum declinauerit, primum timens, ne compoſitionem aliquam naturæ incompoſitæ intelligeremus, alterum ne Patrem ſolum hypoſtaſi donemus. His vti non integre dictis omiſſis, reliqua omnia imaginis admiſit. id quoque & ego admittens exemplum, quod inde demonſtratur,

Vuuu 2 edico

edico; Quemadmodum, dicens, ex sole per radium lumen exoritur, sic & Spiritus sanctus ex Patre per Filium prouenit. Et hæc diuiniloquus iste veritatis mysta & mystagogus ex alijs, vt ipse indicauit, accepta. Alij porro sancti Patres *ignem* dixerunt, *& flammam*, *& lumen*: alij *radicem*, *ramum*, *& fructum*, inter quos est & diuinissimus Cyrillus, & istis immateriatam illam essentiam denotarunt; Quemadmodum igitur, ne longius producã orationem per flammã ex igne lumen elucet, & fructus ex radice per ramum producitur, pari modo ex Patre per Filium Spiritus sanctus emittitur. Præter hos fere maior eorum pars, manum Filium, cum scribatur, *Manus tua fecit hæc omnia*, *& hæc immutatio dexteræ excelsi*, ob massæ ex vetustate renouationem, & quod nihil est sinistrum in Deo, digitum vero Spiritum sanctum nuncuparunt, ex Euangelica tabula nomen illi adaptantes. Ibi etenim Saluator noster describitur, nunc *in Spiritu Dei*, dicens, *eijcere Dæmonia*, nunc *in Dei digito*, digitum Dei Spiritum sanctum appellans. Et hoc patenter satis in libro Thesaurorum in rebus theologicis exponendis eximius Cyrillus expressit his verbis. *Ait quodam in loco Christus Iudæos alloquens, si in digito Dei*

διὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεηγόρος οὗτος, ὁ τῆς ἀληθείας μύστης τε καὶ μυσταγωγὸς, ἐξ ἄλλων ὡς αὐτὸς ἐδήλωσε τὰ περὶ τούτων διαδεξάμενος. ἕτεροι δὲ τῶν ἁγίων Πατέρων, πῦρ εἰρήκασι καὶ φλόγα καὶ φῶς. οἱ δὲ ῥίζαν, κλάδον τε, καὶ καρπὸν, ὧν εἷς ἐστι καὶ Κύριλλος ὁ θειότατος, καὶ τούτοις τὴν ἄϋλον οὐσίαν ἐκείνην ἐσήμαναν. ὡς τοίνυν, ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείνω μοι λόγον, διὰ τῆς φλογὸς ἐκ τοῦ πυρὸς ἐκλάμπεται τὸ φῶς, καὶ ὁ καρπὸς ἐκ τῆς ῥίζης διὰ τοῦ κλάδου προβάλλεται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπέμπεται διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον: πρὸς τούτοις οἱ πλείους σχεδὸν χεῖρα μὲν τὸν υἱὸν κατὰ τὸ, ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα, καὶ αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου, διὰ τὴν ἐκ τῆς παλαιότητος τοῦ φυράματος ἀνακαίνισιν, καὶ ὅτι περ οὐδὲν ἐπαρίστερον τῷ Θεῷ, δάκτυλον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατωνόμασαν, ἐκ τῆς Εὐαγγελικῆς πυξίδος τὴν κλῆσιν ταύτην αὐτῷ προσαρμόσαντες. ἐκεῖσε καὶ γὰρ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀναγράφεται, πῆ μὲν ἐκβάλλειν ἐν πνεύματι Θεοῦ φθεγξάμενος τὰ Δαιμόνια, πῆ δὲ πάλιν ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, δάκτυλον Θεοῦ προσαγορεύσας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τοῦτο διεσαφήνισεν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Θησαυρῶν ὁ θεολογικώτατος Κύριλλος οὕτως εἰπών. Φησί που Χριστὸς Ἰουδαίοις προσδιαλεγόμενος. εἰ δὲ ἐν δα-

κτύλῳ Θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ Δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δάκτυλον ἐνθάδε φησὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρόπον τινὰ τῆς θείας οὐσίας ἐκπεφυκός, καὶ φυσικῶς αὐτῆς ἐκκρεμάμενον. ὥσπερ καὶ ὁ δάκτυλος ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης χειρός, βραχίονα μὲν γὰρ καὶ δεξιὰν Θεοῦ τὸν υἱὸν ἀποκαλοῦσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ κατὰ τό, ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ. Καὶ πάλιν. Κύριε, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐκ ᾔδεισαν, γνόντες δὲ αἰσχυνθήσονται. Ὥσπερ οὖν ὁ βραχίων φυσικῶς ἐνήρμοσται τῷ ὅλῳ σώματι πάντα ἐνεργῶν, ὅσαπερ ἂν δόξῃ τῇ διανοίᾳ. καταχρίει δὲ συνήθως, τῷ δακτύλῳ πρὸς τοῦτο κεχρημένος, οὕτω τὸν μὲν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ἡρμοσμένον, ἵν' οὕτως εἴπω καὶ ἐμπεφυκότα λογιζόμεθα, ἐν δὲ τῷ υἱῷ φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς διῆκεν παρὰ πατρὸς τὸ πνεῦμα, δι' οὗ τὰ πάντα χρίων ἁγιάζει. οὐκοῦν οὐκ ἀλλότριον, οὐδὲ ἀπεξενωμένον τῆς θείας οὐσίας φαίνεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ φυσικῶς, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τοῦ σώματος δάκτυλος ἐν τῇ χειρί, ὁμοφυὴς ὢν αὐτῇ, καὶ ἡ χεὶρ οὖν πάλιν ἐν τῷ σώματι, οὐχ ἑτεροούσιος πρὸς αὐτὸ τυγχάνουσα. Ταῦτα κατὰ τὴν τῶν Θησαυρῶν δέλτον ὁ θαυμασιώτατος Κύριλλος. Ἀλλαχοῦ δὲ ταύτης ἔθετο αὐτός, τὸν πατέρα μὲν ῥόδον, ἄνθος δὲ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀσμὴν ἀποκα-

to Dei ego eijcio Dæmonia, igitur venit ad vos regnum Dei. Et digitum hic vocat Spiritum sanctum, quodam modo ex diuina essentia emanantem & naturaliter ab illa appensum, quemadmodum & digitus ex hominis manu, brachium etenim & dexteram Dei diuinæ Scripturæ Filium appellant, uti cum dicitur, Saluauit eum dextera illius, & brachium sanctum eius. necnon, Domine excelsum tuum brachium, & non cognouerunt, cum cognouerint reuerebuntur. Sicut itaque brachium naturaliter adaptatur toti corpori, operans quæcumq; cogitationi placuerint, inungit vero pro more digito ad hoc vtens, ita Dei verbum ex eo & in eo naturaliter adaptatum, vt ita dicam, & intime inhærens concipimus. in Filio autem naturaliter & essentialiter pertransiens a Patre Spiritus, per quem omnia inungens sanctificat, non igitur alienum, neque extraneum diuinæ essentiæ est Spiritus sanctus, sed in ipsa & ex ipsa naturaliter, sicuti & digitus corporis in manu, eiusdem naturæ cum ea existens, rursusque manus in corpore non diuersæ ab eo naturæ. Hæc in Thesaurorum libris maxime admirabilis Cyrillus; & alio eorundem loco hic idem, *Patrem rosam, Filium florem, Spiritum sanctum odorem*

odorem nuncupauit. Quemadmodum itaque digitus dependet a corpore per manum, ex rosa vero per florem odor afflatur, ita & Spiritus sanctus ex Patre per vnigenitum procedit. Quæ porro a diuinis Patribus, veluti in exemplum adducuntur, hæc & similia sunt, licet minima illa, & valde humilia, multũ a dignitate rerum, quibus assimilantur, deficiant: *omnia enim* eodemmet a Spiritu moto Cyrillo teste, *Deus exuperabit*.

XXX. Quid porro ad hæc iterum, qui tantum ad contradicendum scitissimi sunt, & in eo maxime exultant, indicium illud sapientiæ esse reputantes, in reliquis alijs muti & elingues? Et vbi nam sunt tibi, inquiunt, quæ ab ijsdem Sanctis diuersis Commentarijs traduntur *bifluí* nempe *fluuij*, *prælucentes radij*, *bina lumina*, *bini rami*, *duæ manus*, *& flores bini*, quibus Filium & Spiritum sanctum immediate ex Patre esse declararunt? Quomodo illa quidem tibi in memoriam venere, hæc vero obliuioni demandata sunt? Hisce vere responderim, hæc quoque de rebus diuinis a sanctis Patribus tradi, non eo tamen scopo, vt dicta a nobis dirimant. Quandoquidem pari ratione ab ijsdem Doctoribus sæ-

λεσεν. ὡς τοίνυν ὁ δάκτυλος μὲν ἐξήρτηται τοῦ σώματος διὰ τῆς χειρός, ἐκ τοῦ ῥόδου δὲ διὰ τοῦ ἄνθους ἡ ὀσμὴ διαπνέεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐκπορεύεται. Τὰ μὲν δὴ τοῖς θεσπεσίοις πατράσιν, ὅσον ἐν ὑποδείγματι διαληφθέντα, τοσαῦτα καὶ οὕτως ἔχοντα. κἂν εἰ σφόδρα καὶ τὰ παρὰ τούτων μικρά, κομιδῆ τε ταπεινά, καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας ἐνδέοντα. πάντα γὰρ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πνευματοκίνητον Κύριλλον ὑπερέξει Θεός.

λ. Τί δὲ καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν οἱ μηδὲν ἄλλο πλὴν ἀντιλέγειν ἁπλῶς πρὸς πᾶν ὁποιοῦν ἐπιστάμενοι, κἀν τούτῳ τὰ μέγιστα χαίροντες, οἷα τεκμήριον αὐτὸ σοφίας ἡγούμενοι. καὶ ποῦ σοι φασὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτῶν ἁγίων ἐν διαφόροις ἐκφωνηθέντα γραφαῖς οἱ διρρύτοι δηλονότι ποταμοί, αἱ διαυγεῖς ἀκτῖνες, τά τε δίδυμα φῶτα, οἱ διττοί τε κλάδοι, καὶ αἱ δύο χεῖρες, καὶ τὰ ἄνθη τὰ διφυῆ, δι' ὧν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀμέσως εἶναι παρὰ πατρὸς διετράνωσαν; πῶς ἐκεῖνα μὲν ἐξίσταταί σοι, τὰ δὲ παρεωρᾶται; πρὸς οὓς εἴποιμι ἂν ἀληθῶς. ἐπὶ τῆς Θεολογίας καὶ ταῦτα πολλαχοῦ τοῖς αὐτοῖς θεοφόροις πατράσι παραλαμβάνεται. πλὴν οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν προλεχθέντων ἡμῖν. ἐπείπερ οὕτω γε καὶ τὸ ῥηθὲν ἐν πολλοῖς παρὰ τῶν αὐτῶν διδασκάλων ἐπὶ τῆς μα-

μακαρίας Τριάδος τριήλιον, ἢ καὶ τριάκτινον ἀναιρήσει τὸ ἐκ πατρὸς ὑπάρχειν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅτι μήτε τὸ παράπαν ἥλιος ἐξ ἡλίου, μήτε μὴν ἐξ ἀκτῖνος ἀκτίς. ἀλλ' οὐ τοῦτο φρονοῦμεν ἡμεῖς. ἑκάτερα δὲ τῶν ὀρθῶν δογμάτων εἶναι πιστεύοντες τὴν πρόσφορον ἑκάστῳ τούτων ἀπονέμομεν ἔννοιαν, τὸ μὲν ὁμολογοῦντες, ὅτι περ ἀρχὴ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ, τῆς δὲ τὸ τῶν τριῶν ἰδιοϋπόστατον, τοῦτο τῆς οὐσίας ταυτὸν, καὶ τὸ μὴ μέρη δοκεῖν ὑπάρχειν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα σημαίνοντες. ὡσαύτως τοιγαροῦν κἀνταῦθα ταύτας τε κἀκείνας τὰς εἰκόνας δεχόμεθα, μηδὲν ἐναντίον ἔχειν πρὸς ἀλλήλας, ἅτε τῆς εὐσεβείας καὶ ἀμφοτέρας καταλαμβανόντες. ὅταν μὲν γὰρ ἀκούσωμεν ἐπὶ τῆς ὑπερθέου Τριάδος ὀφθαλμὸν, πηγὴν, ποταμὸν, ἥλιόν τε καὶ ἀκτῖνα καὶ φῶς, καὶ πάντα τ' ἄλλα τὰ παραπλήσια, τὴν ἄκραν ἐννοοῦμεν συμφυΐαν αὐτῆς, καὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι διὰ τοῦ πατρὸς. ὅταν δὲ δικρούνους ποταμοὺς, ἀκτῖνάς τε διδύμους τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα προσαγορευομένους ἐνωτισόμεθα καὶ τὰ τούτοις παρόμοια, τὸ τῶν τελείων ὑποστάσεων ἀσύγχυτον, τότε πρῶτον αἴτιον θεωροῦμεν, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον, οὐ μὴν ἀντιδιῃρημένα ταῦτα δοξάζομεν. ἀπέστω γὰρ ἡμῶν καὶ ψιλὴ τοιαύτη τις περὶ τούτων ὑπόληψις. περὶ δὲ τῶν

pius de beata Triade dicta, *tres soles*, & *tres radij* diriment, ex Patre Filium & Spiritum sanctū existere, cum ex sole sol nullus est, neq; ex radio radius. At non ita nos sentimus, sed vtraque cum rectis dogmatibus concordare credentes, accommodum vnicuique intellectum damus, hoc quidem confitentes, Principium nempe Filij & Spiritus sancti Patrem esse, & propriam horum trium hypostasim, idem vero essentiæ, & quod non sint partes Dei & Patris Filius & Spiritus sanctus indicantes. Pari itaque ratione hic quoque has illasque imagines opinantes, nihil in se contrarium continere, cum ambæ pro pietate decertent, acceptamus. Cum itaque audimus de superdiuina Triade *oculum*, *fontem*, *fluuium*, *solem*, *radium*, *lumen*, & similia, summam intelligimus illius coniunctionem, & Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere: cum vero *bifluos fluuios*, *& binos radios*, & similia, Filium & Spiritum sanctum appellari auscultamus, perfectarum hypostaseon inconfusum, & primam causam, & naturæ immutabile speculamur, non tamen inter se diuisa tenemus. Longe enim sit a nobis & nuda & minima de ijsdem comprehensio. Verum de manibus proprie, quod de alijs non obser-

obseruaui, *manus Patris* nonnunquam Filium solum vocatum reperi. Nanque Oratione de Verbi vnigeniti incarnatione hæc de eo diuinissimus Athanasius tradit. *Cum reponeret Spiritum suum in manus Patris, vti homo semetipsum sibimetipsi vti Deo reponit. ipse enim manus vna, binæque Patris est.* Et hoc ita se habet.

XXXI. Per Filium porro Spiritum sanctum, non vt plurimi dicunt, immediate ex Patre, idem enim est dicere per Filiũ, & non immediate, ego equidem concorditer ex diuina inspirata scriptura testimonia adduxi. Quod si quis immediate existere Spiritum ex Patre contendit, ostendat quo in loco apud diuina eloquia id inueniatur repositum, & nos acceptabimus. Sed hoc, cum nusquam gentium sit, nullus ex veritatis expositoribus enunciauit. At Filium immediate esse ex Patre frequentes pietatis doctores, nec vno in loco fassi sunt, vt ex multis probabimus, & dicta quæ nos offendimus ad hunc diem sibi habeat, cuicumque id lubitum fuerit. Primus ante alios magnus Basilius in secundo aduersus Eunomium hæc habet; *Principium itaque Patris nullum est, principium Filij Pater, medium inter hos nullum.* Et post pauca.

χειρῶν ἰδίᾳ καὶ κατ᾽ ἐξαίρετον ἔγωγε χεῖρας τοῦ πατρὸς, ἔστιν οὗ τὸν υἱὸν μόνον εὑρὼν καλούμενον. ἐν γὰρ τῷ περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς ἐνανθρωπήσεως λόγῳ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ φησὶν ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος, Ὅτε παρετίθετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ εἰς χεῖρας τοῦ πατρὸς, ὡς ἄνθρωπος ἑαυτὸν παρετίθετο ἑαυτῷ ὡς Θεῷ. αὐτὸς γὰρ ἡ χεὶρ καὶ αἱ χεῖρες τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτον.

λα΄. Ὅτι δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ μέντοι, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἀμέσως ἐκ τοῦ πατρὸς, ταυτὸν γάρ ἐστι δι᾽ υἱοῦ, καὶ οὐκ ἀμέσως εἰπεῖν, αὐτὸς μὲν συμφώνως ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὰς μαρτυρίας παρήγαγον. εἰ δέ τις ἀμέσως ὑπάρχειν καὶ ἔτι τὸ πνεῦμα παρὰ πατρὸς διατείνεται. δειξάτω ποῦ ποτε τῶν θείων λογίων εὕρηται κείμενον, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὥσπερ οὐκ ἔστιν, οὕτως οὐδὲ τῶν τῆς ἀληθείας ἐξηγητῶν τις ἐφθέγξατο. τὸ δὲ τὸν υἱὸν ἀμέσως εἶναι παρὰ πατρὸς συχνοὶ τῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων, καὶ οὐχ ἅπαξ εἰρήκασιν, ὡς ἐκ πολλῶν παραστήσομεν. καὶ δεχέσθω τὰς χρήσεις, ὅσαις τέως ἡμεῖς ἐνετύχομεν ὁ βουλόμενος. εὐθὺς γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον τάδε φησίν. Ἀρχὴ μὲν οὖν πατρὸς οὐδεμία, ἀρχὴ δὲ τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ, μέσον δὲ τούτων οὐδέν. καὶ μετὰ πάνυ βραχέα. Εἰ τοίνυν ἀΐδιος ἡ τοῦ

Si

υἱοῦ κοινωνία πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα ἀναπέφανται τῆς διανοίας ἡμῶν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ δι' οὐδενὸς κενοῦ πρὸς τὸν πατέρα χωρούσης, ἀλλ' ἀδιαστάτως τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν συναπτούσης. ὁ μηδενὶ μέσῳ διοριζόμενος, τίνα ἔτι παρείσδυσιν καταλίποι τῇ πονηρᾷ αὐτῶν βλασφημίᾳ; ἐν ᾗ τῇ πρὸς τὰς Κανονικὰς Ἐπιστολῇ. Εἰ γὰρ ἀνώτερον λέγει Θεοῦ τὸ πνεῦμα, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρεσβύτερον τοῦ ἐξ οὗ ἐστιν; ἀλλ' οὐδὲ τοῦ μονογενοῦς πρότερον. οὐδὲν γὰρ μέσον υἱοῦ καὶ πατρός. ἀκολούθως τούτῳ τῷ μεγάλῳ τῆς εὐσεβείας κήρυκι καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος, ἐν μὲν τῷ τετάρτῳ τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων. Ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖται τοῦ υἱοῦ τὸ πρὸς τὸν πατέρα συναφές τε καὶ ἀμέριστον, ὡς μηδὲν εἶναι τὸ διὰ μέσου τούτων παρεντιθέμενον. ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ τῶν αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ ἡ ἄμεσος αὕτη συνάφεια ἐκβάλλει τὴν βούλησιν τοῦ πατρός, ὡς κατά τινα φύσεως ἀνάγκην ἀπροαιρέτως τὸν υἱὸν ἐσχηκότος. καὶ μετά τινα. Ἄμεσός ἐστιν ἡ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα συνάφεια, καὶ οὐκ ἐξωθεῖται ὑπὸ τῆς ἀδιαστάτου συναφείας τὸ βούλημα, τὸ τῇ ἀγαθῇ φύσει ἐκτὸς ἐνυπάρχον. καὶ ταῦτα μὲν οὗτοι καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καὶ ἄμφω καιρόν. Κύριλλος δὲ μεθ' ὕστερον ὁ θαυμασιώτατος ἐν μὲν ἑνὶ τῶν Κεφαλαίων τοῦ πρώτου τῶν Θησαυρῶν διαρρήδην βοᾷ. Γεννᾷ δὲ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀμε-

Si itaque æterna Filij communio cum Deo & Patre nulla menti noſtræ occurrente vacuitate, per quã a Filio ad Patrem progrediatur, ſed mente ita Filium cum Patre connectente, vt nullum inter eos detur interuallum. dum Filius nullo medio diſiungitur, quem aditum ſceleratæ eorum blaſphemiæ relinquit? Et Epiſt. ad Canonicas. *Si enim ſuperiorem Deo Spiritum dicit, non ex Deo: quod ſi ex Deo, quomodo antiquior eo, ex quo eſt? Sed neque eſt vnigenito prior: neque enim quippiam interijcitur inter Patrem & Filium.* Magno huic pietatis præconi concordat Nyſſenus Gregorius Oratione quarta aduerſus Eunomium; *Quando nos etiã Filij cum Patre coniunctum atq; indiuiſum confitemur, ita vt nullum medium inter hos concipiamus.* In octaua earundem; *Neque enim immediata iſta coniunctio patris voluntatem reijcit, quaſi naturæ neceſſitate nec ſponte filium habuerit.* Et paucis adiectis; *Immediata eſt Filij cum Patre coniunctio, nec repellitur ab inſeparabili coniunctione hac voluntas, quæ extra bonam naturam ſit.* Et hæc quidem hi ambo vno eodemque tempore. Poſt hos admirabiliſſimus Cyrillus in vno primi Theſaurorum Capite palam clamat; *Generat vero Pater Filium immediate.*

In Expositione Euangelij secũdum Ioannem dictum illud, *Hic erat in principio apud Deum* declarans ait; *Immediate & contigue Filius est in Deo & Patre*. Et rursus in illud, *Omnia per ipsum facta sunt*. *Coniungi vero Filio Patrem intelligimus propter essentiæ immutabilitatem, & excellentissimo modo continuitatem & immediationem ipsius cum illo, ex quo naturaliter promanauit.* Et paucis additis; *Verbum enim & sapientia Filius quod ex intellectu, & in intellectu continue & indiuise, & ob in sese significatorum, vt quidam diceret, mutuã iniectionem*. Idem libro sexto ad Hermiam; *Sequentes itaque,* ait, *fidem sacrarum scripturarum & a sapientibus admodum tritam, & viam, vt ita dicam, vehicularem calcantes, robur Dei & Patris ipsum esse Filium immediate simul & continue*. His & similibus clare ostensum est, inter Patrem & Spiritum medium esse Filium. Etenim si Pater est principium, vt omnium in ore est, Filius vero immediate ex Patre, vt dictis allatis innotuit & per ipsum Spiritus sanctus: Filius ergo inter Patrem & Spiritum medius est. & manifeste patet ex verbis magni Basilij in Epistola, quam ille dedit ad fratrem suum Gregorium Nyssenum: in ea siquidem hæc prosequitur; *Quem-*

συνεχῶς. ἐν δὲ τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου τὸ ῥητὸν τό, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν σαφηνίζων φησίν, Ἀμέσως καὶ προσεχῶς ἐστιν ὁ υἱὸς ἐν Θεῷ καὶ πατρί. καὶ πάλιν εἰς τό, πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο. Συνεῖναι δὲ τῷ υἱῷ τὸν πατέρα νοοῦμεν, διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας. καὶ τὸ ἄκρως προσεχές τε καὶ ἄμεσον αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς προελθών. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Λόγος μὲν γὰρ καὶ σοφία ὁ υἱὸς διὰ τὸ ἐκ νοῦ, καὶ ἐν νῷ προσεχῶς καὶ ἀδιαστάτως, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα τῶν σημαινομένων, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀντεμβολήν. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν. Ἑπόμενοι τοίνυν λέγει τῇ τῶν ἱερῶν πίστει γραμμάτων, καὶ οἱονεὶ τὴν ἀτριβῆ τοῖς σοφοῖς ἁμαξιτὸν διαστείχοντες, δύναμιν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτὸν εἶναι λέγομεν τὸν υἱόν, ἀμέσως τε ἅμα καὶ προσεχῶς. Ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων συναποδέδεικται φανερῶς, ὅτι καὶ μέσος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος ὁ υἱός. εἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἀρχὴ καθ᾽ ὁμολογίαν κοινήν, ὁ δὲ υἱὸς ἀμέσως ἐκ τοῦ πατρός, ὡς ἀνεφάνη πρὸς τῶν ῥητῶν, ὧν παρεθέμεθα, δι᾽ αὐτοῦ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ υἱὸς ἄρα μέσος πατρός τε καὶ πνεύματος. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν Ἐπιστολῇ τὸν Νύσσης Γρηγόριον εἴρηκε. ταῦτα καὶ γὰρ ἐκεῖσε διέξεισιν. Ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ

ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος, καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα ἑλκύσας δι' αὐτοῦ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα συνεφελκύσατο. καὶ τὸν υἱὸν ἀληθῶς ὅστις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, πῆ μὲν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, πῆ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα συνεπαγόμενος. οὐ γάρ ἐστιν ἐπινοῆσαι τομήν, ἢ διαίρεσιν, ὡς ἢ υἱὸν χωρὶς τοῦ πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ διαζευχθῆναι. Πάντως τὸ ἑκατέρωθεν τοῦ υἱοῦ λέγειν εἶναι τὸν πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, περιφανῆ τὴν ἔννοιαν κέκτηται, καὶ οὐ δήπου τινὸς τὸ παράπαν δεῖται τῆς ἐξηγήσεως. Ὁ δὲ θεῖος Γρηγόριος, πρὸς ὃν τὰ τῆς τοιαύτης Ἐπιστολῆς, τῶν Νυσσαέων ὁ πρόεδρος, ἐπείπερ ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον Λόγῳ τὴν διαφορὰν τῆς μακαρίας Τριάδος δηλῶσαι θέλων, τὸ αἴτιον εἶπε καὶ τὸ αἰτιατόν, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας πάλιν ἄλλην διαφορὰν παρέλαβε, Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ μένειν καὶ ἐκ τοῦ πρώτου, καθάπερ φθάσαντες ἄνωθεν ἔφημεν, τούτοις ἐπήγαγεν. Ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ ἁγίου

Quemadmodum in catena qui vnius annuli fummitatem apprehendit, hoc ipfo fimul & alterum infertum attrahit; ita & hic qui Spiritum trahit per ipfum & Filium & Patrem vna fimul attraxerit, & fiquis vere Filium apprehenderit, habebit & ipfum vtrinque hinc Patrem, illinc Spiritum fanctum vna contrahentem. Non enim poteft vllo pacto excogitari aliqua vel fectio, vel diuifio, vt fiue Filius abfque Patre cogitari, fiue Spiritus a Filio feiungi queat. Prorfus illud vtrinque Patrem & Spiritum fanctum afferere apertam fententiam poffidet, nec vlla omnino indiget expofitione. Quinimo diuinus Gregorius, ad quem dicta Epiftola data eft, Nyffenus Antiftes, Oratione ad Ablabium beatæ Triadis differentiam indicare volens, *caufam* dixit & *caufatum*, & illius quod ex caufa erat iterum aliam differentiam appofuit. Nanque hoc quidem effe immediate a primo, hoc verò per Filium manare ex primo, vt fupra iam adnotauimus, addidit; *Adeo vt vnigenitum indubitatum maneat in Filio, & ex Patre effe Spiritum in dubio non fit, Filij mediatione & fibi ipfi vnigenitum conferuante, & Spiritum a naturali ad Patrem habitudine non arcente.* Item de Spiritu fancto tractans, dum in Macedonium inuehitur, fcripfit; *In quibus qua*

secundum bonum operatio est, nullam imminutionem aut immutationem habet. Quomodo rationi consentaneũ fuerit ordinem secundum numerũ imminutionis alicuius aut secundum naturam immutationis signum esse existimare. Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdiuisam flammam conspiciens, causam vero tertij luminis supponamus esse primam flammam ex communicatione cum medio extremum inflammantem, postmodum astrueret in prima flamma abundare calorem, eam vero quæ subsequitur immutari, & paulatim imminui, tertiam nec ignem amplius censendam esse, licet æqua ratione aduret, & splendeat, omniaque ignis operetur. Concordat cum his perspicacissimus Epiphanius, qui sua in magnum Sabbatum Oratione hunc in modum eloquitur; *In medio duorum animalium agnitus Iesus Dei filius, in medio Patris & Spiritus duorum viuentium, vita ex vita, natura vita cognitus.* Ita hi de Trinitate philosophati sunt, vt reuelatum fuit a Spiritu, principium asserentes Patrem, medium Filium, & per ipsum Spiritum sanctum, quos nos vti pietatis duces sequentes, eorum doctrinis, & sermonibus insistimus. At recentes Theologi, nescio a quonam edocti, prorsus e ventre tamẽ

πνεύματος διαλαμβανόντων, καὶ κατὰ Μακεδονίου φερόμενος τάδε φησίν· Ἐφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν ἐλάττωσιν, ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστὶν εὔλογον τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεως τινὸς τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα. αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν. ἔπειτα κατασκευάζοι πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τὴν δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγὴν, τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λογίζεσθαι, κἂν παραπλησίως καίῃ, καὶ φαίνῃ καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. σύμφωνός ἐστι τούτοις καὶ ὁ διορατικώτατος Ἐπιφάνιος. ἐν γὰρ τῷ εἰς τὸ μέγα Σάββατον οἰκείῳ Λόγῳ καὶ ταῦτα οὕτω φησίν. Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθεὶς Ἰησοῦς ὁ θεόπαις ἐν μέσῳ πατρὸς καὶ πνεύματος τῶν δύο ζώων, ζωὴ ἐκ ζωῆς, φύσει ζωὴ γνωριζόμενος. ἀλλ' οὗτοι μὲν οὕτω τὴν Τριάδα τεθεολογήκασιν, ὡς ἀπεκαλύφθησαν ἐκ τοῦ πνεύματος, ἀρχὴν μὲν εἰπόντες τὸν πατέρα, μέσον δὲ τὸν υἱὸν, καὶ δι' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἷς ἡμεῖς ὡς ὁδηγοῖς εὐσεβείας ἀκολουθοῦντες, ταῖς αὐτῶν διδασκαλίαις καὶ τοῖς λόγοις ἐμμένομεν. οἱ δὲ νέοι Θεολόγοι πόθεν οὐκ οἶδα μαθόντες,

πάντως ἀπὸ κοιλίας αὐτῶν μάτην ἡμῖν καταψεύδονται, καὶ γραμμὴν εὐθείαν πλάττοντες νοεῖσθαι ταύτην ἡμῖν. οἱ καὶ δῆθεν τοῖς ἡμετέροις ἐναντιούμενοι, διαγράφειν ἑτέρως πειρῶνται τὴν ἀπερίγραπτον. καὶ φασὶ κατὰ σχῆμα δεύτερον ἔχειν ταύτην ἢ κατὰ τρίγωνον. ἄλλοι δὲ καὶ κύκλους τινὰς παρεισάγουσι, συρφετούς τινας πάντῃ ἐννοιῶν ἀποπτύοντες, οὓς ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐπισυρόμενοι περιφέρουσιν. ἡμεῖς δὲ μηδὲν ἴδιον λέγειν τολμῶντες κατὰ τὴν Θεολόγου φωνὴν, ἀμέριστος, φαμὲν, ἐν μεριστοῖς, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ θεότης, καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις, ἀπείρων τε τριῶν ἄπειρος συμφυΐα πανταχοῦ καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν τὸ ὄν τι διήκουσα. πλὴν καὶ οὕτω πλουτοῦσα κατὰ τὴν τῶν Ἁγίων παράδοσιν τὴν ἀρχὴν, τό τε μέσον ὠθοῦσα, καὶ τὸ μετὰ τοῦτο δεχομένη, τὰ πάντα θεοπρεπῶς. τοῦ δὲ μετὰ τὸν λόγον τὸ πνεῦμα νοεῖσθαι τὸ ἅγιον, μάρτυς ὁ μέγας Βασίλειος, ὃς ἐν τῷ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν Γρηγόριον τῆς Νύσσης λόγῳ. τὸ πνεῦμα φησὶ τὸ γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος, σημεῖον ἔχει τὸ μετὰ τὸν υἱὸν καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι.

λβ΄. Τούτων οὕτως ἐχόντων οὐκ ἀγνοῶ γε τάχα καὶ τὰ δοκοῦντα τοῖς νῦν ῥηθεῖσι προσίστασθαι. διόπερ ἐν-

in nos falſa iactitant, ſecundum lineam rectam effingentes nos eam intelligere, & noſtris aduerſantes alio modo circumſcribere, quæ nullo modo nequeunt circumſcribi, conantur, traduntque iuxta ſecundam figuram, aut triangulum eam diſponendam eſſe. Alij & circulos quoſdam introducunt, quiſquilias quaſdam cogitationum eructantes, quas in cordibus ſuis fotas circumferũt. Nos autem ex proprijs nihil proferre audentes ſecundum Theologi vocem, *indiuiſa* dicimus *in rebus diuiſis, ſi breui ſermone abſoluenda res eſt, Deitas, & quaſi in tribus ſolibus mutuo adhærentibus vna luminis mixtio, & infinitorum trium infinita cohæſio per omnia & ſuper omnia vere perueniens*. Nihilominus etiam hoc modo, vt Sancti tradiderunt, principio diues eſt, & medium iactat, & quod inde ſequitur non reſpuit, omnia modo diuino. Poſt verbum vero Spiritum ſanctum intelligi teſtis eſt magnus Baſilius Oratione in fratrem Nyſſenum Gregorium, *Spiritus*, inquit, *hanc notionem & cognoſcibile ſignum eius, quæ ſecundum hypoſtaſim eſt, proprietatis habet, quo poſt Filium, & cum Filio ſimul & ipſe ſe facit internoſci.*

XXXII. Hæc ita ſe habent, & ego quæ prædictis aduerſari viden-

videntur plane cognosco. quapropter illis hic positis, quæ ex ipsis dubia oriuntur, vt vires concedunt, dissoluere conabor, veritati, vt fieri potest, innixus. Sãctus enim Pater noster Athanasius in septimo quinquaginta Capitum, quorum expositionem ex scripto traditis testimonijs aggressus est, in omnibus eadem inesse Patri & Filio & Spiritui sancto probare volens, & Spiritus sessionem esse, quemadmodum & Patris & Filij demonstrans, nec solum id, sed etiam simul sedere, hæc ad verbum inquit, *Patre Domini ad Ioannem dicente, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem in illo. Dominus dixit, si Pater qui in me manet, ipse facit opera. Secundum itaq; hæc testimonia dicito, Pater & Spiritus manent in Filio, vel non? ait manent. Si itaque in Filio manent Pater & Spiritus, cum sederit Filius necessario & illi simul sedebunt, qui manent in eo.* Et post pauca; *Filio scimus præscriptum esse locum a dextris Patris. Quemadmodum enim ad suum Filium dixit, Sede a dextris meis. cum vero sederit a dextris Filius, datur nobis intelligi, mandantem dixisse & suo Spiritui, sede a sinistris meis: sedentis autem appellatio dignitatis est signum.* Et hæc diuinissimus Athanasius, cum asserat

θάδε κἀκεῖνα προσθεὶς τὴν ἀνακύπτουσαν ἐξ αὐτῶν ἀμφιβολίαν, ὡς οἷόν τε διαλύσαι πειράσομαι, τῆς ἀληθείας κατὰ δύναμιν ἀντιποιησάμενος. ὁ μὲν γὰρ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος ἐν ὀγδόῳ τῶν πεντήκοντα Κεφαλαίων, ὧν τὴν ἔκθεσιν ἐκ μαρτυριῶν ἐποιήσατο γραφικῶν, ἐπὶ πᾶσι τὰ αὐτὰ προσεῖναι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τοῦ πνεύματος τὸ καθῆσθαι δεικνύων, ὥσπερ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, μὴ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὸ συγκαθῆσθαι, τάδε πρὸς ἔπος διαλαμβάνων φησί. Τοῦ πατρὸς τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν Ἰωάννην λέγοντος, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐν αὐτῷ. ὁ Κύριος εἶπεν. εἰ δὲ ὁ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. εἰπὲ οὖν κατὰ τὰς μαρτυρίας, ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα μένουσιν ἐν τῷ υἱῷ, ἢ οὔ; φησί, μένουσιν. Εἰ οὖν ἐν τῷ υἱῷ μένουσιν ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα, τοῦ υἱοῦ καθίσαντος, ἀνάγκη πᾶσα συγκαθῆσθαι αὐτῷ καὶ τοὺς μένοντας ἐν αὐτῷ. Καὶ μετ' ὀλίγα. Τῷ μὲν υἱῷ ἴσμεν ἀφωρισμένην δίαιταν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, ὥσπερ οὖν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν εἶπε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. ἐκ δὲ τοῦ καθίσαι ἐκ δεξιῶν τὸν υἱὸν, ἔστιν ἐπινοῆσαι, ὅτι κατ' ἐπιτροπὴν εἶπε καὶ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, κάθου ἐξ εὐωνύμων μου, τοῦ δὲ καθημένου ἡ προσηγορία ἀξιώματός ἐστι σημασία,

καὶ ταῦτα μὲν ὁ θειότατος Ἀθανάσιος ἐν οἷς ἐκ δεξιῶν καθῆσθαι τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἰρηκώς, καὶ τῆς ἐξ εὐωνύμων δὲ καθέδρας διὰ τὸ πνεῦμα μνησθεὶς ὁπωσοῦν ἔοικε τὸν πατέρα μέσον εἶναι τούτων ἀποφηνάμενος. ὁ δ' ἐν Θεολογίᾳ διαλάμψας Γρηγόριος ἐν μὲν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν τῶν ρν'. Ἐπισκόπων παρουσίαν τοιαῦτα κατὰ ῥῆμα διέξεισιν, Φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία. ἕνωσις δὲ ὁ πατήρ, ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς. μέσον καὶ οὗτος τὸν πατέρα δοκεῖ πως εἰπεῖν. μέσον γὰρ τῶν ἑνουμένων τὸ ἑνοῦν καὶ ἡ ἕνωσις. ἐν δὲ τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀντιρρητικῷ, τὸ πνεῦμα μέσον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διαρρήδην ἐφθέγξατο. λέγει γὰρ οὑτωσί. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ὃ καθόσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορευτόν, οὐ κτίσμα. καθόσον δὲ οὐ γεννητόν, οὐχ υἱός. καθόσον δὲ ἀγεννήτου, καὶ γεννητοῦ μέσον, Θεός. ἀλλ' ἵν' ἐντεῦθεν τὴν λύσιν τῶν προτεθέντων ἀπορημάτων ἀρξάμενος, ἔσχατον πάντων ἐπὶ τὸ πρῶτον καταντήσω τούτων κατ' ἀναποδισμόν. οὕτω γὰρ ὁ λόγος βαδιεῖται μάλιστα ῥᾳδίως καὶ βέλτιον. οὐκ αὐτὴν τοῦ πνεύματος τὴν ὑπόστασιν ὁ γρήγορος νοῦς μέσον πατρὸς καὶ υἱοῦ δοξάζων τοῦτο φησί. τὴν δὲ τῶν ἀντιδιατιθεμένων διαίρεσιν, τήν, εἰ Θεὸς τὸ πνεῦμα λέγουσαν, ἢ ἀγέννητον, ἢ γεννητόν, ἅτε μηδὲν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηκε, μέσον εἶναι τούτων ὑπο-

aſſerat, Filium a dextris Patris ſediſſe, & ſedis a ſiniſtris propter Spiritum mentionē inducat, videtur quodāmodo mediū inter Filium & Spiritum ſanctū decreuiſſe. Et qui in Theologia præcelluit Gregorius Oratione in CL. Epiſcoporum aduentum hæc ipſiſſima verba habet, *Natura autem tribus vna. vnio vero Pater, ex quo & ad quem referuntur, quæ ſubſequuntur*. Mediū & ipſe Patrem videtur quodammodo collocare. Eorum enim quæ vniuntur medium eſt quod vnit, & vnio. Et in Antirrhetico de Spiritu ſancto, Spiritum medium inter Patrem & Filium palam pronunciauit. Sic enim loquitur. *Spiritus ſanctus qui a Patre procedit, qui vti inde procedit, non eſt creatura, vti vero ingenitus eſt, non eſt Filius, vti vero vnigeniti genitique medius, Deus eſt*. Sed vt propoſita dubia ſoluere aggrediar a poſtremo hoc ad primum inuerſo ordine progrediar: ſic enim oratio facilius meliuſque procedet. Non ipſam ſpiritus hypoſtaſim mens vigilans Gregorius inter Patrem & Filium mediam exiſtimans, ſed opponentium diuiſionem, quæ erat, ſi Deus Spiritus eſt, aut eſt ingenitus aut genitus, qui nihil inter illos medium eſſe ſuſpicabantur refellens, ſimilia ſcribit. Et

huiuſce

huiusce rei interpres accuratissimus non alius quā hic ipse fuerit, qui anticipans aduersarium interrogauit. *Vbi enim collocabis quod procedit, dicito mihi, medium in tua diuisione exortum?* Hoc est tu quidem tuam diuisionem ita se habere suspicatus es, quasi illa omnia comprehendat, & nihil quod non in ea sit relinquatur. at in illius medio ex negatione extremorum procedens apparuit, quod non est neque ingenitum, neq; genitum. Et hac ratione medium dixit Spiritum sanctum, cum præ his ingenito nempe atque genito aliud esset, nempe procedens, quod extremorum diuisionis, vt dictum est, negatione medium existens cōtra opponens maligne supprimens, ex duobus illis vnum adnectebat necessario Spiritui, Deum illum esse, quod neutrum illorum sine controuersia existeret, dirimere forte contendens. medium autem diuisionis aduersariorum extremorum negatione, vt iam diximus, vti procedens, secundum Domini vocem apparuit. Hoc idem ipse magnus Pater similibus diuisionibus validior inquit. Ita ego de hoc sentio & hunc præsenti auctoritati intellectum exhibeo.

λαμβανούσας ἐκζητούμενος, τοῦ δὲ πάντως ἐξηγητὴς ἀκριβέστατος, οὐκ ἄλλος, ἀλλ' οὗτος αὐτός, ὃς καὶ προλαβὼν τὸν ὑπεναντίον ἐπηρώτησε. ποῦ γὰρ θήσεις τὸ ἐκπορευτόν, εἰπέ μοι, μέσον ἀναφανὲν τῆς σῆς διαιρέσεως. τουτέστι σὺ μὲν οὕτω τὴν σὴν διαίρεσιν ἔχειν ὑποπτεύσας, ὡς δύνασθαι περιλαμβάνειν τὸ πᾶν, καὶ μηδὲν παραλιμπάνειν ταύτης ἐκτός, τῆς δὲ μέσον ἐξ ἀποφάσεως τῶν ἄκρων τὸ ἐκπορευτὸν ἀναπέφανται, μήτ' ἀγέννητον ὑπάρχον, μήτε μὴν γεννητόν. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον μέσον εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἕτερον ὂν παρὰ ταῦτα, τὸ ἀγέννητον δηλαδὴ καὶ τὸ γεννητόν, ἤγουν ἐκπορευτόν, ὅπερ τῇ τῶν ἄκρων, ὡς εἴρηται, τῆς διαιρέσεως ἀποφάσει μέσον τυγχάνον ὁ ἀντιλέγων κακούργως ἀποκρυψάμενος τῶν δύο ταύτης τὸ ἓν προσῆπτεν, ἐξ ἀνάγκης τῷ πνεύματι τὸν Θεὸν εἶναι τοῦτο διὰ τὸ μηδέτερον αὐτῶν ὁμολογουμένως ὑπάρχειν, ἀναιρῆσαι τάχα φιλονεικῶν. τὸ δὲ μέσον τῆς τῶν ἀντικειμένων διαιρέσεως κατ' ἀπόφασιν, καθάπερ καὶ λέλεκται, τῶν ἄκρων ἀποληφθέν, ὡς ἐκπορευτόν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν, Θεὸς ἀναπέφηνεν. αὐτὸς ἐκεῖνος ἐν τοῦτο φησὶν ὁ μέγας Πατὴρ τῶν τοιούτων διαιρέσεων ἰσχυρότερος. οὕτως ἔχω περὶ τούτου, καὶ τοιαύτην δίδωμι τῷ παρόντι ῥητῷ τὴν ἔννοιαν. περὶ δὲ τοῦ πατέρα δόξαι μέσον εἰπεῖν ἐν οἷς αὖθις φησίν. Ἕνωσις δὲ ὁ πατὴρ ἐξ

At medium Patrem videtur dicere, cum rursus ait; *Vnio autem*

οὐ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς. πρῶτα μὲν οὐχ ὁρῶ πῶς ἐναντία λέγειν ἑαυτῷ καὶ μαχόμενα παρὰ τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνδρῶν ὁ τοσοῦτος τὴν ἀρετὴν πιστευθήσεται. νῦν μὲν τὸ πνεῦμα, νῦν δὲ τὸν πατέρα μέσον εἶναι τιθείς. οὐ γὰρ πάντως ἀληθῆ καὶ ἀμφότερα, καθὼς ἄν τινες τυχὸν ὑπολάβοιεν. Ἔπειτα τὸ μέσον τυγχάνειν τὸν πατέρα παντελῶς ἀπαράδεκτον, ὃς ἀρχὴ παρὰ πᾶσιν ἀνωμολόγηται. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τὰ ἑξῆς φάναι, τοῦτο νοεῖν οὐκ ἀξιοῦσιν. ἐπεὶ τὰ τινὸς ἔνθεν κἀκεῖθεν οὐκ ἂν τὸ παράπαν κληθεῖεν ἑξῆς, παρ' ἑκάτερα δὲ κατ' ἀλήθειαν. ἑξῆς γὰρ τὰ μετ' αὐτὸ θεωρούμενα. κἂν ἐνταῦθα τὰ ἑξῆς, ἤγουν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μετὰ τὸν πατέρα καὶ μετὰ τοῦ πατρός, τὸ μὲν ὡς ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι πλουτοῦντα, τὸ δὲ διὰ τὸ ἀχρόνως ὑπάρχειν, καὶ ταῦτα τούτῳ συνάναρχα. τούτου τοίνυν οὕτως ἀναιρεθέντος, ἕνωσις ἂν ῥηθείη κατὰ τὸν μέγαν Γρηγόριον ὁ πατήρ, ὅτι φυσικῶς ἐξ αὐτοῦ προϊόντες ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνεκφοιτήτως μένουσιν ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν ἕκαστον, ὁ μὲν ἀμέσως συνὼν τῷ οἰκείῳ γεννήτορι, τὸ δὲ δι' υἱοῦ, καθὼς ὁ λόγος πολλαχόθεν ὕστερον δηλώσει, τῷ πατρὶ συναπτόμενον. τοῦτο σημαίνων ὁ

Pater est, ex quo & ad quem referuntur, quæ subsequuntur. Primum quidem non dum capio, quanam ratione tanta virtute præditus Vir sibimetipsi contraria, & plane aduersantia, nūc quidem Spiritum nunc Patrem medium statuens, ab æquis cognitoribus asserere reputabitur. Neque enim vtraque vera esse poterunt, vti nonnulli forte opinabuntur. Præterea medium esse Patrem, prorsus nequit admitti, cum principium omnium consensu sit; illud etiam *quæ subsequuntur* additum hoc intelligere vetat. cum ea quæ sunt alicui ex vna & ex altera parte, nunquam sibi nomē, *quæ sequuntur* adsiscent, sed vere ex vtraque parte: *sequuntur* enim quæ post ipsum in considerationem veniunt. Licet hic *quæ sequuntur*, Filius nempe & Spiritus sanctus, post Patrem, & vna cum Patre, tum, quod ex eo habent, quod sint, tum quod & illa citra tempus existant, & cum illo nullum principium possideant. Hoc itaque hac ratione sublato, vnio magni Gregorij dicto vocabitur Pater, quod naturaliter ex eo progredientes Filius & Spiritus sanctus, absque vlla egressione in ipso secundum propriam existentiam immanent, Filius immediate proprio genitori adhærens, Spiritus per Filium, vt postmodum oratio multis declarabit Patri coniunctus. Hoc indicans in rebus theologicis

eximius hic Pater Oratione prima de Filio præ alijs Monarchiam stabiliens, *& ad vnum eorum, quæ ex ipso sunt, coniuncta propensio*, dixit. Et de his satis, quorum ego fortasse non malus a viris prudentibus iudicarer interpres. Reliquum est itaque & verba magni Patris Athanasij examinare, & addecentem illis, vt fieri poterit, solutionem afferre. Symbolice etenim Beatus ille ex rebus humanis, nostrisque de ijs quæ supra nos sunt locutus, cum ostendisset a dextris Patris Filium sedere, postquam dixisset, *vt datur intelligi, mandantem dixisse & suo Spiritui, sede a sinistris meis*, propterea visus est & hic medium inter Filium & Spiritum Patrẽ collocasse. Sed id a vera intelligentia quam longissimum est. Nanque a sinistris Patris Spiritum sanctum sedere, *datur intelligi* Magnus dixit, nonnullorum, quæ inde oriebatur, absurdam opinionem promens, cui ipse assensum minime præstat; imo ex illis quæ subnectit, eam vti mendacio implicitam refellens, palam clareque scripturæ auctoritate veritatem aperit: procedens siquidem in fine dicti capitis digerit. *Vti in centessimo nono Psalmo ait, Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, & cum illi sedissent,*

πολὺς τὴν Θεολογίαν οὗτος ἀνὴρ, κἂν τῷ περὶ υἱοῦ προτέρῳ λόγῳ μεθ' ὧν εἶπεν ἄλλων τὴν μοναρχίαν ἄριστα συνιστῶν. καὶ πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ σύννευσις εἴρηκε. ταῦτα κἂν τούτοις, τῶν ἴσως οὐ φαῦλος ἐγὼ κριθείην παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἑρμηνευτής. καὶ γοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν ἀπάρτι καὶ τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου πατρὸς Ἀθανασίου ῥήματα διασκέψασθαι, καὶ τὴν προσήκουσαν τούτοις, ὡς ἐνὸν, λύσιν ἐπενεγκεῖν. συμβολικῶς γὰρ ὁ μακάριος ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς διαλεχθεὶς περὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ δείξας ἐκ δεξιῶν καθῆσθαι τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. Ἐπείπερ, ἔφησεν, ὡς ἔστιν ἐπινοῆσαι, ὅτι κατ' ἐπιτροπὴν εἶπε, καὶ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, κάθου ἐξ εὐωνύμων μου. τούτου χάριν ἔδοξε καὶ ἐνταῦθα τὸν πατέρα μέσον φάναι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. τὸ δὲ τῆς ὑγιοῦς ἐννοίας πόρρω παντάπασιν. τὸ γὰρ ἐξ εὐωνύμων καθῆσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ πατρὸς, ἔστιν εἴρηκεν ὁ μέγας ἐπινοῆσαι, τὴν τινῶν ἐκφήνας ἄτοπον ἔνθεν ὑπόληψιν, οὐ μὴν καὶ συγκατατίθεται, μᾶλλον μὲν οὖν ἐξ ὧν ἐπιφέρει, καὶ ψεῦδος ταύτην ἀπελέγξας φανῶς, ἀπὸ χρήσεως γραφικῆς σαφῶς παρίστησι τὴν ἀλήθειαν. προϊὼν γὰρ πρὸς τῷ τέλει τοῦ αὐτοῦ Κεφαλαίου ταῦτα διέξεισιν, ὡς ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ **Ψαλμῷ φησίν. Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου κάθου ἐκ δεξιῶν μου. καὶ καθισάντων αὐτῶν, λέγει ἡ γραφὴ περὶ**

sent,

τὸν Χριστόν. ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, καὶ Κύριος ἐκ δεξιῶν σου. Δῆλον οὖν ὅτι τὸ πνεῦμα ἐκ δεξιῶν ἐστι. καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν Κεφαλαίων, τὸ αὐτὸ τοῦ τοιούτου Ψαλμοῦ ῥητὸν ἐξηγούμενος λέγει. τοῦ οὖν υἱοῦ πάλιν ἐκ δεξιῶν τὸ πνεῦμα. τὸ τοίνυν ἐκ δεξιῶν τοῦ μονογενοῦς εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐντεῦθεν καὶ νοεῖσθαι μέσον μάλιστα τὸν υἱὸν διὰ τῆς μιᾶς ταύτης ἀξιοπίστου γραφικῆς χρήσεως. κἀν τοῖς δυσὶ τούτοις κεφαλαίοις ἀπέδειξε. τὸ δ' ἐξ εὐωνύμων καθῆσθαι τοῦτο τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, ὅπερ ἀνάξιον ὄντως καὶ λέγειν, ὅτι μηδὲ χώραν ἔχει συνόλως ἐκεῖ τὸ λαιὸν, ἔστιν εἴπερ καὶ μόνον ἐπινοῆσαι, τὸ τῶν πολλῶν ἐντεῦθεν τάχα περίεργον αἰνιττόμενος. ἀπεκρούσατο δὲ παρακατιὼν, δι' ὧν ὑπηγόρευσεν. ἑκάτερα γὰρ ὑπάρχειν τῶν ἀδυνάτων ἔν τι καθέστηκεν. πλὴν εἰ μήπου περιττός τις ὡς τὰ πολλὰ τὴν κάτω σύνεσιν ὢν καὶ βαθέων δῆθεν ἐννοιῶν ἀναμοχλεύσας, τὸ ἐκ δεξιῶν τοῦ μονογενοῦς ἐξ εὐωνύμων εἶναι πως ἐρεῖ τοῦ πατρὸς, συμβιβάζων οὕτως ἀμφότερα τὸ δοκεῖν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲ διὰ στόματος προφέρειν καλὸν, μήτοι γε τὸ παράπαν φρονεῖν. ἐπεὶ μηδὲ περιόδους κυκλικὰς ἐκεῖσε δέον νοεῖν. ὃ δή τισι τῶν νῦν ἀρέσκει σοφῶν, ὡς φθάσαντες ἐδηλώσαμεν ἄνωθεν.

ſent, dicit ſcriptura ad Chriſtum. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, & Dominus a dextris tuis. Manifeſtum itaque eſt, Spiritum a dextris eſſe. Et in quinto Capite idem eiuſdem Pſalmi dictum explanans, inquit; *Filij itaque rurſus a dextris Spiritus.* Igitur a dextris vnigeniti Spiritus ſanctus cum ſit, inde & præcipue medium intelligi Filium, ex hac ſola Scripturæ auctoritate, in his duobus capitibus demonſtratur. At illud *a ſiniſtris Dei & Patris ſedere,* quod indignum profecto eſt, quod vel verbis exprimatur: ibi enim ſiniſtro locus omnino nullus eſt, *datur*, inquit, *facultas tantum intelligi*. Multorum inde fortaſſe curioſitatem innuens, quam procedente Oratione, ex ijs quæ pronunciauerat, retudit. Vtraque enim eſſe fieri nequit; ni quiſpiam infima hac prudentia præcellens, & profundas cogitationes ſubmouens, ex dextris vnigeniti ex ſiniſtris eſſe Patris quodammodo dicat, ſic vtraque concordans, vt ſibi videtur. Sed hoc neque ore proferre integrum fuerit, tantum abeſt vt animo teneatur, cum neque circulares periodi ibi concipiendæ ſunt, quod quibuſdam ſapientibus perplacet, vt ſupra ſignificauimus.

XXXIII. Verum Filium inter Patrem & Spiritum medium esse, pluribus iam demonstratum est. Et hoc vti ordo diuinæ naturæ congruentissimus postulat. Ordo etenim aliquis est etiam in Trinitate, quo Pater ante Vnigenitum, Vnigenitus ante Spiritum intelligitur, licet hunc quoque aduersarij conantur euertere. Dicunt enim non esse admittendum in Deo ordinem, & lingua aurea præditum sermonis sui adiutorem assumunt, qui in sua Homilia, quam ille habuit in dictum Abraami, *Pone manum tuam in femur meũ;* hisce verbis vtitur. *Dicitur enim habere Trinitas ordinẽ, non quod inordinata sit, sed quod supra ordinem sit.* Hoc itaque proponentes propriam opinionem corroborare contendunt. vti qui diuini Patris semel propositum ignorarunt, neque illis quæ non post multa verba edisserit, animum aduerterunt. Hic enim procedente Oratione dicit. *Itaque diuinas hypostases ordo discernens dignis innotescit: qui vero naturas discernit in sancta Trinitate prorsus reijcitur.* Naturas itaque discernentem ordinem in Trinitate a Sanctis rejici declarans, diuinas hypostases discernentem illis ipsis innotuisse decernit. Quibus omnino vti expurgatis sua Trinitas reuelauit, vt magni

λγʹ. Τὸ δὲ τὸν υἱὸν μέσον ὑπάρχειν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος διὰ πολλῶν ἤδη δέδεικται. καὶ τοῦτο κατὰ τάξιν τῇ θείᾳ φύσει πάντως προσήκουσαν. τάξις γάρ τις ἐστὶ κἂν τῇ Τριάδι, καθ' ἣν ὁ μὲν πατὴρ τοῦ μονογενοῦς, οὗτος δὲ προθεωρεῖται τοῦ πνεύματος. κἂν ἀναιρεῖν ἐπιχειρῶσι καὶ ταύτην οἱ ἀντιστάμενοι. φασὶ γὰρ μὴ δεῖν ἐπὶ Θεοῦ τάξιν δέχεσθαι, καὶ τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν προβάλλονται τοῦ λόγου τούτων ἐπίκουρον. ὃς ἐν μιᾷ τῶν ὁμιλιῶν αὐτοῦ, τῇ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀβραὰμ τὸ λέγον, θὲς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸν μηρόν μου, ῥητῶς οὕτω διέξεισιν. Λέγεται γὰρ ἔχειν τάξιν ἡ Τριάς, οὐχ ὡς ἄτακτος, ἀλλ' ὡς τάξιν ὑπερβαίνουσα. Τοῦτο τοίνυν οὗτοι προτείνοντες τὴν οἰκείαν δόξαν συστῆσαι σπουδάζουσιν, ἅτε τὸν τοῦ θείου πατρὸς καθάπαξ σκοπὸν ἀγνοήσαντες, μηδὲ προσχόντες τοῖς τούτῳ ῥηθεῖσι μετ' οὐ πολλά. προϊὼν καὶ γὰρ ἐπάγει αὐτός, Οὐκοῦν ἡ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων λέγει διακριτικὴ τάξις τοῖς ἀξίοις καθέστηκε γνώριμος. ἡ δὲ τῶν φύσεων διακριτικὴ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπόβλητος. Τὴν τοίνυν τῶν φύσεων διακριτικὴν τάξιν ἐπὶ τῆς Τριάδος τοῖς ἁγίοις εἶναι διαφανώσας ἀπόβλητον, τὴν τῶν θείων ὑποστάσεων διακριτικὴν καθεστηκέναι τούτοις αὐτοῖς ἀποφαίνεται γνώριμον. οἷς πάντως ἂν κεκαθαρμένοις τὰ περὶ ταύτης ἡ Τριὰς ἀ-

Theo-

πεκάλυψε κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον. ὃς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰρηνικῶν, Οὕτω φρονοῦμεν, φησὶ, καὶ οὕτως ἔχομεν, ὥστε ὅπως μὲν ἔχει πρὸς ἄλληλα ταῦτα σχέσεώς τε καὶ τάξεως, αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀποκαλύψῃ κεκαθαρμένοις, ἢ νῦν, ἢ ὕστερον. Ποῖοι δέ τινες οὗτοι, τί τε, καὶ ποῦ περὶ ταύτης διέλαβον ἕκαστος, ἐγὼ κατὰ σθένος ἐρῶ, μηδὲν ὑπερθέμενος. ἐν πρώτοις καὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιρρητικῶν πολὺν λόγον περὶ τῆς τάξεως ποιησάμενος, τάδε πρὸς ἔπος φησίν. Ἀλλὰ καὶ τάξις ἡ μὲν φυσική τις ἐστὶν, ἡ δὲ κατ᾽ ἐπιτήδευσιν. φυσικὴ μὲν ὡς ἡ τῶν κτισμάτων κατὰ τοὺς δημιουργικοὺς λόγους ταχθεῖσα, καὶ ὡς ἡ τοῦ ἀριθμοῦ θέσις, καὶ ἡ τῶν αἰτίων πρὸς τὰ αἰτιατὰ σχέσις. ἐκείνου προδιωμολογημένου τοῦ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ποιητὴν εἶναι καὶ δημιουργὸν τὸν Θεόν. ἐπιτετηδευμένη δὲ καὶ τεχνικὴ, ὡς ἡ ἐν τοῖς κατασκευάσμασι, καὶ μαθήμασι, καὶ ἀξιώμασι, καὶ ἀριθμοῖς καὶ τοῖς τοιούτοις. Τούτων τοίνυν τὸ πρότερον ἀποκρυψάμενος ὁ Εὐνόμιος, τοῦ δευτέρου εἴδους τῆς τάξεως ἐπεμνήσθη, καὶ φησὶ μὴ χρῆναι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ τάξιν, ἐπείπερ ἡ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος. ἐκεῖνο δὲ ἢ οὐ συνοῖδεν, ἢ ἑκὼν ἀπεκρύψατο. ὅτι ἐστί τι τάξεως εἶδος οὐκ ἐκ τῆς παρ᾽ ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλ᾽

Theologi Gregorij verbis vtar, qui in ſecunda Oratione de Pace ſcribit; *Ita tenemus, ita ſentimus, vt quomodo ſe habeant inter ſe hæc relatione & ordine ipſi ſoli Trinitati concedamus cognitionem, & quibus ipſa Trinitas expurgatis reuelabit aut nunc, aut poſtmodum.* Quinam vero hi ſunt, & quid, & quo in loco de hoc vnuſquiſque pertractauit, ego pro viribus eloquar nulla interpoſita mora. Primus magnus Baſilius primo aduerſus Eunomium Antirrhetico longo ſermone de ordine vſus, hæc ipſiſſimis verbis exponit. *Sed ordo alter naturalis eſt, alter artificioſus. Naturalis qui creaturarum iuxta creandi rationes diſpoſitus eſt, & poſitio numeri & cauſarum ad effectus relatio, ante omnia cum illud in confeſſis ſit, ipſius naturæ Deum & creatorem & opificem eſſe. Artificioſus vero, & induſtria hominum excogitatus, qui in ſtructuris & diſciplinis, & dignitatibus, & numero, & ſimilibus. Horum primum occultans Eunomius, ſecundæ ſpeciei ordinis mentionem fecit, aitque non eſſe opus aſſerere ordinem in Deo, cum ordo ordinante poſterior ſit. Illud autem vel non animaduertit, vel volens prudenſque occultauit, eſſe genus aliquod ordinis, non noſtra induſtria conſtitutum, ſed ſecundum*

natur æ

αὐτῇ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον, ὡς τῷ πυρὶ πρὸς τὸ φῶς ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ. ἐν τούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν, δεύτερον δὲ τὸ ἀπ' αὐτοῦ, οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον. Πῶς οὖν εὔλογον ἀφαιρεῖσθαι τὴν τάξιν, ἐφ' ὧν ἐστι πρότερον καὶ δεύτερον οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν θέσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐνυπαρχούσης ἀκολουθείας; τίνος οὖν ἕνεκεν ἀθετεῖ τὴν τάξιν ἐπὶ Θεοῦ λαμβάνεσθαι; ἡγεῖται εἰ ἐπιδείξειε μηδαμῶς ἄλλως τὸ πρότερον ἐπὶ Θεοῦ νοεῖσθαι, λειπόμενον ἕξειν κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν τὴν ὑπεροχὴν ἐπιδείκνυσθαι. Ἡμεῖς δὲ κατὰ μὲν τὴν τῶν αἰτίων πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν σχέσιν προτετάχθαι τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα φαμέν. κατὰ δὲ τὴν τῆς φύσεως διαφορὰν, οὐκέτι, οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ χρόνου ὑπεροχήν. ἢ οὕτω γε καὶ αὐτὸ τὸ, πατέρα εἶναι τὸν Θεὸν ἀθετήσομεν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλοτριότητος τὴν φυσικὴν συνάφειαν ἀθετούσης καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιρρητικῶν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τῶν αὐτῶν ἀντιρρητικῶν. Τίς γὰρ ἀνάγκη φησὶν εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει. ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. φύσει δὲ τρίτῃ κεχρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάγμεθα γραφῶν, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων

naturæ seriem contingens veluti ignis ad lumen, quod ex eo est. In his etenim prius causam dicimus, posterius quod ab eo est, non interuallo ea ab inuicem dirimentes, sed ante effectum causam intelligentes; Quomodo itaque rationi consentaneum fuerit, ordinem denegare, in quibus est prius & posterius, non nostra industria sed ex naturali in ipsis existente consecutione. Qua ergo de causa ordinem assumere in Deo respuit? Opinatur si ostenderit, nequaquam aliter prius in Deo intelligi, reliquum se habiturum, in ipsa scilicet substantia eminentiam demonstrari. Nos vero secundum causarum ad ea, quæ ex ipsis sunt, relationem præponi Filio Patrem fatemur, naturæ vero diuersitate nullo modo, neque secundum tempus exuperantiam. Sic enim & Patrem esse Deum reijceremus, cum essentialis diuersitas naturalem coniunctionem respuat. Et hæc quidem in primo aduersus Eunomium Antirrhetico, in tertio vero; *Quæ enim necessitas est, si dignitate & ordine tertius est Spiritus, tertium quoque esse eundem natura. Dignitate enim secundum esse a Filio, tradit pietatis ratio, sed natura tertia uti, neque a sanctis literis edocemur, neque ex his, quæ dicta sunt, recta ducta sequela possumus demonstrare. Quemad-*

modum

κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίζεσθαι. ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τῇ τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρὸς, ὅτι ἀπ᾽ ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τὸ εἶναι πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι᾽ αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία, οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν Γρηγόριον τὸν Νύσσης ἐπιστολῇ τάδε φησίν. Ὁ τὸ πνεῦμα νοήσας, αὐτό τε ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ἐνόησε, καὶ τὸν υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο, ὁ δὲ τοῦτο λαβὼν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα οὐ κατεμέρισεν, ἀλλ᾽ ἀκολούθως μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν κατὰ ταυτὸν συγκεκραμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο. καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον Κεφαλαίων. Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, οὕτω πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ Βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ λόγου σύνταξιν, εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ δηλονότι. τούτων τὰ μὲν ἀντιλέγων τὰ δὲ καὶ διδάσκων Βασίλειος ὁ μέγας ἡ τῆς ἀληθείας εὔσημος σάλπιγξ ἐφθέγξατο. διαλαμβάνων δὲ πά-

modum enim Filius ordine quidem ſecundus eſt a Patre, quoniam ex illo & dignitate, quod principium & cauſa Pater illius eſt. Et quod per ipſum acceſſus & adductio ad Deum & Patrem, natura vero neutiquam ſecundus, quod Deitas in vtroque vna: ita videlicet & Spiritus ſanctus, etſi ordine Filio inferior eſt, & dignitate, nunquam tamen rite dicemus, ſequi eum alterius eſſe naturæ, Idem Epiſtola ad proprium fratrem Gregorium Nyſſenum hæc habet. *Qui Spiritum intellexit, ipſum in ſeipſo intellexit, & Filium ſimul ea intelligentia complexus eſt, qui vero hunc acceperit, Filium a Patre non diuiſit, ſed iuxta ordinem quidem perſonarum conſequenter iuxta vero naturam coniunctim trium perſonarum fidem eadem ratione contemperatam in ſeipſo expreſſit*. Et in decimo ſeptimo capite ad Amphilochiũ; *Quemadmodum ergo ſe habet Filius ad Patrem, ita ſe habet Spiritus ad Filium ſecundum ſermonis conſtructionem in Baptiſmo traditam. Quodſi Spiritus eodem atque Filius ordine collocatur; Filius autem eodem atque Pater & Spiritus, & Pater dumtaxat.*

Horum partim quidem contradicens, partim docens magnus Baſilius veritatis ſonora tuba faſſus eſt. Alio quoque loco de ordine diſputans, illum non admittentes vehementiſſime accuſat.

accusat. Nanque ad Canonicas Epistola scribit; *Spiritus sanctus Patri & Filio connumeratur, quod supra omnem creaturam consistit, locum vero occupat, quemadmodum nos docet in Euangelio Dominus dicens, Euntes baptizate in nomine Patris, & Filij & Spiritus-sancti. Qui præposuerit illum Filio, vel Patre dixerit antiquiorem esse, resistit iste Dei ordinationi, & a sana fide alienus aberrat, dum non inuiolatum conseruat illum ordinem glorificationis, quem accepit traditum, sed vt placere possit hominibus, verborum sibi adinuenit nouitates.* Et paucis additis. *Vsque adeo hæc de ordine innouatio ipsius subsistentiæ anihilationem, & fidei totius abnegationem habet. Aeque ergo impium est, & ad creaturas Spiritum deducere, & superiorem Patre & Filio statuere, siue sit secundum tempus, siue ratione ordinis superioritas illa.* Et Epistola ad Eustathium hæc habet. *Fugiendos esse, qui seriem nobis a Domino traditam inuertentes, vti manifesto pietatis oppugnatores, dum Filium Patri, præponunt, & Spiritum sanctum Filio.* Hæc de ordine in Trinitate magnus in rebus diuinis Basilius, quorum potior pars horrorem ac terrorem incusserit sibi bene conscijs animis.

λιν περὶ τῆς τάξεως ἀλλαχοῦ, βαρέως τῶν ἀθετούντων αὐτὴν καταφέρεται. καὶ γὰρ ἐν μὲν τῇ πρὸς τὰς Κανονικὰς Ἐπιστολῇ, Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει πατρὶ μὲν καὶ υἱῷ συναριθμεῖται, διότι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστί. τέτακται δὲ, ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ δεδιδάγμεθα παρὰ τοῦ Κυρίου εἰπόντος, πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ δὲ προτιθεὶς τοῦ υἱοῦ, ἢ πρεσβύτερον λέγων πατρὸς, οὗτος ἀνθίσταται μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ, ἀλλότριος δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, μὴ ὃν παρέλαβε τρόπον δοξολογίας φυλάττων, ἀλλ' ἑαυτῷ καινοφωνίας εἰς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ἐπινοῶν. καὶ μετὰ βραχέα. Ὥστε ἡ περὶ τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει. καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἐστὶν ἄρνησις. ὁμοίως οὖν ἐστὶν ἀσεβὲς καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν, καὶ ὑπερτιθέναι αὐτὸ ἢ υἱοῦ ἢ πατρὸς, ἢ κατὰ χρόνον, ἢ κατὰ τὴν τάξιν. ἐν δὲ τῇ πρὸς Εὐστάθιον Ἐπιστολῇ τάδε φησίν. Ὅτι φεύγειν δεῖ καὶ τοὺς τὴν ἀκολουθίαν, ἣν παραδέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος, ἐναμείβοντας, ὡς φανερῶς μαχομένους τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ υἱὸν προτάσσοντας τοῦ πατρὸς, υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προτιθέντας. Τοσαῦτα περὶ τῆς ἐν Τριάδι τάξεως ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος, καὶ οὕτω τὰ πλείω γέμοντα ταῖς δυσσυνειδήτοις ψυχαῖς φρίκης καὶ φοβερότητος.

Quodsi

λδʹ. Εἰ δὲ λέγουσι τῶν αὐθεστηκότων τινὲς διὰ τοῦτο τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς αὐτῶν λόγοις ἀδεῶς μεταλλάττοντας ταῦτα πάντα τὸν μέγαν εἰπεῖν. ὅτι τῶν πρός τι πατὴρ καὶ υἱὸς, καὶ χρὴ διὰ τοῦτο συντάττεσθαι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν ἀπαρίθμησιν τὸν υἱόν. ἐπεὶ καθ' ἕτερον λόγον οὐδὲν τὸ κωλῦον συγκαταλέγειν εὐθὺς τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τοῦτο γὰρ ἔνιοι τῶν τὰ πάντα θρασέων οὐκ ὤκνησαν ἀπερεύξασθαι κατὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα καὶ μόνον σχέσιν οἰόμενοι συνδυάζεσθαι παραυτὰ τὸν υἱόν, οὐ μὴν δὲ κατὰ τὴν ὕπαρξιν. κατ' αὐτὴν γὰρ ὡσαύτως εἶναι βούλονται τόν τε λόγον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσην ταύτην ἔχοντα παρὰ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο παριστῶσι τυχὸν ἐκ τοῦ τὸν Θεολόγον εἰρηκέναι Γρηγόριον εἰς τὸν περὶ τοῦ Βαπτίσματος λόγον. Θέλω τὸν πατέρα μείζω εἰπεῖν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἴσοις εἶναι τοῖς ἴσοις ἐστὶ καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο γὰρ παρὰ πάντων δοθήσεται. καὶ δέδοικα τὴν ἀρχὴν μὴ ἐλαττόνων ἀρχὴν ποιήσω, καὶ καθυβρίσω διὰ τῆς προτιμήσεως. ἐξ ὧν διὰ τὴν ὁμοτιμίαν ἐπίσης προϊέναι καὶ ἄμφω φρονοῦσιν ἐκ τοῦ πατρός. εἰ ταῦτα λέγουσι πρὸς φανερὰν ἀλήθειαν ἀναίδην ἀπαυθαδιαζόμενοι, καὶ τούτοις ἀνερυθριάστως ὡς ἰσχυροῖς ἅμμασι τὸν λόγον τοῦ πρόσω κατέχουσιν, ἐντρέψει μὲν αὐτοὺς κατ' ἀρχὰς τὸ τὸν μέγαν λέγειν

XXXIV. Quod si ex aduersarijs non nemo dixerit, ob eos qui nominum positionem in suis sermonibus immutant, hæc omnia magnum illum virum enunciasse, quod ex ijs quæ ad aliud sunt Pater & Filius, propterea que collocandum esse cum Patre Filium in enumeratione. cum alia ratione nihil impediat, statim post Patrem Spiritum sanctum collocare, quod nonnulli, qui omnia audent, non veriti sunt effutire, secundum solam relationem ad Patrem. existimantes illico subinferri Filium; non vero secundum existentiam, nanq; secundum illam paria esse contendūt Verbum & Spiritum sanctum, quæ æqualiter eam habent a Patre. Et fortasse confirmant verbis Gregorij Theologi ex Oratione in sacrum Baptisma; *Mihi in animo est Patrem maiorem dicere, ex quo est & æquales esse, qui sunt æquales, & quod sint. Hoc enim ab omnibus concedetur, & metuo ne principium inferiorum principium faciam, & per prælationem iniuriam afferam illis, quæ propter æqualem honorem æqualiter a Patre progrediuntur.* Si hæc dicunt, erga veritatem apertam temere insolescunt, & hisce inuerecunde veluti robustis vinculis orationis cursum impedire conantur, sed primum quidem eos

confundent magni Basilij verba, qui vocauit *de ordine innouationem ipsius existentiæ anihilationem, & fidei totius abnegationem*. Quomodo enim de ordine innouatio existentiæ anihilatio fuerit, si non secundũ existentiam ordo est? Postmodum confundet, quod omnes sciunt Euangelij mystam & mystagogum illa Christi retulisse. *Ego & Pater vnum sumus*, & iterum, *Ego & Pater vna veniemus & mansionem apud eum faciemus*, cuius ex Euangelio voces cũ audisset præco Christi mei os magnus Paulus Apostolus, clamat & ipse sonora voce, *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis*. Et alio loco, *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus; & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus*: ibi quidem ante Patrem collocans Filium, hic ante Patrem & Filium, Spiritum sanctum, & rursus ante Patrem Filium. Et Dei parens Dauid & Rex, *Quo vadam a Spiritu tuo? & a facie tua quo fugiam?* Facies autem Patris Filius est. *Qui enim vidit me*, inquit, *vidit & Patrem meũ*. Quod paulo post oratio clarius demonstrabit. Hæc cũ ita

Βασιλείου, ὡς ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεως ἐστὶν ἄρνησις. πῶς γὰρ τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησις τὸ τὴν τάξιν καινοτομεῖν, εἰ μὴ κατὰ τὴν ὕπαρξιν ἡ τάξις ἐστίν. ἐντρέψει δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τὸ πάντας ἐπίστασθαι τοῦτον τοῦ Εὐαγγελίου μύστην τε καὶ μυσταγωγόν, οὗ κῆρυξ τὸ τοῦ Χριστοῦ μου στόμα, Παῦλος ὁ μέγας Ἀπόστολος, ὃς παρ' αὐτοῦ διὰ τῆς ἐν Εὐαγγελίοις ταύτης φωνῆς, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, ἀκροασάμενος, ἕν ἐσμεν. καὶ πάλιν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν, βοᾷ καὶ αὐτὸς διαπρύσιον. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ἡμῶν. καὶ ἀλλαχοῦ, διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα. καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσὶν, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος, καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. ἐκεῖ μὲν προτάττων τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, ἐνταῦθα δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ προτιθεὶς, καὶ τὸν υἱὸν δὲ πάλιν αὐτὸν τοῦ πατρὸς. καὶ Δαυὶδ ὁ θεοπάτωρ καὶ βασιλεύς. Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω. πρόσωπον δὲ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. ὁ ἑωρακὼς γὰρ ἐμέ φησιν, ἑώρακε τὸν πατέρα μου. τὸ δὲ μικρὸν ὕστερον ὁ λόγος ἀποδείξει φανότερον. τούτων οὕτω τοῖς

πᾶσι γινωσκομένων, πόθεν ἂν ἔχοι τὴν κατὰ τὴν ἀπαρίθμησιν τάξιν ἐναλλαγὴν τῶν ὀνομάτων κακίζειν, ἀσέβειάν τε ταύτην ἀποκαλεῖν, καὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως ἀλλοτρίωσιν ὁ τὴν κατὰ Χριστὸν παιδείαν ἐπέκεινα πάντων μαθητευθεὶς, καὶ ταύτην ἀκριβῶς ἐξασκήσας, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις γενέσθαι διδάσκαλος, ὁ μηδὲν τῆς Εὐαγγελικῆς πυκτίδος, καὶ τῶν σεπτῶν ἐπιστολῶν Παύλου τοῦ θεοκήρυκος παρὰ πάντα τὸν βίον προτιμότερον ἡγησάμενος. τῶν δὲ Δαυιτικῶν Ψαλμῶν τὸ βάθος ἐξιχνιάσας οὐκ ἀπεικὸς ὡς ἄριστα διερμηνεῦσαι καὶ τὰ τέως τούτων δοκοῦντα δυσέφικτα τοῖς πολλοῖς. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἂν φαίην ποτὲ, καὶ τῶν λεγόντων ὅτι τινές εἰσι παραφροσύνην καταγινώσκω πολλὴν, ἐπεὶ τῶν δύο τούτων ἕν γέ τι πάντως συνάγουσιν, ἢ τὸ μὴ ταῖς θείαις ταύταις τὸν μέγαν ἐντετυχηκέναι φωναῖς, ὅπερ ἀδύνατον, οὐ γὰρ ἂν τὸν τοσοῦτον περὶ τὴν τῶν ἱερῶν λογίων ἐξέτασιν αἱ καθ᾽ ἑκάστην σχεδὸν ἐπ᾽ Ἐκκλησίας εἰς κοινὴν ἀκρόασιν ἀναγινωσκόμεναι ῥήσεις διέλαθον, ἢ τὸ κατὰ γνώμην τὴν ἐναντίαν τούτοις βαδίζειν αὐτόν. καὶ ποῦ τοῦτο Χριστιανικῆς καταστάσεως; τὰ γὰρ τῆς ὕβρεως ὅποι ἐνταῦθα καὶ διαβαίνει, παρίημι σὺν πάντας σκοπεῖν. ἀλλ᾽ οὐδὲν τούτων οὐδὲ ἐννοῆσαι χρεὼν, μή τί γε τῶν χειλέων προενεγκεῖν, ὅτι τὸ μὲν ἀναισχυντίας γέμει συχνῆς, τὸ δὲ δυσφημίας πάσης

ita decreta sint ab omnibus, vndenam in ordine, qui est secundum enumerationem, nominum immutationẽ improbare potuit, impietatemq; eam nuncupare, & sanæ fidei alienationẽ, qui secundũ Christum doctrinã supra alios edoctus eam adeo exquisite exercuit, vt alijs etiam doctor euaserit, & qui libro Euangelico, & Pauli diuini præconis sacris Epistolis cum viueret, nihil habuit pretiosius, Dauidicorum vero Psalmorum profunda expiscatus, non abiecte sed omniũ optime, quæ eatenus multis captu difficilia erant, interpretatus est. Ego itaque nunquam id assererem, & asserentes ingentis dementiæ insimularem. cum ex duobus alterum omnino colligant; aut magnum hunc virum in has voces non incidisse, quod fieri nequit, neque enim hunc in sacris eloquis examinandis talem tantumque, quæ fere singulis diebus in Ecclesia in communẽ omnium audientiam legebantur latuissent: aut contraria sentientem via atque illi alia inambulare. Et quomodo id fuerit Christianæ constitutionis? Nam iniuria sic prolata quonam procedat, omnibus considerandum relinquo. Sed nec mente quidem concipere, tantum abest, vt labijs professi fas sit, quod hoc qui-

dem impudentiæ summæ est, illud conuitij infamiæque plenum. Quare diuinarum harum vocum probe gnarus, & earum sententiam pulchre callens magnus Basilius, easq; vti par est, tanquam bene dictatas amplectens excipiensque, non immutationem, quæ nominum enumeratione, sed secundum existentiam fit, transpositionem criminatur. Veruntamen secundum Gregorium Theologum honorem æqualem Filij & Spiritus vtrorumque existentiam æque se habere, non cogere, vt inde neque ordo ratione illius in his penitus nullus sit, ex prælaudata Patris auctoritate omnibus manifestum remanet. *Metuo ne principium inferiorum principium faciam*, his manifeste indicans æquale prorsus esse principium etiam illis, qui ex ipso sunt, & principale ab æqualitate non dirimi, quæ, vt cum eodem loquar, æqualem honorem naturæ, & sententiæ conspirationem, & motionis conformitatem commonstrat. De hoc eodem iterum in secunda Oratione de pace diuiniloquus iste clarius his verbis prosequitur. *Trinitas vere Trinitas, fratres, Trinitas non inæqualium rerum enumeratio, sed parium & ex æquo honorem possidentium comprehensio*, quibus erga Patrem Filij & Spiritus paritatem confirmat: sed quemadmodum

ἀνάπλεων, ὥστε καὶ τῶν τοιούτων θείων φωνῶν ἐν γνώσει τυγχάνων, ἄκρως τε τούτων ἐπιλημμένος ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ταύτας στέργων δεόντως, ἅτε καλῶς ἐχούσας, καὶ προσαποδεχόμενος, οὐ τὴν κατὰ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγήν, τὴν δὲ καθ' ὕπαρξιν αἰτιᾶται τούτων μετάθεσιν. ὅτι δὲ καὶ τὸ κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον ἰσότιμον τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, οὔτι που τὴν ὕπαρξιν ὡσαύτως ἔχειν καταναγκάζει τούτων ἀμφοῖν, ὡς ἐντεῦθεν μηδὲ τάξιν κατ' αὐτὴν ἐν τούτοις ὅλως τελεῖν αὐτόθεν ἐκ τῆς προσεκτεθείσης λέγω πατρικῆς ταύτης χρήσεως καταφανὲς τοῖς ὁπωσοῦν ἐφιστάνουσιν. δέδοικα γάρ φησιν ὁ μέγας τὴν ἀρχὴν μὴ ἐλαττόνων ἀρχὴν ποιήσω, δηλῶν ἐκ τούτου σαφῶς, ὡς ἴση καὶ ἡ ἀρχὴ τοῖς ἐξ αὐτῆς πάντως ἐστί, καὶ τὸ ἀρχικὸν οὐκ ἀναιρεῖται πρὸς τῆς ἰσότητος, ἥτις κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον εἰπεῖν ὁμοτιμίαν φύσεως, καὶ γνώμης σύμπνοιαν, καὶ ταυτότητα κινήσεως δείκνυσι. Περὶ τούτου πάλιν ἐν δευτέρῳ τῶν Εἰρηνικῶν σαφέστερον ὁ θεηγόρος οὕτω διέξεισι, Τριάς, λέγων, ὡς ἀληθῶς ἡ Τριάς, ἀδελφοί. Τριὰς δὲ οὐ πραγμάτων ἀνίσων ἀπαρίθμησις, ἀλλ' ἴσων καὶ ὁμοτίμων σύλληψις, ἐξ ὧν τὴν πρὸς τὸν πατέρα παρίστησιν ἰσότητα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ταύτης

hisce

ἡ πατρικὴ τάξις οὐ παραβλάπτεται, τοῦ πατρὸς καὶ οὕτως ὄντος ἀρχῆς, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἡ τούτων ἰσότης τὴν ἐν αὐτοῖς οὐδόλως τάξιν λυμαίνεται. ταύτην μὲν οὖν τὴν τάξιν ἐν τῇ Τριάδι τηρεῖν τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐστὶν, ἣν καὶ ὁ μέγας εἰδὼς Ἀθανάσιος ἐν μὲν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τρίτῳ λόγῳ φησίν. Οὐ τὸ πνεῦμα συνάπτει τὸν λόγον τῷ πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ λόγου τοῦτο λαμβάνει. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ λόγος ἐστὶν ἐν τῷ πατρὶ, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ λόγου δίδοται, θέλει λαβεῖν ἡμᾶς τὸ πνεῦμα, ἵν' ὅταν ἐκεῖνο λάβωμεν, τότε ἔχοντες τὸ πνεῦμα τοῦ λόγου ὄντος ἐν τῷ πατρὶ, δόξωμεν καὶ ἡμεῖς διὰ τὸ πνεῦμα ἓν γίνεσθαι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ πατρί. Καὶ βραχὺ προϊών, Οὕτως ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ ἐσόμεθα, καὶ νομισθησόμεθα ἓν γεγενῆσθαι, διὰ τὸ ἐν ἡμῖν εἶναι τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι ἐν τῷ πατρί. ἐν δὲ μιᾷ τῶν πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιστολῶν. Καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ λόγου ἑνότητα οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γενητῶν αὐτὸν τὸν υἱὸν, διατί τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, κτίσμα λέγουσιν; καὶ ἠγνόησαν ὅτι ὥσπερ μὴ διαιροῦντες τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς σώζουσι τὸ ἕνα Θεὸν εἶναι, οὕτω διαιροῦντες τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα, οὐκέτι

hisce paternus ordo nõ læditur, cum hac etiam ratione Pater principium sit, sic & in Filio & Spiritu horum æqualitas ordinem, qui in illis est, minime dirimit. Hunc itaque ordinem in Triade conseruare maxime necessarium est, quem & magnus Athanasius perbelle callens Oratione tertia contra Arianos scribit. *Non Spiritus coniungit Verbum Patri, sed potius id Spiritus a Verbo accipit.* Et post pauca. *Cum enim Verbum sit in Patre, Spiritus vero a Verbo datur, vult accipere nos Spiritum, vt cum illum accepimus, tum habentes Spiritum Verbi, quod in Patre est, videamur & nos propter Spiritum vnum fieri in Verbo, & per illud in Patre.* Et paulo post. *Sic in Filio & in Patre erimus, & reputabimur vnum, propterea quod in nobis Spiritus est, qui est in Verbo, quod est in Patre.* Et in vna ex Epistolis ad Serapionem de Spiritu sancto. *Etenim si propter Verbi cum Patre vnionem, nolunt esse ex rebus creatis ipsum Filium, quapropter Spiritum sanctum eandem cum Filio vnionem possidentem, quam ille habet cum Patre, creaturam nuncupant? Et plane ignorant, quemadmodum cum non diuidunt Filium a Patre conseruant esse vnum Deum, sic cum diuidunt a Verbo Spiritum, non amplius vnam deitatem*

in

in Trinitate conseruare. Et multis annexis. *In Christo erat Spiritus, vti Filius in Patre*. Et iterum. *Sancta & beata Trinitas indiuisa, & in seipsa vnita est, & pronunciato Patre, adest etiam illius Verbum, & in Filio Spiritus. Si vero Filius appellatur, in Filio Pater est, & Spiritus non est extra Verbum*. Et rursus in alia ad hunc eundem Epistola. *Cum Spiritus participes sumus, habemus etiam Verbi gratiam, & in ipso Patris amorem*. Concordant cum his diuini Basilij verba. Nanque in vno suorum Capitum dicit, *In ijsdem diuinis operibus Trinitatem glorificari, vnius deitatis indicium est, cum non absque Filio Pater operatur, neque Filius absque Spiritu*. Et in alio eorundem Capitum. *Et non defuit vnquam Filius Patri, neque Filio Spiritus*. Id idem tradit Gregorius Theologus Oratione in Pentecostem, & sapiens Ioannes Damascenus hunc secutus postmodum, hic quidem Capite de Spiritu. *Et non defuit vnquam Patri Verbum, neque Verbo Spiritus*. Mens vero Theologiæ absolutissima, vnde & sibi nomen vindicauit; *Neque enim addecebat deesse vnquam aut Filium Patri, aut Spiritum Filio*. Et paucis additis, *Omnia quæ habet Pater Filij sunt, præterquam quod genitus non est, omnia quæ*

μίαν τὴν ἐν Τριάδι θεότητα σώζουσι. Καὶ μετὰ πολλά, Ἐν Χριστῷ ἦν τὸ πνεῦμα ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. καὶ πάλιν. Ἡ μὲν ἁγία καὶ μακαρία Τριὰς ἀδιαίρετος καὶ ἡνωμένη πρὸς ἑαυτήν ἐστι. καὶ λεγομένου τοῦ πατρὸς πρόσεστι καὶ ὁ τούτου λόγος, καὶ ἐν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα. ἐὰν δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὀνομάζηται, ἐν τῷ υἱῷ ἐστιν ὁ πατήρ, καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τοῦ λόγου. καὶ αὖθις ἐν ἑτέρᾳ τῶν πρὸς αὐτὸν τοῦτον ἐπιστολῶν. Τοῦ γὰρ πνεύματος μετέχοντες, ἔχομεν τὴν τοῦ λόγου χάριν, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ πατρὸς ἀγάπην. Συνᾴδει τούτοις καὶ ὁ θεῖος ὑφηγητὴς Βασίλειος, ἐν ἑνὶ μὲν γὰρ τῶν αὐτοῦ Κεφαλαίων, Τὸ δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν θεϊκῶν ἔργων, φησί, τὴν Τριάδα δοξάζεσθαι, τῆς μιᾶς θεότητος μαρτύριον, ὅτι μήτε χωρὶς υἱοῦ ποιεῖ πατήρ, μήτε υἱὸς χωρὶς πνεύματος. ἐν ἄλλῳ δὲ τῶν αὐτῶν Κεφαλαίων. Καὶ οὐκ ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς πατρί, οὐδὲ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Γρηγόριος εἴρηκεν ὁ Θεολόγος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν Πεντηκοστήν, καὶ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ σοφὸς Ἰωάννης τούτοις ἀκολουθήσας μεθύστερον ἐν τῷ περὶ πνεύματος. ἔστι μὲν καὶ οὐκ ἐνέλιπέ ποτε τῷ πατρὶ λόγος, οὐδὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα. τῆς Θεολογίας ὁ ἀκριβέστατος νοῦς, ὁ καὶ ταύτην ἐπωνυμίαν κτησάμενος. Οὐδὲ γὰρ ἔπρεπεν ἐλλείπειν ποτὲ ἢ υἱὸν πατρί, ἢ πνεῦμα υἱῷ. Καὶ μετ' ὀλίγα. Πάντα ὅσα ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ πλὴν ἀ-

Filius

γεννησίας, πάντα ὅσα ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, πλὴν γεννήσεως. ὁ αὐτὸς ἐν μὲν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιταφίῳ. Μίαν μὲν δόξαν πατρὸς γινώσκομεν τὴν ὁμοτιμίαν τοῦ μονογενοῦς, μίαν δὲ υἱοῦ τὴν τοῦ πνεύματος. ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀρειανοὺς καὶ εἰς ἑαυτόν. Οὐκ ἀνέχεται πατὴρ υἱὸν ζημιούμενος, οὐδὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τούτων τί τις ἂν ἐπιζητοίη πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου λόγου φανέρωσιν, ὅτι κἂν τῇ Τριάδι τάξις ἐστὶν, ἐκδηλότερον.

λε'. Ἀλλ' ἵνα τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ τὰς κλήσεις, ὧν ἀλλήλοις κοινωνοῦσιν, ὅ τε υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ μὲν ἀναφορικῶς πρὸς τὸν πατέρα ταύτας ὀνομαζόμενος, τὸ δὲ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν, πρὸς ταύταις καὶ τὰ ἄλλα πάντα δι' ὧν κηρύττεται, καὶ μᾶλλον ἡ ἐν Τριάδι τάξις λαμπρότερον ἐνθάδε προσθήσομεν. εἰκὼν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, εἰκὼν καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς ὁ Νύσσης Γρηγόριος τὸν τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου βίον εἰς ζῆλον ἀρετῆς ἀφηγούμενος ἐν τῇ πρὸς τοῦτον ἀποκαλυφθείσῃ μυσταγωγίᾳ παρὰ τοῦ πρώτως ἐν τοῖς αὐτόπταις τοῦ λόγου θεολογήσαντος, αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην παρείστησιν ἐκδιδάσκοντα. λέγει γὰρ ἐκεῖσε πρὸς ἔπος οὕτω φανότατα. καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ διὰ υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. εἰκὼν τοῦ υἱοῦ, τε-

Filius Spiritus sunt, præterquam quod genitus non est. Hic idem tum in Oratione funebri in magnum Basilium. *Vnam quidem gloriam Patris cognoscimus, æqualem honorem vnigeniti, vnam vero Filij, quæ Spiritus est*. Tum Oratione ad Arianos & in seipsum. *Non sustinet Pater Filio spoliari, neq; Filius Spiritu sancto.* His an aliud quispiam ad propositi nostri declarationem, in Trinitate nempe ordinem esse, conquisiuerit manifestius?

XXXV. Sed vt etiam appellationes, quibus inter sese mutuo communicant Filius & Spiritus sanctus, ille quidem, cum refertur ad Patrem, eas sibi vindicans, Spiritus vero cum refertur ad Filium, & præter has reliqua omnia, per quæ præcipue clariusque in Trinitate ordo prædicatur, hoc in loco apponemus. *Imago* Filius est Patris, imago etiam Filij Spiritus sanctus, vt Nyssenus Gregorius Gregorij Thaumaturgi res gestas ad excitandum ad virtutes animum enarrans, in reuelatione Fidei ad hunc ipsum, primo inter eos qui Verbum viderant, dictante, illum ipsum Euangelistam Ioannem docentem introducit. Fatetur enim ibi hæc ad verbum apertissime; *Et vnus Spiritus sanctus ex Deo existentiam habens, & per Filium apparens, hominibus scilicet, imago Filij perfecti*

perfecti perfecta. Præterea diuinus Athanasius ad Serapionem Episcopum Epistola id confirmat. Vsurpat enim hæc ipsissima verba; *Imago Filij dicitur & est Spiritus*. Et testimonium statim ex Apostolo petitum addit, *Quos enim*, ait, *præcognouit, hos & prædestinauit conformes imaginis Filij illius*, Sed quid imago sit Gregorius Theologus Oratione secunda de Filio his verbis apertissime declarat, componitque. *Imago vero Patris Filius, tanquam qui illi consubstantialis est, & quod hoc inde est, non ex eo Pater*. Hæc enim imaginis natura est, immitationem esse Archetypi. Et vbi dicitur rursus *forma* Patris Filius, forma & Filij Spiritus sanctus asseritur. De hoc etiam tractat magnus Doctor Athanasius ad Serapionem Episcopum Epistola. *Quod si Spiritus bonus odor & forma Filij est, plane manifestum remanet, Spiritum creaturam non esse, cum & Filius in forma Dei existens creatura non est*. *Facies* rursus Patris Filius, facies etiam Filij Spiritus sanctus. Sed faciem esse siue vultum Patris Filium pluribus in locis inculcat Cyrillus. In Expositione Euangelij secundum Ioannem ad illa verba, *Erat lux vera. Plane facies Dei & Patris, hoc est Filius, elargitur creaturæ illu-*

mina-

λείου τέλεια. καὶ μὴν καὶ ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα τὸν Ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ βεβαιοῖ. διέξεισι γὰρ καὶ αὐτὰ ταῦτα ῥητῶς. Εἰκὼν τοῦ υἱοῦ λέγεται καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα. καὶ μαρτυρίαν ἐπάγει παραθεὶς Ἀποστολικὴν, οὓς γάρ φησι προέγνω, τούτους καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Τί δέ ἐστιν εἰκὼν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ Λόγῳ διερμηνεύει σαφηνίζων οὕτω καὶ συντιθείς. εἰκὼν δὲ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ὡς ὁμοούσιον, καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου πατήρ. αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται. πάλιν. μορφὴ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, μορφὴ καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ τούτου διαλαμβάνει κατὰ τὴν πρὸς Σεραπίωνα τὸν Ἐπίσκοπον ἐπιστολὴν ὁ μέγας διδάσκαλος Ἀθανάσιος. Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα λέγων εὐωδία καὶ μορφὴ τοῦ υἱοῦ ἐστιν, εὔδηλον, ὡς οὐκ ἂν εἴη τὸ πνεῦμα κτίσμα. ἐπειδὴ καὶ ὁ υἱὸς ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐκ ἔστι κτίσμα. πρόσωπον αὖθις τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, πρόσωπον καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ' ὅτι μὲν πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ὁ θεσπέσιος πολλαχοῦ διέξεισι Κύριλλος. ἐν μὲν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου τῇ εἰς τὸ ῥητὸν τό, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Ἀμέλει τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, τουτέστιν ὁ υἱὸς χορηγεῖ τῇ κτίσει τὸν φωτισμόν. ὁμοίως καὶ εἰς τό, ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶ-

σιν τὴν ἀποκαλυπτομένην. πρόσωπον γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν υἱὸν εἶναί φησιν. ὅπερ ἐστὶ πάλιν ὁ χαρακτήρ, φῶς δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ἐπὶ τὴν κτίσιν διήκουσαν χάριν. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Ἐπειδὴ δὲ ὁμολογουμένως πρόσωπόν ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ υἱός, εἴη δήπου πάντως αὐτός, καὶ ὁ χαρακτὴρ ἐν ᾧ σφραγίζει Θεός. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν. Ὅτι γὰρ οἱονεὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός ἐστιν ὁ υἱός, ἐκπαιδεύσειεν εὐκόλως ὁ Ψαλμῳδός. ποτὲ μὲν λέγων, ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; ποτὲ δὲ ὡς ἐκ προσώπου τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, ἐσημειώθη ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου Κύριε. κατεσφραγίσμεθα γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι πρὸς ἐμφέρειαν καὶ ὁμοίωσιν τοῦ προσώπου τοῦ πατρός, τουτέστι τοῦ υἱοῦ. Ταῦτα μὲν ὅτι πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. ὅτι δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ πρόσωπον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀρκέσειεν εἰς διδασκαλίαν ἡμῖν. ἐν γὰρ τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου τῇ εἰς τὸ ῥητὸν τό, εἰ δὲ μὴ διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετε, φησίν. Οὐ γὰρ πεπλήρωκε μὲν οὐρανοὺς ὁ υἱός, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, τουτέστι τὰ εἰς τὸν ᾅδην, πῶς οὐ σφόδρα παραλογώτατον τὸ περιοχῆς ὄνομα προσάπτειν αὐτῷ, μὴ δὲ ἐκεῖνο λογισαμένους, ὅτι εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τουτέστι τὸ πνεῦμα, πρόσωπον γὰρ τοῦ υἱοῦ καλεῖται τὸ πνεῦμα, τὰ πάντα πλη-

minationem. Et in illud, *Operamini non cibum qui perit*. *Faciem enim Dei & Patris Filium esse tradunt, qui est character: Lumen autem ex ipso, gratiam per Spiritum in creaturam peruenientem*. Et post pauca; *Cum vero, nemine id improbante, facies est Dei & Patris Filius. Erit omnino ipse & character, in quo Deus signat*. Et libro quinto ad Hermiam. *Faciem porro Dei & Patris esse Filium facili negotio instruet Psalmodus, nunc quidem dicens, Quo vadam a Spiritu tuo? & a facie tua quo fugiam? nunc vero tanquam ex persona eorum qui in illum crediderunt, signatum est super nos lumen vultus tui: signati siquidem sumus Spiritu sancto ad similitudinem & expressionem vultus Patris, hoc est Filij*. Et hæc insinuant faciem Patris Filium esse; & Filij faciem esse Spiritum, Sanctus idem ipse abunde satis nobis demonstrabit, ; Expositione in Ioannis Euangelium in dictum, *Quod si propter opera hæc creditis. Si enim adimpleuit cœlos Deus, & extrema terræ, hoc est, quæ apud inferos erant, quomodo non erit omnium absurdissimum ambitus nomen illi appingere. cum nec illud concipiant, in faciem illius, hoc est Spiritum, facies enim Filij Spiritus nuncupatur, omnia complere; quomodo ipse intra ambitum conclude-*

cluderetur? Similiter Patris *actio* Filius est, luminum quæ nobis Aegyptus subministrauit, in rebus diuinis præcellentissimi Athanasij, & numine quammaxime inflati Cyrilli sententia, quorum alter aduersus Arianos Oratione secunda ait; *Nec in dubio vertitur, hunc esse Patris viuens consilium, & essentiæ inhærens actio, & Verbum verum.* Cyrillus vero in vno Capite libri primi Thesaurorum. *Filius est viuens & essentialis actio & virtus, & sapientia Patris.* Actio & Filij est Spiritus sanctus. Et nullus mihi Theologum Gregorium producat, qui id de Spiritu dici non admittit. Cum nec ipse similem actionem Spiritui sancto dedam, qualem magnus hic Pater vt illo indignam respuens reijcit, sed viuam illam, & vti est Filij, actionem Patris per se subsistentem, & in essentia, & Spiritum sanctum Filij esse dicique similem actionem, hi ipsi rursus, qui ex Aegypto pro pietate propugnant. Nanque magnus Athanasius ad Serapionem de sancto Spiritu Epistola hæc habet. *Vnus enim cum sit Filius, viuens Verbum, vna quoque erit necessario perfecta & plena sanctificans & illuminans vita, quæ erat ipsius actio & donum.* Et diuinus Cyrillus ad Hermiam; *Itaque*

ρθῦν, πῶς ἂν αὐτὸς ἔσω γένοιτο περιοχῆς; ὡσαύτως ἐνέργεια τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς κατὰ τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου φωστῆρας, τόν τε τὰ θεῖα πολὺν Ἀθανάσιον λέγω, καὶ τὸν ἐνθουσιαστικώτατον Κύριλλον, ὧν ὁ μὲν ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρῳ λόγῳ φησίν. Οὐκ ἀμφίβολον ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ζῶσα βουλή, καὶ ἐνούσιος ἐνέργεια καὶ λόγος ἀληθινός. ὁ δὲ Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ πρώτου τῶν Θησαυρῶν, ὁ υἱός ἐστιν ἡ ζῶσα καὶ οὐσιώδης ἐνέργεια καὶ δύναμις καὶ σοφία τοῦ πατρός. ἐνέργεια καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ μή μοι παράγειν ἐπιχειρείτω τις τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, ὅτι τοῦτο λέγειν ἐπὶ τοῦ πνεύματος ἐκεῖνος οὐ παραδέχεται. καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ τοιαύτην ἐνέργειαν φημὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἵαν ὁ μέγας πατὴρ ὡς ἀναξίαν αὐτοῦ μηδόλως προσιέμενος ἀποπέμπεται. ζῶσαν δὲ καὶ ταύτην κατὰ τὸν υἱὸν τὴν ἐνέργειαν τοῦ πατρός, ὑφεστῶσαν τε καθ' ἑαυτὴν καὶ ἐνούσιον. καὶ μάρτυρες τοῦ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι τοῦ υἱοῦ καὶ λέγεσθαι τοιαύτην ἐνέργειαν, οἱ αὐτοὶ καὶ πάλιν τὰ τῆς εὐσεβείας ἀπ' Αἰγύπτου προπύργια. καὶ γὰρ ὁ μὲν μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιστολῇ τάδε φησίν. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ υἱοῦ τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωήν, οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν. ὁ δὲ

si signa

θεόπνευστος Κύριλλος ἐν μὲν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν. Οὐκοῦν εἰ σημεῖα καὶ τέρατα διὰ Παύλου Χριστὸς ἐργάζεται, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου, ὡς ἐνέργειά τις φυσικὴ καὶ ζῶσα, καὶ ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν. ἐν ἑνὶ δὲ τῶν Κεφαλαίων τοῦ δευτέρου τῶν Θησαυρῶν, δείκνυται σαφῶς οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ὥσπερ ἐνέργειά τις φυσικὴ πάντα δυναμένη πληροῦν, ὅσα καὶ βούλεται. Λόγος ἑτέρωθεν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ ῥῆμα τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐνταῦθα διάφορος ἡ προσηγορία κατὰ τὴν προφορὰν, ἡ αὐτὴ δὲ κατὰ τὴν ἔννοιαν. ἵνα γὰρ μὴ δύο παραδεχθῶσιν ἐπὶ τῆς Τριάδος υἱοὶ, καὶ δύο γεννήσεις ποὶ διὰ τὸ γέννησιν ὡς τὰ πολλὰ, κἀπὶ τοῦ λόγου καθ' ὁμοιότητα τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι, ῥῆμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκάλεσεν ἡ γραφή. τὸ δὲ κατὰ τὸν θεοπάτορα, καὶ Προφήτην ἐν βασιλεῦσι Δαυὶδ ἐκπορευόμενον οὐ γεννώμενον. τὰ γὰρ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω, φησίν. ὅτι δὲ ῥῆμα τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ μέγας ἡμῖν παραστήσει Βασίλειος, ὅς ἔν τινι τῶν αὐτοῦ Κεφαλαίων οὕτως ἐπὶ λέξεων εἴρηκε. Διὰ τοῦτο καὶ Θεοῦ μὲν λόγος ὁ υἱὸς, ῥῆμα δὲ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. φέρων γάρ φησι τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. καὶ ἐπειδὴ ῥῆμα υἱοῦ διὰ τοῦ Θεοῦ, τὴν μάχαιραν φησὶ τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, λόγος δὲ Θεοῦ καὶ ῥῆμα ζῶν καὶ ἐνεργόν. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἴδιος ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ἴδιον καὶ

fi figna & portenta per Paulum Chriftus operatur in virtute Spiritus fancti, cum actio quadam naturalis & viuens, &, vt ita dicamus, qualitas diuinitatis Filij Spiritus fanctus eft. In vno vero Capite fecundi Thefaurorũ. *Plane oftenditur Spiritus fanctus non effe alienus a Filio, fed veluti actio quædam naturalis, omnia valens perficere, quæcunque voluerit. Sermo* locis in alijs Patris Filius eft, & *Verbum* Filij Spiritus fanctus, hic pronunciatione appellatio differt, fed fententia eadem eft. Ne enim duo in Trinitate Filij, & duæ generationes a nonnullis acceptarentur: quod generatio vt plurimum & de fermone ad fimilitudinem Filij dicatur, Verbum Spiritum fanctũ appellauit fcriptura. qui vt Dei parens & regius Propheta Dauid ait, procedens eft & non genitus. *Quæ enim procedunt per labia mea non irrita faciam,* inquit. Verbum vero Filij Spiritum fanctum effe magnus nobis Bafilius confirmabit, qui in vno ex fuis Capitibus hæc habet ad verbum. *Propterea & Dei quidem fermo Filius eft; Verbum vero Filij fpiritus. Portans enim, ait, omnia Verbo virtutis fuæ: Et cum Filij Verbum fit per Deum, gladium ait Spiritus quod eft Verbum Dei. Sermo vero Dei & Verbum vi-*

uum & actuoſum. Et præ his omnibus, *Proprius* eſt Filius Patris, Proprius item eſt Filij Spiritus ſanctus. & Filium eſſe proprium Patris didici a diuiniſſimo Athanaſio: nanque prima aduerſus Arianos Oratione ſcribit. *Filius verus natura genuinus eſt Patris, proprius eſſentiæ illius. Hic non eſt neque factura, neque creatura, ſed proprius paternæ eſſentiæ fœtus & virtus, & imago vera paternæ eſſentiæ*. Item, *Proprius eſt Patris Filius in vlnis illius exiſtens*. Item, *Manifeſtum eſt, cum Deus creator ſit, habere verbum efficiens & operans non deforis, ſed ſui ipſius proprium*. Et poſt multa; *Non igitur creatura eſt Verbum ſed ſolum proprium Patris*, Et paucis additis; *Cum non ſit creatura, ſed proprius diuinæ quæ adoratur eſſentiæ, & natura Filius eſt, propterea adoratur, & Deus eſſe creditur*. Et plurimis interiectis; *Non externus ſed paternæ eſſentiæ eſt proprius*. Et paulo poſt. *Qui credit in Filium in Patrem credit. in proprium enim paternæ eſſentiæ credit*. Et non multo poſt. *Etenim ſi non eſſet proprius paternæ eſſentiæ fœtus Verbum, quemadmodum eſt luminis radiatio, ſed natura diſſepararetur Filius a Patre, ſatis eſſet Patrem ſolum donare*. Et admirabilis Cyrillus in vno Capite libri primi Theſaurorum. *Quando vero apparet omnia accepiſſe naturaliter,*

quam aptiſſimum eſſe reputo: coniunctus enim eſt Spiritus ſanctus cum Filio, quod per Filium hic quoque ſit, non alia quapiam ratione, quam quod ſit ſpiritus oris eius, vti Chriſti præco Paulus tradidit. Nanque hic ſecundum ad Theſſalonicenſes ſcribens, poſtquam deſtructionem noxæ, quæ vniuerſum terrarum Orbem conterebat annunciauit, erat porro impius ille Nero, de futuro vaticinans, *& tum iniquus ille patefiet, quem Dominus conficiet ſpiritu oris ſui*, ingenti voce clamauit, Spiritum oris Vnigeniti Spiritum ſanctum nuncupans. Illud porro per Filium prorſus idem fuerit, quod ad exiſtentiã attinet, atque illud ex Filio, vt ipſo initio oratio demonſtrauit, & adhuc vltra procedens demõſtrabit. ſic cum Spiritus ſanctus per Filium eſt, propterea & coniunctus illi eſt, non quia coniunctus eſt Spiritus ſanctus Filio, propterea & per ipſum eſt, vt quidem ex aduerſarijs contendunt. Sed quæſtio hæc melius abſolutiuſque infra pertractabitur, cum in examen Conſubſtantialis ratio, vt iam promiſimus, vocabitur. At in præſenti paulo ante dicta, iterum attingenda ſunt; ne a propoſito nobis ſcopo propius accedente decidamus.

Mani.

IX. Manifestum itaque est, vti non multo ante malorum omnium summam esse diximus, opinari transitoriam esse per Filium Spiritus sancti existentiam. Quare necesse est, cum hoc tanquam omni blasphemia plenum prohibeatur, dum nulla alia ratio vlla ex parte emergat, nanque de Spiritus cum Filio coniunctione, & consubstantiali propter sententiarum, inconsequentiam, quam licet tenuiter demonstrauimus. potiorem partem examinis in sequentia remittentes, vel mente etiam agitare superuacaneum duco, Necesse est itaque eum qui omni ex parte pietati addicitur, & rectam sententiam ambit, tenere, essentialiter per Filium Spiritum sanctum existere. id vbi inclaruerit, ex Filio quoque omnino erit, cum naturaliter in Spiritus a Patre existentia Filius medius sit. Et hoc tantum non omnes decreuere, qui Apostolicæ Ecclesiæ veluti Doctores alijs atque alijs temporibus præfuere, quorum nunc dicta, eorum item nominibus commemoratis, ad propositam quæstionem demonstrandam hic digerere non erit inopportunum. Vt ergo methodo ordineque in his quoque seruatis pro dignitate eorum rem pertractasse, & vti addecet, existimemur, ipso statim initio, vti

θʹ. Καὶ δὴ δῆλον ὡς φθάσαντες περὶ βραχέος ἔσχατον πάντων παρεστήσαμεν τῶν κακῶν, τὸ δοξάζειν παροδικῶς εἶναι διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀνάγκη τοιγαροῦν ἐπείπερ ἀπείρηται τὸ τοιοῦτον ὡς δυσφημίας ὂν ἁπάσης μεστόν, ἑτέρου τινὸς λόγου μηδαμῶς ἀνακύπτοντος, περὶ γὰρ τῆς τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν οἰκειώσεως, καὶ τοῦ ὁμοουσίου διὰ τὸ τῶν ἐννοιῶν ἀνακόλουθον, ὅπερ καὶ διηλέγξαμεν ἀμυδρῶς, τὸ πλεῖον τῆς ἐξετάσεως εἰς τὸ ἑξῆς παραπέμψαντες, δοκεῖ μοι καὶ τὸ λογίζεσθαι περιττόν. ἀνάγκη γοῦν ἤτοι τὸν ὁλικῶς εὐσεβείας ἀντιποιούμενον, καὶ φρονεῖν βεβουλημένον ὀρθὰ πρεσβεύειν οὐσιωδῶς ὑπάρχειν διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τούτου δὲ φανέντος, κἀκ τοῦ υἱοῦ πάντως ἐστίν, ἅτε φυσικῶς ἐπὶ τῇ τοῦ πνεύματος παρὰ πατρὸς ὑπάρξει τοῦ υἱοῦ μεσιτεύοντος, καὶ τοῦτο τεθεολογήκασι μικροῦ πάντες οἱ τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας διδασκαλικῶς ἐξηγησάμενοι κατὰ διαφόρους καιρούς, ὧν ἀπάρτι καλὸν ἐκθεῖναι καὶ τὰ ῥητά, τούτων κατ᾽ ὄνομα μνησθέντας ἡμᾶς εἰς ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου ζητήματος. ὡς ἂν τοίνυν ὁδῷ καὶ τάξει χρησάμενοι κἀπὶ τούτοις ἡμεῖς ἀξίως αὐτῶν πεποιηκέναι, καὶ ὡς χρεὼν νομισθείημεν, κατ᾽ ἀρχὰς ὡς ἐμφέρεται τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης Συνόδου πρὸς τὸν Φιλόσοφον οἱ θεοφόροι

Πατέρες διὰ τοῦ Ἐπισκόπου Λεοντίου φασίν. Εὕρηται τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. ἤρκει τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀκροατῶν ἡ παροῦσα καὶ μόνη χρῆσις, ὡς ἐκ πολλῶν ἁγίων ὁμοῦ ῥηθεῖσα, καὶ τὸ ἀδιάβλητον οὐ παρέχουσα, καὶ μᾶλλον ὅτι περ ἀρχὴ καὶ θεμέλιος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως οὗτοι γεγόνασι θεόθεν ἡμῖν, πρῶτοι τὰ τῶν Αἱρετικῶν καταβαλόντες φρυάγματα κατὰ γνώμην κοινὴν καὶ συνέλευσιν. νῦν δέ γε καὶ συχνῶν ἑτέρων τὸ βέβαιον πάντοθεν ἐχουσῶν εὐποροῦμεν μαρτυριῶν, ἅς ποτε τῶν Πατέρων σχεδὸν οἱ πλείους ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ συγγραψάμενος, ἢ καὶ τούτων τινὰς κατιδίαν ἐξέθετο. παραχρῆμα καὶ γὰρ ὁ τῆς Ἀθανασίας ἐπώνυμος, ὃς καὶ κατὰ ταύτην δὴ τὴν πρώτην Σύνοδον μέγας τὴν ὑψηλὴν καὶ ἄνω φέρουσαν σοφίαν ἐγνωρίζετο, καὶ πολὺς ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγῳ σαφῶς οὕτως ἀπαγγέλλει περὶ τοῦ πνεύματος. Αὐτὸς γὰρ αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν ἐν τῷ περὶ τῶν δύο Διαθηκῶν λόγῳ. Διὰ γὰρ τὸ γενέσθαι ναὸν τῆς θείας διαφορεῖ δυνάμεως τὸ

vti in Actis Nicænæ primæ Synodi habetur, diuini illi Patres ad Philosophum per Leontium Episcopum respondent; *Inuenitur Spiritus sanctus procedere quidem ex Patre, proprius vero Filij esse, & ex eo emanans*. Aequis auditoribus satis esset, vel solum hoc dictum, tanquam quod ex multis Patribus pronunciatum est, ideoq; ab omni calumnia exemptum, & potissimum quod orthodoxæ fidei principium ac fundamentum a Deo nobis traditi sunt, qui primi Hæreticorum fastus communi voto atque congressu disiecerunt. Nunc vero & frequentibus alijs certis atque indubitatis testimonijs abundamus, quæ potior pars Patrum, vnusquisque per se proprium conscripsit, aut horum quædam priuatim euulgauit. Nanque primus ante alios, cui ab immortalitate nomen est, & qui in ipsa prima Synodo, sublimi, & quæ ad superiora conducit, sapientia præcelebris habebatur atque eximius, Oratione de apparitione Dei in carne, aperte hæc de Spiritu pronunciat; *Ipse enim illum desuper mittebat vti Deus, & ipse eum in imo excipiebat, vti homo. Ex ipso itaque in ipsum descendebat, ex deitate ipsius in humanitatem ipsius*. Et lingua aurea præditus Oratione de duobus Testamentis; *Propterea enim quod factum est*

diuinæ

diuinæ virtutis templum corpus Domini deiferum, fis & tu templum secundum illius similitudinem: accipis enim ab ipso missum Spiritum. Omnino illud *ab ipso*, idem est cum illo, *ex ipso*. Et nemo adeo infans atque insipiens fuerit, qui vel minimam differentiam inter has præpositiones excogitauerit. Et hæc quidem magnus Athanasius & diuinus Chrysostomus. at in dogmatibus dijudicandis præcellentissimus Cyrillus, in multis suis Orationibus & sepissime de hoc sermonem digerit. Et Oratione contra Nestorium; *Licet Spiritus in propria hypostasi sit, & etiam per seipsum intelligatur, ratione qua Spiritus est & non Filius, nihilominus non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis dictus est, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso, eo modo quo & ex Patre*. Et ad Imperatorem Theodosium; *Liberans a peccatis eum, qui ipsi adhæret, proprio deincep: ungit Spiritu, quem immittit ipsum tanquam ex Deo Patre Verbum, & ex propria natura nobis emittit*. Et rursus in his quæ ad Palladium scripsit, quæ etiam in primo nostro de hoc argumento Tractatu recitauimus, idque quam aptissime. *Mutabilis vero nullo modo Spiritus est, quodsi mutationi obnoxius est, ad ipsam diuinam naturam vituperatio recurret*

σῶμα τοῦ Κυρίου τὸ θεοφόρον, γίνῃ καὶ σὺ ναὸς καθ᾽ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. δέχῃ γὰρ ἐκπεμπόμενον παρ᾽ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα. πάντως τὸ, παρ᾽ αὐτοῦ τοῦτο ταυτὸν ὑπάρχει τῷ, ἐξ αὐτοῦ. καὶ οὐδεὶς ἐπὶ τοσοῦτον ἀμαθὴς καὶ ἀνόητος, ὡς διαφορὰν τὴν τυχοῦσαν νοεῖν ἐπὶ τούτων δὴ τῶν προθέσεων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅ τε μέγας Ἀθανάσιος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος. Ὁ δὲ δογματικώτατος Κύριλλος ἐν πολλοῖς τῶν αὐτοῦ λόγων καὶ πολλάκις περὶ τούτου διέξεισιν. ἀκούων ἐν μὲν τῷ λόγῳ τῷ πρὸς Νεστόριον. Εἰ καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ᾽ ἑαυτὸ, καθ᾽ ὃ πνεῦμα ἐστὶ καὶ οὐχ υἱός. ἀλλ᾽ οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται. καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ᾽ αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν Βασιλέα Θεοδόσιον. Ἀπολύων ἁμαρτίας τὸν αὐτῷ προσκείμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι, ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. ἐν τοῖς πρὸς Παλλάδιον αὖθις, ὃ κἀν τῇ προτέρᾳ τῆς νῦν ταύτης ἡμῶν πραγματείᾳ διελάβομεν, κἀκεῖ λίαν ἁρμοδιώτατα. Τρεπτὸν δὲ οὐκ ἄν που τὸ πνεῦμα ἐστίν. ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ᾽ αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ

υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. τί δὲ κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν Θησαυρῶν; Ὅτε τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γινόμενον συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδεικνύει Θεοῦ, πρόεισι δὲ καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν. ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τὸ ἐξ ἀνθρωπείου στόματος ἐκτρέχον ἐμφύσημα. πάλιν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ εἰς τὸ ῥητόν, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν, Ἀπαράλλακτος ἡ τοῦ Χριστοῦ λέγει ὁμοιότης πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχεόμενον πνεῦμα. εἰς τὸ αὐτό. Νοῦς γὰρ ὑπάρχον Χριστοῦ τὸ πνεῦμα πάντα τὰ ἐν αὐτῷ διαλέγεται τοῖς μαθηταῖς, οὐκ ἐν ἰδίᾳ τινὶ θελήσει, οὐδὲ μὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ τινὶ βουλήσει τῆς ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗ ἐστιν ὁμιλοῦν, ἀλλ' ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ φυσικῶς προϊόν. εἰς δὲ τό, οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸν Παράκλητον ἀποκαλεῖ. Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται πνεῦμα. πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον, ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο τυχὸν ἰδιοσυστάτως. ὁ αὐτὸς ἐν μὲν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν φάμενος, ὡς ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης λέγει ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐ-

curret, ſi eſt Dei & Patris, præterea & Filij eſſentialiter ex ambobus ex Patre ſcilicet per Filium effuſus Spiritus. Quid porro in ſecundo libro Theſaurorum? *Cum itaque Spiritus ſanctus ad nos accedens, conformes nos efficit Deo, progreditur vero & ex Patre & Filio, manifeſtum eſt illum diuinæ eſſe eſſentiæ, eſſentialiter in ipſa & ex ipſa egredientem; quemadmodum nempe & ex humano ore flatus excurrens*. Item in expoſitione Euangelij Ioannis in dictum; *Vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam. Immutabilis eſt identitas Filij ad Spiritum, qui proprius eius eſt, quique ex eo ſecundum naturam profunditur*. In idem; *Mens enim exiſtens Chriſti Spiritus, omnia quæ in illo ſunt eloquitur ad diſcipulos, non propria quapiam voluntate, neque alieno impulſu, ab eo in quo & ex quo eſt eloquens, ſed veluti ex eſſentia illius naturaliter progrediens*. Et in illud; *Non enim loquetur a ſeipſo; Spiritum veritatis, Paracletum nempe nuncupat: neque enim alienus ab vnigeniti eſſentia Spiritus ſanctus intelligitur, progreditur vero naturaliter ex ipſa, nihil aliud præter ipſum exiſtens quantum attinet ad identitatem naturæ. licet intelligatur in propria hypoſtaſi*. Idem libro tertio ad Hermiam, cum enunciaſſet S. Ioannem dicere, *ex complemento*

ipsius nos omnes recepimus, colloquentem interrogat, *Datio vero bona & donum perfectum, erit ne aliud quidpiam tua sententia quam ipsius Spiritus sancti possessio?* Et illo recte respondente, *Nequaquam*. Sanctus statim subinfert; *Conspice igitur etiam per hæc ex proprio complemento Filium mittere proprium, & indissolute adhærentem Spiritum sanctum, per quem omnis datio bona*. Et libro quarto ad Hermiam; *Cum itaque Vnigenitus homo factus est, antiquo, & quod a principio communicatum fuit, bono, naturam humanam spoliatam inueniens, rursus eam in illud transmutare conabatur, veluti a fonte proprio complemento emittens dicensque, Accipite Spiritum sanctum*. Hæc etiam diuinus decernens Cyrillus manifesto nõ alia a Patribus, qui eum præcesserunt, & quos nos supra memorauimus, pronunciat, & in his recte admodum, & vti par est, eorum vestigijs insistens, quos nos etiam in omnibus sequi iustum est, tanquam pietatis duces, & eadem atque illi sentire, & non ad stultas oppositiones deferri, vt quidã peragere non veriti sunt, quorum contentiosa turbulentaque opinio abunde multisque etiam in primo Tractatu diuulsa est, rursusque non minus in præsentia paucis diuelletur.

λάβομεν, τὸν προσδιαλεγόμενον ἐρωτᾷ. δόσις δὲ ἀγαθὴ καὶ δώρημα τέλειον εἴη ἂν ἕτερον κατά γε τὸ αὐτοῦ σοι δοκοῦν, πλὴν ὅτι τοι τὸ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος; τοῦ δὲ καλῶς ἀποκριναμένου τὸ, οὐδαμῶς, ὁ ἅγιος ἐπάγει παρευθύς. Ἄθρει δὴ οὖν καὶ διὰ τούτων ἐξ ἰδίου πληρώματος προϊέντα τὸν υἱὸν τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἀναποβλήτως ἐμπεφυκὸς ἅγιον πνεῦμα, δι᾽ οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθή. καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν. Τοιγάρτοι καὶ ὅτε γέγονεν ὁ μονογενὴς ἄνθρωπος ἐρήμην τοῦ πάλαι καὶ ἐν ἀρχαῖς ἀγαθοῦ τὴν ἀνθρώπου φύσιν εὑρὼν, πάλιν αὐτὴν πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειοῦν ἐπείγετο, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ ἰδίου πληρώματος ἐνιείς τε καὶ λέγων, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Ταῦτα καὶ ὁ ἔνθεος δογματίζων Κύριλλος, διαρρήδην θεολογεῖ, τοῖς πρὸ αὐτοῦ πατράσιν, οὓς προειρήκαμεν, κἀν τούτοις καλῶς καὶ δεόντως ἑπόμενος, οἷς πᾶσι δίκαιόν ἐστι καὶ ἡμᾶς ἐξακολουθοῦντας, ὡς ὁδηγοῖς τοῖς εὐσεβείας, τὰ αὐτὰ δήπουθεν ἐκείνοις φρονεῖν. ἀλλὰ μὴ πρὸς ματαίας χωρεῖν ἀντιλογίας, καθώς τινες ποιεῖν οὐ κατώκνησαν, ὧν ἡ φιλόνεικος γνώμη καὶ δύσερις ἱκανῶς ἀπελήλεγκται διὰ πολλῶν κἀν τῷ προτέρῳ συντάγματι παρ᾽ ἡμῶν, καὶ πάλιν οὐδὲν ἧττον τὰ νῦν δι᾽ ὀλίγων ἀπελεγχθήσεται. καὶ γὰρ ἐν μὲν τῇ πρὸ

Nanque

ταύτης ἡμῶν πραγματείας κατ' ἀρχὰς ἀγωνιζόμενοι παραστῆσαι δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχειν παρὰ πατρὸς, καὶ πρὸς τοῦτο γραφικὰς μαρτυρίας παράγοντες, τὰς μὲν διαγορευούσας ἄντικρυς ἐκλάμπειν, προϊέναι, πηγάζειν, προχωρεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ υἱοῦ, τὰς δὲ πεφηνέναι, βλύζειν, ἐκπέμπεσθαι, προχεῖσθαι, καὶ εἴπερ τι ἄλλο παρόμοιον, ἐπείπερ τινὰς ἑωρῶμεν, μηδαμῶς ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως τοῦ παναγίου πνεύματος δεχομένους αὐτάς. ἐπὶ δὲ τῶν χαρισμάτων τῶν παρὰ τοῦ πνεύματος χορηγουμένων τοῖς ἑαυτοὺς ἅπαξ καθάρασι, κἀπὶ τῆς ἀποστολῆς τούτου καὶ τῆς ἐκφάνσεως ἑτέρας εἰς ἀπόδειξιν τῆς διανοίας ἡμῶν χρήσεις ταῖς αὐταῖς λέξεσι χρωμένας ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως τοῦ υἱοῦ προτεθείκαμεν, ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ ταύτας γραφῆς, ἐξ ὧν ἐπιστωσάμεθα κἀκείνας ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως πάντως λαμβάνεσθαι τοῦ παναγίου καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος. αἱ μὲν καὶ πρὸς τὸ ζήτημα τὸ παρὸν ἀρκέσουσιν αὗται. τὸν γὰρ λόγον, ὃν πρὸς τὸ δι' υἱοῦ κέκτηνται, τὸν αὐτὸν ἔχουσι καὶ πρὸς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ.

ι΄ Τέως καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ παναγίου δηλαδὴ πνεύματος ἀρτίως προτεθύμημαι τοῖς παρά τινων ἀμφιβαλλομένοις εἰκῆ λύσιν ἐπενεγκεῖν. ἡ δὲ λύσις ὡς ἂν συντόμως περατωθῇ τὰ τῆς ὑποσχέσεως, ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν οἰ-

Nanque in præpoſito noſtro tractatu in principio, cum contenderemus confirmare per Filium Spiritum ſanctum exiſtere a Patre, & ad hoc inſinuandum ſcripto mandata teſtimonia adduceremus, partim palam edicentia elucere, emitti, exilire, progredi Spiritum ſanctum per Filium, partim apparere, ſcaturire, effundi, & ſi quid aliud hiſce non diſſimile eſt, dum videremus nullo modo ea de exiſtentia Spiritus ſancti accipi, verum de donis quæ a Spiritu ſuppeditantur ſeſe ſemel purgantibus, & de miſſione illius & apparitione, ad noſtram ſententiam comprobandam alia dicta eaſdem voces vſurpantia de exiſtentia Filij propoſuimus, ex eadem & illa ſcriptura, quibus illa quoque confirmauimus de exiſtentia ſanctiſſimi & adorandi Spiritus ſumenda eſſe: & illa quidem ad quæſtionem præſentem ſatis fuerint. rationem enim quam habent ad illud *per Filium*, eandem habent etiam ad illud *ex Filio*.

X. Interim & alio modo de ipſo ſanctiſſimo Spiritu nunc a nonnullis in dubium verſis ſolutionem non intempeſtiue afferre in animum venit. Et ſolutio fuerit, vt breuiter id faciam, quod ſemel recepi, ſanctus Athanaſius in ſua Diſputa-

tione, quam ille inter Orthodoxum & Macedonianum concinnauit, sonora voce clamat; *Absit vt dicam, aliquid esse adscititium in Spiritu sancto. Neque enim sanctum, neque incorruptibile, neque immortale, neque bonum, neque aliud, quod de Deo consideratur & dicitur, dico esse adscititium Spiritui sancto, sed natura sanctum, natura bonum, natura incorruptibile, natura immortale est, vt Spiritus Domini, ex ipso exiliens, siue procedens.* Videsne tu qui vehementius aduersaris, diuinum hunc Patrem cum dixisset *exilire*, palam aperteque *procedere* interpretatum fuisse, quod sanctissimo Spiritui magis proprium est, cum processionis modo existat, vti ex Saluatore Christo vocem deiferi Patres excipientes omnes ad vnum expressere? Imo & deiloquus Cyrillus Oratione ad Monachos, cum dixisset Spiritum sanctum a Patre profundi, subnexuit, *Nempe procedit*. Nanque ibi sic ait; *Spiritus sanctus profunditur quidem, procedit nempe veluti a fonte Deo & Patre*. At maximus in discernendis dogmatibus celeberrimus Maximus, Colloquium Anomœi, Ariani scilicet, & Orthodoxi concinnans, hæc ex Orthodoxi ore pronunciat; *Pater emittit Spiritum, Spiritus vero ait procedit.*

κεία διαλέξει, ταύτην δ' ἐκτίθησιν, ὡς ἀπὸ Ὀρθοδόξου καὶ Μακεδονιανοῦ, διατόρῳ γλώττῃ βοᾷ. Μὴ γένοιτό μοι εἰπεῖν ἐπίκτητόν τι ἐπὶ τοῦ πνεύματος, οὔτε γὰρ τὸ ἅγιον, οὔτε τὸ ἄφθαρτον, οὔτε τὸ ἀθάνατον, οὔτε τὸ ἀγαθὸν, οὔτε ἄλλο τι τῶν περὶ τὸν Θεὸν θεωρουμένων λέγω εἶναι ἐπίκτητον τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ἀλλὰ φύσει ἅγιον, φύσει ἀγαθὸν, φύσει ἄφθαρτον, φύσει ἀθάνατον, ὡς πνεῦμα Θεοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ πηγάζον, εἴτουν ἐκπορευόμενον. εἶδες ὁ ἀντιλέγων πῶς ὁ θεῖος πατὴρ πηγάζειν εἰπὼν, ἐκπορεύεσθαι σαφῶς ἡρμήνευσεν, ὅπερ ἴδιον τῷ παναγίῳ πνεύματι μᾶλλον ἐστὶν, ἐπείπερ ἐκπορευτῶς ὑπάρχει, καθάπερ ἐκ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ δεξάμενοι τὴν φωνὴν, οἱ θεοφόροι πατέρες ἅπαξ ἁπλῶς πάντες ἐθεολόγησαν; ἀλλὰ καὶ ὁ θεηγόρος Κύριλλος ἐν τῷ λόγῳ τῷ πρὸς τοὺς Μοναστὰς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅτι προχεῖται φάμενος ἐκ πατρὸς, ἐπήγαγεν, ἤγουν ἐκπορεύεται· λέγει γὰρ οὕτως ἐκεῖ. Τὸ πνεῦμα προχεῖται μὲν, ἤγουν ἐκπορεύεται καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ὁ δὲ μέγιστος καὶ δογματικώτατος Μάξιμος Ἀνομοίου, τουτέστιν Ἀρειανοῦ καὶ Ὀρθοδόξου διάλεξιν συγγραφόμενος ὡς ἀπὸ τοῦ Ὀρθοδόξου ῥητῶς. Ὁ πατὴρ ἐκπέμπει τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ πνεῦμα φησὶν ἐκπορεύεται. μὴ γὰρ ἐνεργητικῶς ἔχων εἰπεῖν τὸ ἐκπο-

Cum

ρεῖν τῶν γραμματικοῖς, ὅτι μηδ' αὐτοῖς εἰς χρῆσιν καθέστηκεν, εἰς τὸ ἐκπέμπει μετέβαλε τὴν λέξιν, ὡς δυνάμενον ἐκεῖνο ταυτὸν, καὶ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος οὕτω δεδήλωκεν ἐκ πατρὸς ὕπαρξιν. ταῖς τοιαύταις πατρικαῖς χρήσεσι τὴν εἰς τὰς προρρηθείσας γραφικὰς μαρτυρίας ἡμεδαπὴν διάνοιαν πιστοῦμαι καὶ νῦν, ἀναντιρρήτοις παντάπασιν οὔσαις, καὶ πρὸς μηδὲν ὁρώσαις ἀμφισβητήσιμον. τίς τῶν ἀνθεστηκότων λοιπὸν διαστρέψαι πειράσεται, καὶ ταύτας πρὸς τὸ δοκοῦν ἑαυτοῦ, καὶ τοῖς, οἷς αὐτὸς ἔχων νοῦν ὅλως καὶ λογισμοῖς διοικούμενος; τὸ γὰρ ἀντειπεῖν τοῖς εἰρηκόσι πρὸς τῷ πάντη τυγχάνειν ἀνήνυτον, καὶ λίαν ἔοικε τολμηρόν. ἐπείπερ τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας περιφανεῖς ὁμολογουμένως διδάσκαλοι. διὸ κἀπὶ πᾶσι πείθεσθαι τούτοις δεῖν πάντας χρεὼν, οἷα διηνεκῶς φθεγγομένοις μετὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' οὕτω μὲν οὗτοι τὰς προεκτεθείσας πατρικὰς χρήσεις τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἀναμφίλεκτον ἔχειν ἐβεβαίωσαν διὰ τῶν τοιούτων μαρτυριῶν.

ια. Ἵνα δὲ καὶ τὸ ζητούμενον παρὰ τῶν πολλῶν τελεώτερον διὰ γραφικῶν αὖθις χρήσεων παραστήσωμεν, ὁ μὲν διορατικώτατος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ οἰκείῳ λόγῳ τῷ οὕτω πως καλουμένῳ Ἀγκυρωτῷ, Πνεῦμα

Cum enim actiuo modo ἐκπορεύει Grammaticorum more, quod illis in vſu non eſt, Verbum hoc deſinere non poſſet, in illud *emittit* dictionem immutauit, tanquam quod hoc ipſum notaret; & ſanctiſſimi Spiritus hac ratione ex Patre exiſtentiam ſignificauit. Hiſce Patrum dictis iam antea laudatis ſcriptoque mandatis teſtimonijs, meam ſententiam nunc quoque confirmo, quæ nullo modo refelli poſſunt, & dubitationem omnem eximunt. Quis ex aduerſarijs igitur etiam hæc in ſuam ſententiam inuertere, & ſuis, quas ipſe in ſe nutrit, cogitationibus adaptare conabitur? Nanque his ſeſe opponere præterquamquod fruſtra operam inſumere, maxime id etiam eſſet proiectæ audaciæ, quandoquidem illi ſunt Apoſtolicæ Eccleſiæ nemine prorſus diſcrepante illuſtres Magiſtri, propterea; illis, tãquam qui continuo cum Spiritu eloquuntur, prorſus aſſentiendum eſt. Sed hi quidem hac ratione digeſta antea dicta robur, illudque citra omnem controuerſiam habere ſuo teſtimonio confirmarunt.

XI. Vt vero, quod nunc quæritur a multis, abſolutius rurſus per ſcripto tradita teſtimonia demonſtremus, perſpicaciſſimus Epiphanius in propria Oratione, cui nomen eſt Ancyroto, *Spiritus ſanctus*, ait, *non*

fratris

fratris frater, non Patris frater, sed ex ipsa essentia Patris & Filij. & in rebus diuinis præcellens Cyrillus in vno secundi Thesaurorum Capite, ait. *Decernente itaque Christo, in ipso & ex ipso naturaliter existere Spiritum suum decernit.* Iterumque in alio de Spiritu sancto, *Vti ex essentia existens, distribuentis illud Sanctis, Christi scilicet.* Et in alio, *Necesse est igitur fateri illum esse ex essentia Filij & Dei, omnem illius facultatem & operationem possidentem.* Item in alio. *Nullum itaque Paulus naturæ discrimen Filij & Spiritus sancti agnoscit, sed veluti ex ipso & in ipso naturaliter existentem dominationis nomine insignit.* Necnon in alio. *Igitur ex essentia Filij Spiritus.* Idem in Expositione Euangelij secundum Ioannem, in illud, *Non loquetur a semetipso. Propterea hoc adnexuit, ventura annunciabit vobis, quod prorsus ex mea essentia Spiritus est, & quasi mens mea est, quæ annunciabit æque atque ego futura.* Ex his dictis diuini Cyrilli nullum est, quod expositione indigeat. His enim omnibus aperte demóstrauit, Spiritum sanctum esse etiam ex Vnigenito, Epiphanium pietate inclitum prudenter sequens, cuius dictum vti se habet, proprijs verbis supra recitauimus.

ἅγιον φησὶν, οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ. ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ δευτέρου λέγει τῶν Θησαυρῶν. Νομοθετοῦντος τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα αὐτοῦ νομοθετεῖ. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ περὶ τοῦ πνεύματος. Ὡς γὰρ τῆς οὐσίας ὑπάρχον τοῦ χορηγοῦντος τοῖς ἁγίοις Χριστοῦ δηλαδή. καὶ ἐν ἑτέρῳ. Ἀνάγκη λοιπὸν ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν αὐτὸ τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ Θεοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τήν τε δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχον. καὶ αὖ ἐν ἄλλῳ φησίν. Οὐδεμίαν ἄρα φύσεως οἶδεν ὁ Παῦλος διαφορὰν τῆς τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ. Οὐκοῦν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου εἰς τό, οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ. Διὰ γάρ τοι τοῦτο προστέθηκεν, ὅτι τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ἡμῖν. ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ πνεῦμα ἐστί. καὶ οἷον ἐμός ἐστι νοῦς, τῷ ἐρεῖν αὐτὸν τὰ ἐσόμενα καθάπερ ἐγώ. Τούτων οὐδὲν οὐδόλως δεόμενον σαφηνείας τινὸς ὁ θεσπέσιος εἶπε Κύριλλος. διὰ γὰρ πάντων ἀπεφήνατο καθαρῶς εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ μονογενοῦς, ἀκολουθήσας καλῶς Ἐπιφανίῳ τῷ κλεινῷ κατ' εὐσέβειαν, οὗ τὴν ῥῆσιν ὡς ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως ἔχει καὶ προτεθείκαμεν.

Sunt

ιβʹ. Ὅμως δ' οὖν κἀν τούτοις εἰσὶν ἔνιοι τῶν πλεῖστον ἀδεῶς ἀντικειμένων ἡμῖν, οἳ φιλονείκως πρὸς φανερὰν οὕτως ἀλήθειαν ἀναισχυντοῦσι μαχόμενοι, καὶ φασίν· ὡς ὁ θεῖος πατὴρ οὗτος ὁ σοφὸς δηλονότι Κύριλλος ἐν μὲν τοῖς πλείοσι τῶν ἑαυτοῦ τούτων ῥητῶν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν μακαρίτην Ἐπιφάνιον καταγγέλλει φανερῶς ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐν ὅσοις δ' εὑρίσκεται λέγων ἐκ τοῦ υἱοῦ πάλιν τὸ φυσικῶς ἐκεῖσε προσετίθησιν. οὔτε δὲ φαίνεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἁπλῶς δογματίζων ἐκ τοῦ υἱοῦ δίχα τοῦ φυσικῶς, κἀκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ καθάπερ εἴρηται τοῦτο θεολογεῖ τοῖς τῶν τοιούτων ῥητῶν πλείοσιν. ἴσμεν δὲ πάντες τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως ἀπαραλλάκτως ὂν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ υἱῷ. καὶ τοῦτο καθολικὸν δόγμα περιφανῶς τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παραδεδομένον ἀνέκαθεν. οὐκοῦν ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως ἀπαραλλάκτως κατὰ κοινὴν ὁμολογίαν ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ μονογενεῖ, τουτέστιν ἀληθῶς ὁμοούσιον αὐτῷ τούτῳ καὶ ὁμοφυές. διὰ τοῦτο Κύριλλος ὁ τὰ θεῖα πολὺς τοῖς μὲν πλείοσιν ὧδε ῥητοῖς μετ' Ἐπιφανίου τοῦ τὸν βίον ἐπιφανοῦς, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ κἀκ τοῦ υἱοῦ δ' ἐνίοις οἴκοθεν φυσικῶς ἀνεκήρυξεν, αὐτὴν τοῦ παναγίου πνεύματος θείαν ὕπαρξιν ἐκ τοῦ υἱοῦ τούτοις δηλῶν, ἀλλὰ τὸ πάντη

XII Sunt nihilominus ex aduerfarijs noftris plurimi, qui contentiofe nimis atque inuerecunde adeo patentem veritatem oppugnant dicuntque, diuinum hunc Patrem, fapientem nempe Cyrillum, in plerifque his fuis dictis *ex effentia Filij* ad Epiphanij mentem palam pronunciare, exiftere Spiritum fanctum. Sed in quibus reperitur de Filio fermonem habere rurfus *naturaliter* addere. neque inueniri Spiritum fanctum fimpliciter nonnifi addito *naturaliter* decernere ex Filio, & ex effentia illius, vti dictum eft, in maiori parte horum dictorum enunciat. Scimus porro omnes eiufdem effentiæ atque naturæ citra vllum difcrimen cum Filio effe Spiritum fanctum, & hoc effe dogma catholicum ab antiquo tempore Ecclefiæ traditum. Igitur quod eiufdem effentiæ & naturæ, citra vllum difcrimen, nemine non id approbāte eft cum vnigenito Spiritus fanctus, hoc eft vere confubftantialis, & connaturalis, propterea Cyrillus in rebus diuinis illuftris in plurimis hifce dictis cum vita clariffimo Epiphanio, ex effentia Filij, in nonnullis etiam ex Filio de fuo *naturaliter* pronunciauit, non ipfam fanctiffimi Spiritus diuinam exiftentiam ex Filio hifce connotans, fed illius cum Filio conna-

connaturale & consubstantiale modis omnibus significans. Hi quidem hoc etiam in loco, quod ad contradicendum nunquam non est ad manum consubstantiale proponentes, idque prorsus innuere supra a nobis omnia sacra dicta digesta probare studentes, cuius in anteriore Tractatu, & in presente quoque responsionem in me suscepi, nunc pro viribus duplicis mei promissi summam complebo, vt appareat, quantum hi cognitione leui, & mentibus detritis similia proponant consubstantiali connaturale implicantes. quod idem esse res clara est, & omnium sermonibus celebrata. Ego porro connaturalem quidem & consubstantialem Spiritum esse Filio a sacris eloquijs, nec non ab infusa nobis per Numen cognitionem edoctus plane percalleo: sed prædictorum hanc esse sententiam & mentem non recte capio, licet ipsa diuinæ scripturæ verba considerem, & speculer sæpius ex meis, si quid meum vsquam est. Sic quoque cum Sanctos dicentes audimus, ex Patris essentia, & natura Filium & Spiritum esse in euulgatis ab ipsis Commentarijs, ibi etiam eorum connaturale cum Patre & consubstantiale intelligendum esset a nobis, non indubitatam apud omnes diuinam eorundem existentiam. Eterit ne vnquam

πρὸς αὐτὸν σημαίνων ὁμοφυὲς τούτῳ καὶ ὁμοούσιον. οὗτοι μὲν περιβαλλόμενοι κἀνταῦθα τὸ πρόχειρον εἰς ἀφορμὴν ἀντιλογίας αὐτοῖς ὁμοούσιον πανταχοῦ, καὶ τοῦτο βούλεσθαι τὰς ἡμῖν ἄνωθεν προστεθείσας ἱερὰς ῥήσεις ὁλοσχερῶς κατασκευάζειν ἐθέλοντες, περὶ οὗ τινος ἐν τῷ προτέρῳ συντάγματι, κἂν τῷ παρόντι διαλαβὼν καθυπεσχόμην εἰπεῖν. ἀρτίως δὲ κατὰ δύναμιν ἐκπληρωτὴς φανήσομαι τῆς ἐπ' ἀμφοῖν τοιαύτης ἐμῆς ὑποσχέσεως· οἷα δὴ τὴν γνῶσιν εὔκολοι, καὶ τὰς φρένας σαθροὶ ῥῆσαι τὸ σαθρὰ κατ' ἔννοιαν ταῦτα προστείνουσι, τῷ ὁμοουσίῳ προσεπιπλέκοντες τὸ ὁμοφυές. ὅπερ ταυτὸν ὡς τοῖς πᾶσι σαφὲς ἐκεῖνο καθέστηκεν. ἐγὼ δέ γε τὸ μὲν ὁμοφυὲς εἶναι καὶ ὁμοούσιον τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἶδα τῶν ἱερῶν λογίων, πρὸς δὲ καὶ τῆς ἐνσπαρείσης ἡμῖν γνώσεως θεόθεν ἐκδιδαχθείς. ὅτι δὲ τοῦτο τῶν διαληφθεισῶν ῥήσεων ἐστὶν ἡ διάνοια παντελῶς οὐκ ἔχω καταμαθεῖν, οὔτ' ἀπ' αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, οὔτε μὴν πολλάκις παρ' ἐμαυτῷ λογιζόμενος. οὕτω γὰρ καὶ ὅταν ἀκούωμεν τῶν ἁγίων, ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ φύσεως τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τελεῖν, ἐν ταῖς πονηθείσαις αὐτοῖς ὑπαγορευόντων γραφαῖς, ὀφείλομεν κἀκεῖ τὸ τούτων ὁμοφυὲς πρὸς τὸν πατέρα καὶ ὁμοούσιον ἐκλαμβάνειν, οὐ τὴν

similis

καὶ ἀναμφισβήτητον παρὰ πᾶσιν ἐκ τοῦ πατρὸς θείαν αὐτῶν ὕπαρξιν. καὶ πῶς τοῦτο κἂν ὅλως νοήματος ὑγιοῦς, ἵνα μὴ χριστιανοῦ λέγω φρονήματος; τίνες δὲ τῶν Ἁγίων, οἱ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα φάσκοντες ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως εἶναι τῆς τοῦ πατρὸς, καὶ τούτους ἐρῶ, τὰς καθέκαστον χρήσεις αὐτῶν προσηκόντως διεξηγῶν αὐτίκα τῆς οἱασοῦν ὑπερθέσεως. μάνθανε τὰ πρῶτα περὶ τοῦ μονογενοῦς. ὁ μὲν τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος ἐν τῇ γενομένῃ παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἄρειον διαλέξει φησίν. Οὐκοῦν ὁ Θεὸς λέγων πρὸς τὸν ἴδιον υἱὸν διὰ τοῦ Προφήτου, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, σημαίνει τὴν ἐκ πατρικῆς οὐσίας γέννησιν τοῦ υἱοῦ. καὶ μετ' ὀλίγα. Δι' οὐδὲν ἕτερον γαστέρα ὀνομάζει, ἢ ἵνα παραστήσῃ αὐτὸν τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι. καὶ μετὰ βραχέα. Τὸν οὖν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθέντα μανθάνομεν. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ ἀπὸ τῆς Συνόδου τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίαν. Οἱ γὰρ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀναθεματίσαντες, λέγει, γινώσκοντές εἰσι, μὴ κτίσμα ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας γέννημα εἶναι τὸν λόγον. ἑτέρωσε πάλιν. Οὐκ ἔξωθέν τις ἐστὶν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ὡς ὕδατος ἀτμίς. καὶ ταῦτα μὲν ὁ θειότατος περὶ τοῦ μονογενοῦς Ἀθανά-

fimilis cogitatio fana, ne dicam chriftiano homine digna fentẽtia? Quinam vero Patres funt, qui Filium & Spiritum ex effentia naturaque effe Patris affeuerant? Et hos quoque fingulorum teftimonia vti addecet, & nulla interpofita mora in medium afferens commemorabo. Primumq; de Vnigenito difcito. Diuiniffimus Athanafius in Colloquio fuo cum Ario dicit. *Itaque Deus dicens ad proprium Filium per Prophetam, ex vtero ante luciferum genui te, ex paterna effentia generationem Filij notat.* Et poft pauca. *Nullam aliam ob caufam vterum nominat, quam vt oftendat ipfum Filium ex Patris effentia genitum effe.* Et paulo poft. *Filium itaq; ex effentia Dei & Patris genitum effe addifcimus.* Idem in Epiftola ex Synodo Hierofolymitana fcripta ad Alexandrinam Ecclefiam. *Qui Arianam hærefim anathemati fubegerunt, plane agnofcunt, non effe creaturam, fed ex effentia Verbum fœtum effe.* Et rurfus alibi. *Non deforis inuecta eft Filij effentia, neque ex non entibus introducta, fed ex Patris eſsentia nata quemadmodum luminis fplendor, & aquæ vapor.* Et hæc quidem diuiniffimus Athanafius de Vnigenito. magnus

vero Basilius in vna sua Oratione. *Ex Patre Filius, non imperio editus, sed ex natura generatus.* Nec ab his abhorret Cyrillus dogmatum scientia admirabilis, tum libro tertio ad Hermiam. *Quomodo non omnino felix fuerit, videre Deum vere, & ex Dei & Patris essentia enatum esse Filium, siquidem est vt Deus, & non aliud, qui in nobis inhabitat Spiritus illius:* tum in vno Capite, de æternitate Vnigeniniti. *Erat igitur Genitori coæternus Filius, vti a quodam fonte prima causa scaturiens.* Et in alio eorundem, *Qui enim ex essentia Patris progressus est, Patrem illico genitorem ostendit.* Et in alio clare. *Quemadmodum Pater absque principio est, ita & quod ex essentia illius progressum est Verbum absque principio est.* Item in alio. *Quemadmodum Spiritus sanctus circa essentiam separationem non admittit, varios emittens in muneribus modos, sic & generatricem essentiam Dei, nemo si bene sapit iniuria affici dicet, vel separationem vel effluxum aliquem passam esse, quæ vnum solum ex semet ipsa Filium emisit.* Et in alio quoque ex ijsdem Capitibus. *Vniuersum esse Filij ex Patris essentia exilit.* Et in alio. *Quæ enim passio circa solem fieri videtur, cum lumen generat? Quæ*

στος. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος φησὶν ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων, Ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, οὐ προστάγματι ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. τούτοις φθέγγεται συνῳδὰ καὶ Κύριλλος ὁ τὴν δογματικὴν ἐπιστήμην θαυμάσιος, ἐν μὲν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν, Πῶς οὐ παντελῶς ἀταλαίπωρον ἰδεῖν ὅτι Θεὸς ἀληθῶς, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας ἐκπέφυκεν ὁ υἱὸς, εἴπερ ἐστὶν ὡς Θεὸς, καὶ οὐχ ἕτερόν τι κατοικοῦν ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. πάλιν δ' ἐν ἑνὶ τῶν Κεφαλαίων τῶν περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς ἀϊδιότητος. Ἦν ἄρα τῷ γεννήσαντι συναΐδιος ὁ υἱὸς, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς τῆς πρώτης αἰτίας ἀναβλύζων. καὶ ἐν ἄλλῳ τῶν αὐτῶν. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς προελθὼν, πατέρα εὐθὺς ἔδειξε τὸν γεννήσαντα. καὶ ἐν ἑτέρῳ σαφῶς. Ὥσπερ ὁ πατὴρ ἄναρχος, οὕτω καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν λόγος ἄναρχος. καὶ ἐν ἄλλῳ πάλιν. Ὥσπερ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ μερισμὸν ὑπομένει περὶ τὴν οὐσίαν, διαφόρους ἐκπέμπον τοὺς ἐν τοῖς χαρίσμασι τρόπους, οὕτω καὶ τὴν γεννητικὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἄν τις τῶν εὖ φρονούντων ἀδικεῖσθαι φήσειεν, ἢ μερισμὸν, ἢ ἀπόρροιάν τινα παθεῖν, ἕνα καὶ μόνον ἐξ ἑαυτῆς ἐκλάμψασαν υἱόν. καὶ καθ' ἕτερον τῶν τοιούτων Κεφαλαίων. Σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πρόεισι. καὶ ἐν ἄλλῳ. Ποῖον γὰρ πάθος περὶ τὸν ἥλιον ὁρᾶται γεννά-

enim

μένον, ὅτι τίκτει τὸ φῶς; ποῖος συμβαίνει περὶ τὸ πῦρ μερισμός, ὅταν ἐκπέμπῃ τὸν ἐξ αὐτοῦ φωτισμόν; εἰ δὲ ταῦτα γεννᾷ μὲν ἀμερίστως, ἐκπέμπει δὲ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀπαθῶς, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ τούτων ποιητὴς τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐκπέμψει τὸ ἀπαύγασμα; πολλὰ τοιαῦτα θεολογῶν ἐκδιδάσκει Κύριλλος ὁ σεπτός. ἃ πάντα σχεδὸν σὺν τούτοις ἐν τῇ προπονηθείσῃ μοι συντάξει διέλαβον, οἷα κἀκεῖ συντελοῦντα. πλὴν κατά τινας λόγους λοιπούς, ἐνταῦθα δὲ διὰ τῶν παρόντων, καὶ δι' ὧν προδεδηλώκαμεν τοῦ θείου πατρὸς Ἀθανασίου, καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητῶν ἀρκούντως τὸ ἕτερον τῶν δυοῖν ζητημάτων νῦν παρεστήσαμεν.

ιγʹ. Ἀπάρτι λείπεται παραθέσθαι καὶ τὰς περὶ τοῦ προσκυνητοῦ πνεύματος τῶν Ἁγίων φωνάς, ὅσαι δηλαδὴ τοῦτο φανερῶς ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τοῦ πατρὸς ὑπάρχειν κηρύττουσιν. ὅπως ἐντελῶς ὁ λόγος ἡμῖν τῆς διασκέψεως ἔχοι προβαίνοι καὶ μὴ σκάζοι στερούμενος τῶν ὑπεσχημένων ἑνός. καὶ δὴ λεκτέον καταρχὰς τὴν ῥῆσιν τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου τοῦ τῷ παντὶ διαβοήτου τοῖς πέρασιν, ἧς κἂν τῇ προτέρᾳ τῶν νῦν πραγματείᾳ καθ' ἕτερον ἐμνήσθην σκοπόν. ἡ δὲ ῥῆσις, ὡς ἂν καὶ ταύτην γίνηταί μοι διαλαβεῖν τάχιον ἐν τῷ λόγῳ τῆς αὐτοῦ κατὰ μέρος πίστεως κειμένῃ φησίν. Ὁμολογοῦμεν ὁμοούσιον

enim circa ignem ∫eparatio contingit, cum illuminationem quæ ex ip∫o e∫t emittit? Quod ∫i hæc citra vllā partitionem generant, & citra pa∫∫ionem, quæ ex ip∫is ∫unt, eiaculant, nonne magis eorum opifex ∫uæ naturæ ∫plendorem emittet? His ad∫imilia, eaque quam plurima venerabilis Cyrillus, cum res Theologicas tractat, edocet, quæ fere omnia ∫imul cum his in priore meo Commentario, tanquam etiam ibi plurimum conducentia comprehendi, ∫ecundum alias atq; alias rationes; hic vero iam dictis, & ante diuini Patris Atha-na∫ij & magni Ba∫ilij auctoritatibus per nos dige∫tis, abunde vnam ex duobus quæ∫tionibus demon∫trauimus.

XIII. Reliquum e∫t iam, & de adorando Spiritu Patrum voces, quæ nempe illum palam ex e∫∫entia & natura Patris deprædicant, hic apponere, vt ab∫olute no∫tri examinis oratio perfecteque procedat, nec ex illis quæ promi∫imus vno priuata claudicet. Et initio ip∫o ponatur dictum Gregorij Thaumaturgi toto orbe terrarum clari∫∫imi, cuius etiam in priore Tractatu, ∫ed alio ∫copo mentionem induximus, dictum vero, vt ip∫um quam ocyus comprehendamus, habetur in Oratione Fidei ab ip∫o per partes expo∫itæ. *Confitemur con∫ub∫tan-*

tialem esse Patri Filium, & Spiritum, hoc est unam deitatem naturaliter, cum Pater ingenitus sit, Filius genitus ex Patre, & Spiritus sanctus ex essentia Patris per Filium æterne emittatur. Et hoc ait hic diuinarum reuelationum interpres. Et postmodum Cyrillus mysteriorum spiritus instructissimus in vno secũdi Thesaurorum Capite hæc aperte pronunciat. *Non arcetur Spiritus a diuina essentia, sed ab ipsa naturaliter emissus uniuersam Patris & Filij operationem habet.* Et in alio. *Homo habens in semetipso Spiritum, qui ex essentia Dei est, imago Dei & gloria nuncupatur.* Et in alio; *Deus igitur Spiritus est, ex diuina essentia naturaliter emissus.* Et alibi; *Spiritus sanctus ex Deo naturaliter.* Nec non in alio horum Thesaurorum Capite; *Sed manebit ipsi quoque proprium ex alio esse, quod ex essentia Patris est.* En adduxi testimonia, quæ Spiritum sanctum, ex Patris essentia, & ex Patre existere naturaliter confirmant, ea prius adductis cõnectens, quæ aperte & perspicue Filium ex essentia Patris esse, & ex Patre naturaliter asseuerant. His omnibus ad vtrunq; pertinẽtibus prudentia commendatus auditor dignoscet, ea quoque dicta, quæ ex essentia Filij Spiritum sanctum,

& ex

τῷ πατρὶ εἶναι τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, τουτέστι μίαν θεότητα φυσικῶς. ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς, τοῦ τε πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος. καὶ τοῦτο μὲν ὁ τῶν θείων ἀποκαλύψεων ὑφηγητής. καὶ Κύριλλος δὲ μεθ' ὕστερον ὁ μύστης τοῦ πνεύματος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ δευτέρου τῶν Θησαυρῶν ταῦτα διαγορεύει σαφῶς. Οὐ διείργεται τὸ πνεῦμα τῆς θείας οὐσίας, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς φυσικῶς ἐκπεμπόμενον, ὅλην ἔχει τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ἐνέργειαν. καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ φησίν. Ὁ ἀνὴρ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, εἰκὼν ἐκλήθη καὶ δόξα Θεοῦ. καὶ ἐν ἑτέρῳ. Θεὸς ἄρα τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἐκ τῆς θείας οὐσίας φυσικῶς ἐκπεμπόμενον. καὶ ἀλλαχοῦ. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ φυσικῶς. προστέτι καθ' ἕτερον τῶν τοιούτων κεφαλαίων τῶν Θησαυρῶν. Ἀλλὰ μενεῖ μὲν αὐτῷ κυρίως τὸ ἐξ ἑτέρου. διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρός. ἰδοὺ παρήγαγον καὶ τὰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, κἀκ τοῦ πατρὸς ὑπάρχειν φυσικῶς προσμαρτυρούσας τῶν χρήσεων ταῖς πρότερον συντάξας αὐτὰς, αἵτινες διαρρήδην τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι, κἀκ τοῦ πατρὸς καταγγέλλουσι φυσικῶς. ἐκ τούτων δὲ τῶν καὶ πρὸς ἀμφότερα λέγω πασῶν ὁ σύνεσιν ἔχων ἀκροατὴς διαγνώσεται, καὶ τὰς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ

υἱοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα, κἀκ τοῦ υἱοῦ τυγχάνειν φυσικῶς διαγορευούσας φωνάς, ὅτι τὴν ὕπαρξιν δηλοῦσι τοῦ πνεύματος. εἰ γὰρ αὗται τῆς ὑπάρξεως τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἀδιστάκτως σημαντικαί, καὶ τοῦτο συνομολογοῦσί μοι περιφανῶς ἅπαντες, καὶ οὐδεὶς ὁ κατά τι ποσῶς πειρώμενος ἀντειπεῖν, πάντως σημαντικαὶ κἀκεῖναι τῆς ὑπάρξεως τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος. ἢ τίς ποτε νοεῖσθαι δοκεῖ, καὶ τίνος ἡ ἀποκλήρωσις, τοῦ τὰς μὲν τὴν ὕπαρξιν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, ὅπερ καὶ βέβαιον, παριστᾶν, τὰς δὲ πρὸς ἀλήθειαν ἄλλο τι καὶ μὴ τὴν ὕπαρξιν τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος; φραζόντων ἡμῖν οἱ φθέγγεσθαι τὰ πάντα ῥᾴδιοι καὶ ταχεῖς, τόν τε διορισμὸν ὡς ἔφην, καὶ τὸν αὐτὰς ἀποτάξαντα, κἀπὶ τούτοις μετ' αἰδοῦς συσταλέντες ἡμεῖς τέλεον καθάπερ εἰκὸς σιωπήσομεν. ἕως δ' ἂν μὴ περὶ τοιούτων ἔχουσι λέγειν μηδέν, μᾶλλον αὐτοὶ πεδήσαντες τὰς γλώσσας, σιγάτωσαν. δῆλον καὶ γὰρ ὅτι καθ' ὃν λόγον ἐκλαμβάνεσθαι ταύτας χρεών, κατὰ τοῦτον ἐκδέχεσθαι κἀκείνας προσφυὲς καὶ κατάλληλον, διὰ τὸ καὶ τὰς ἑκατέρας ταῖς αὐταῖς χρᾶσθαι φωναῖς, τῆς τῶν προσώπων διαφορᾶς καὶ μόνης ἀπάνευθεν. ὥστ' ἐπεὶ διὰ τούτων ἡ τοῦ υἱοῦ δηλοῦται καὶ τοῦ πνεύματος ἀναντιρρήτως ὕπαρξις ἐκ πατρός, καὶ δι' ἐκείνων ἡ τοῦ προσκυνητοῦ καὶ θείου πνεύματος ἐκ τοῦ υἱοῦ σημαίνεται πάντως ὕπαρξις.

& ex Filio existere naturaliter asserunt, existentiam Spiritus denotare. Etenim si hæc existẽtiam Spiritus & Filij citra vllam hæsitationem indicant, & hoc vna mecum omnes palam fatentur, & nemo vllus est, qui vel minimum contradicere præsumpserit, prorsus illa quoque diuini & adorandi Spiritus existentiam significabunt. Aut quis vnquam capiet, ad quemnam attributio pertineat, quod hæc quidem Filij & Spiritus existentiam, illa vero quidpiam aliud, & non Spiritus existentiam signent. Qui faciles sunt, pronique omnia funditare ac proloqui, aperiant nobis tum discrimen, tum auctorem discriminis, & nos verecundia tandem coërciti de istis rebus sermonem abstinebimus: donec vero de hisce nihil habent quod dicant, ipsi potius os obstruentes suum cõticeant: manifestum etenim est, ratione qua ista accipienda sunt, eadem & illa accipere aptum & congruum esse, quod vtraque ijsdem dictionibus excepta tantummodo personarum differentia complicentur. Quare cum per hasce Filij & Spiritus nemine discrepante existentia ex Patre notatur, per illas quoque diuini adorandiq; Spiritus modis omnibus ex Filio existentia indicatur.

Ad

XIV. Ad hæc si dicant vlterius, propter Spiritus erga Filium consubstantiale connaturaleque ex natura & essentia Vnigenit', nec aliam ob causam Spiritum sanctum esse prolatum fuisse, audiant a nobis, propter idem connaturale, atque consubstantiale Filius est consubstantialis & connaturalis Spiritui æque atque Spiritus est Filio. Quando itaq; & Filius consubstantialis est connaturalisq; Filio, (prorsus enim hic de Patre verba facere prætereo, ne modum excedere videar) quare non ab aliquo ex Sanctis enunciatum est, Filium quoque esse ex natura & essentia Spiritus? Omnino si propter Spiritus erga Filium consubstantiale connaturaleque, ex essentia & natura Filij Spiritus sanctus assertus est, oportebat aliquem ex Patribus ob id ipsum etiã Filiũ ex natura & essentia Spiritus asseuerare, cum & Filius sit Spiritui consubstantialis atque connaturalis. At nunc nemo ex diuiniloquis Patribus ex natura & ex essentia Spiritus Filium esse, licet consubstantialem, & connaturalem Spiritui asseruit. Sequitur ergo neque Spiritum sanctum ex essentia & natura Filij dictum fuisse, quod connaturalis sit, atque consubstantialis Filio.

ιδ'. Πρὸς τούτοις εἰ λέγουσι καὶ ἔτι διὰ τὸ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυὲς ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τοῦ μονογενοῦς εἰρῆσθαι, καὶ οὐ δι' ἕτερον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, παρ' ἡμῶν ἀκουέτωσαν, ὅτι καὶ διὰ τὴν αὐτοῖς νοουμένην ἁπλῶς ὁμοφυΐαν καὶ ὁμοουσιότητα, καὶ ὁ υἱὸς ὁμοούσιός ἐστι τῷ πνεύματι καὶ ὁμοφυής. ὥσπερ ἄρα τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ὁ υἱὸς ὁμοούσιος ἐστὶ τῷ πνεύματι καὶ ὁμοφυής. ὅλως γὰρ ἐν ταῦθα παρίημι περὶ τοῦ πατρὸς ἐξετάζειν, μὴ καὶ περιττὸς δόξαιμι, πῶς οὐκ ἐρρέθη τινὶ τῶν ἁγίων καὶ ὁ υἱὸς ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος. πάντως εἰ διὰ τὸ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυὲς ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως ἐλέχθη τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔδει τινὰ τῶν Πατέρων κατ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς φύσεως εἰπεῖν καὶ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος. ὅτι καὶ ὁ υἱὸς ὁμοούσιος ἐστὶ τῷ πνεύματι καὶ ὁμοφυής. νῦν δὲ τοῦτον οὐδεὶς ἐφθέγξατο τῶν θεηγόρων ἀνδρῶν, ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος, καίπερ ὁμοούσιον ὄντα τῷ πνεύματι καὶ ὁμοφυῆ. λοιπὸν οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας εἴρηται τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς φύσεως, καθόπερ ὁμοφυὲς τοῦτο καὶ ὁμοούσιόν ἐστιν αὐτῷ.

ιε'. Καὶ μή μοι τις τῶν θρασέων

XV. Et nemo mihi ex istis, qui omnia audent, & in loquendo

mul-

ἀπερισκέπτως τὰ πάντα καὶ τολμηρῶς ἐθέλων τὸ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυὲς κατασκευάζειν παραίτιον τοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως διὰ τῶν ῥητῶν τούτων λέγεσθαι τοῦ υἱοῦ, διακινεῖν οἴκοθεν ἀδεῶς ἐπιχειρείτω καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος. τί κωλύει διατεινόμενος τὸν τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως τῷ πνεύματι λόγον ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας καὶ φύσεως λέγειν αὐτόν; ὅπερ ἀκήκοα τινὸς τῶν τοιούτων καὶ ἄλλοτε προπετῶς φάσκοντος, ἵνα γὰρ τὸ ἀποτοῦδε τὴν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν παραλιπόντες ἰσχὺν αὐτῶν τῶν αἰτιωμένων τὸν νοῦν αὐτόθεν ἐλέγξωμεν, ἄλλο τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως τι τυγχάνειν τινί, τουτέστι τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυές, καὶ τὸ ἄλλο ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τι τινὸς καὶ τῆς φύσεως φυσικῶς. τὸ μὲν γὰρ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον ἐπιπλέον ἐστί, τὸ δὲ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως, τοὐναντίον ἐπ᾽ ἔλαττον. διὸ καὶ τοῦτο μὲν συνεισφέρει κατὰ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα δεινούς, ἐκεῖνο δὲ καθώς φασι φιλοσοφοῦντες οἱ αὐτοὶ συνεισφέρεται. πάλιν συναναιρεῖ τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυές, συναναιρεῖται δὲ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως. ὅπως δὲ ταῦτα, πάρεστι νῦν τῷ βουλομένῳ μαθεῖν, ἐπισκεψαμένῳ πρὸς ἀκρίβειαν αὐτῶν ἕκαστον. μὴ ὄντος γὰρ τοῦ ὁμοουσίου καὶ ὁμοφυοῦς,

multi atq; inepti sunt ad summā impudentiam, effutiat, Spiritus erga Filium consubstantiale connaturaleque causam esse, ob quam Spiritus sanctus ex essentia & natura Filij dictis similibus dicatur, demonstrare studens, intrepide præsumat ex proprijs ostendere, Filium quoque ex essentia & natura Spiritus esse, nihil impedire contendens, Verbum quod eiusdem naturæ & essentiæ est cum Spiritu, ex essentia & natura Spiritus dici, quod ab vno ex hisce audiui nonnunquam audacter dici. Vt igitur in posterum, quæ deforis accedunt momenta prætereuntes, ipsorum aduersariorum mentem istinc refutemus, aliud nempe esse eiusdem essentiæ & naturæ alicui prouenire, consubstantiale scilicet & naturale, & aliud ex essentia & natura esse alicuius aliquid naturaliter: Nam consubstantiale & connaturale latius, quod vero est ex essentia & natura minus extenditur. Quapropter, vt rerum talium periti obseruant, hoc quidem confert, illud vero, vt ipsi philosophantes tradunt, confertur. Rursus substantiale & connaturale simul de medio tollit, quod porro ex natura & essentia est vna tollitur. Quomodo vero hæc se habeant, cui libitum est, id addiscere poterit, si accurate vnumquodque considerauerit. Nanque si abest conna-

connaturale ac consubstantiale, neque illud ex essentia & natura fuerit; hoc porro si in quibusdam non extiterit, illud quandoque fieri potest vt sit: & quid quid est ex natura & essentia alicuius naturaliter, necesse est illi & consubstantiale & connaturale esse. Si quid autem rursus consubstantiale est alicui & connaturale, non est necesse illud esse ex essentia illius & natura. Ex essentia igitur & natura Filij Spiritus sanctus cum sit, necessario illi & connaturalis existit & consubstantialis. Filius vero consubstantialis existens Spiritui & connaturalis, non item ex natura illius & essentia fuerit. Sin minus erit quoque Pater quod primarium principium est, ex essentia & natura Filij & Spiritus, cum consubstantialis illis sit & connaturalis, quo prorsus an peius, an absurdius excogitabitur? Sed manifestum est, Patrem esse consubstantialem Filio & Spiritui, quod possidet Filium & Spiritum ex sua essentia & natura. Filius vero & Spiritus sanctus consubstantiales & connaturales Patri sunt, quod ex essentia ambo naturaq; Patris existunt.

οὐδὲ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἐστὶ καὶ τῆς φύσεως. τούτου δὲ μὴ ὄντος ἔν τισιν ἀληθῶς, ἐκεῖνο ποτὲ τυγχάνειν ἐνδέχεται. καὶ εἴ τι μέν ἐστιν ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας τινὸς φυσικῶς, ἀνάγκη καὶ ὁμοφυὲς αὐτῷ τοῦτο καὶ ὁμοούσιον. εἴ τι δὲ πάλιν ὁμοούσιον ὑπάρχει τινὶ καὶ ὁμοφυές, οὐκ ἀνάγκη τοῦτο τελεῖν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ καὶ τῆς φύσεως. ἐκ τῆς οὐσίας γοῦν καὶ τῆς φύσεως τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὄν, ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ τοῦτο καὶ ὁμοφυὲς ὑπάρχει καὶ ὁμοούσιον. ὁ δὲ υἱὸς ὁμοούσιος ὢν τῷ πνεύματι καὶ ὁμοφυής, οὐκέτι κατὰ τῆς φύσεως αὐτοῦ καὶ τῆς οὐσίας καθέστηκεν. εἰ δὲ μὴ συμβήσεται καὶ τὸν πατέρα τὴν ἀρχικωτάτην ἀρχὴν ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως εἶναι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, ἐπείπερ ὁμοούσιος αὐτοῖς ἐστι καὶ ὁμοφυής. τούτου δὲ πάντως τί γένοιτ᾽ ἂν χεῖρον καὶ ἀτοπώτερον. ἀλλὰ φανερὸν ὡς ὁμοούσιος ἐστὶν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι, καὶ ὁμοφυής. ὅτι κέκτηται τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας ἑαυτοῦ καὶ τῆς φύσεως. ὁ δὲ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια τῷ πατρί, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ ἀμφότερα καθεστάναι τοῦ πατρὸς καὶ τῆς φύσεως. καὶ ἐνταῦθα τοιγαροῦν ὡσαύτως φημὶ κἀπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. ὁ υἱὸς ὁμοούσιός ἐστι τῷ θείῳ πνεύματι καὶ ὁμοφυής, ὅτι περ ἐκ τῆς οὐσίας ἑαυτοῦ καὶ τῆς φύσεως

Hic igitur simili ratione & de Filio & de Spiritu iudico. Filius consubstantialis est, & connaturalis Spiritui sancto, quod ex natura sua atque essentia Spiritum possidet. Spiritus autem consub-

τοῦτο κέκτηται)· τὸ πνεῦμα δ' αὖ ὁμοούσιον τῷ υἱῷ καὶ ὁμοφυὲς διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πέλειν καὶ τῆς φύσεως· οὕτω γὰρ ὄντως τὸ μὲν ὁμοούσιον ἔσται καὶ ὁμοφυὲς τῷ ἐκ τῆς φύσεως παντὶ καὶ οὐσίας ὡς καθολικώτερον, εἴ με χρητίως ἐπαναλαβεῖν τὸν λόγον, καὶ νῦν ἐνταῦθα βραχὺ τοῖς τοιούτοις ἐγκαρτερήσαντα. τινὶ δ' αὖθις ὁμοουσίῳ γε πάντως καὶ ὁμοφυεῖ τὸ ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας ὡς μερικώτερον. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀκολουθήσεται αὖ, ὧν περ ἄνωθεν ἐπιμνησθέντες κατὰ μέρος ἠριθμησάμεθα.

ιε'. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τὴν θεωρίαν ἐπισκεψόμεθα κατὰ τὰ στοιχεῖα τῆς λογικῆς ἐπιστήμης, καὶ τὴν παράδοσιν, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, τῶν ἀνθρώπων καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. εἰ δὲ τὰ περὶ τούτων ὑψηλότερον ὡς τοῖς τοιούτοις εἰκὸς ὄντως καὶ τῆς θεαρχικῆς Τριάδος τῆς ὑπερφυοῦς καὶ ὑπερουσίου κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπαξίως ζητήσομεν, ὁ λόγος τοῦ κατ' αὐτὴν ὁμοουσίου καὶ ὁμοφυοῦς ἕτερος παρὰ τοῖς εὐσεβέσιν ἡμῖν. καὶ τούτου γε διδάσκαλος ἀκριβὴς ὁ τὰ θεῖα πολὺς καὶ μέγιστος τὴν σοφίαν Βασίλειος, ὅστις ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ λόγου τὸ ὁμοούσιον αὐτὸ καὶ μόνον εἰς ἐξέτασιν προτεθεὶς ἐν τῇ γραφείσῃ πρὸς τὰς Κανονικὰς Ἐπιστολῇ περὶ τούτου ῥητῶς οὕτω διέξεισιν. Ἐπεὶ γοῦν ἐστὶν ἄναρχον φῶς ὁ πατήρ, γεννητὸν δὲ φῶς ὁ υἱός, φῶς δὲ καὶ φῶς ἑκάτερον, ὁμοούσιον εἶπεν αὖ δικαίως, ἵνα τὸ τῆς φύσεως ὁμότιμον παραστήσειεν.

conſubſtantialis Filio & connaturalis, quod ex eſſentia illius & natura eſt. Hoc enim modo vere conſubſtãtiale & connaturale eo erit vniuerſalius quod ex eſſentia & natura eſt, ſi tandem repetenda eſt oratio mihi paululũ in hiſce immorato; alteri rurſus conſubſtantiali & connaturali; quod ex natura & eſſentia eſt, vti magis ſingulare. Et hac ratione reliqua omnia conſequentur, quorum ſupra mẽtione inducta, ſingillatim commemorauimus.

XVI. Sed hæc penitiore indagine ad dialecticæ ſciẽtiæ elementa conſiderentur, ſecundum traditionem hominum, vt ait Apoſtolus, & non ſecũdum Chriſtum. Quod ſi hæc eadem ſublimius, vt rebus ſimilibus par eſt, & principis diuinitatis ſupernaturalis & ſuperſubſtãtialis Trinitatis pro dignitate, vti vires concedunt, inueſtigauerimus, ratio quæ in eadẽ eſt, conſubſtantialis & cõnaturalis apud pios nos alia eſt, & huiuſce magiſter accuratus eſt in diuinis præcelebris, magnuſq; doctrina Baſilius, qui de Patre & Filio conſubſtantiale ſolum in examen adducto Epiſtola ad Canonicas data de hoc verbis non alijs ediſſerit. *Cum igitur eſt abſque principio lumen Pater, genitum vero lumen Filius, lumen vero & lumen*

θείαις ὑποστάσεσιν, οὔτε σύνοδος τοιαύτη τὶς ἐπινοεῖται, οὔτε μὴν σύνθεσις. δεύτερον δὲ, ὅτι ἐνταῦθα μὲν προηγεῖται τῷ χρόνῳ τὰ δύο τοῦ ἑνὸς, συναΐδια δὲ τὰ τῆς Τριάδος πρόσωπα, τρίτον ὅτι ἐν μὲν τοῖς πλείοσι τούτων, ἕτερον τῷ εἴδει παρὰ τὰ δύο τὸ ἕν, ἀλλὰ κἀκεῖνα πρὸς ἄλληλα ἕτερα τῷ εἴδει. αἱ δὲ τῆς Τριάδος ὑποστάσεις τῆς αὐτῆς φύσεώς εἰσιν. ὥστε οὐ κατὰ τὰ ἔνυλα, καὶ τὰ ἄϋλα, οὐκ ἄρα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. οὕτω μὲν τὸ Κεφάλαιον. Προδιαληπτέον δέ γε περὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἵν' ἐντεῦθεν σαφὴς γένηται ἡ ἐξέτασις, οἷς ὁ τῶν ἐξετασθησομένων μάλιστα γεννήτωρ περὶ τὸ τέλος τοῦ τρίτου τῶν Κεφαλαίων φάσκει, μὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα εὑρίσκεσθαι τῇ γραφῇ. Ταράσιος μὲν οὖν ὁ ἔξαρχος τῆς παγκοσμίου συνελεύσεως τῆς τὸν ἑβδοματικὸν ἀριθμὸν πληρωσαμένης, διὰ Τόμου, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον ἅγιον πνεῦμα μετὰ τῶν ἄλλων διαγορεύεται, βεβαιωθέντος ὑπογραφαῖς οἰκειοχείροις τῶν αὐτῷ συνδεδραμηκότων θείων ἁπάντων Πατέρων, καὶ τοῦτο συνεπεκύρωσε, καὶ λοιποὶ πρὸ αὐτοῦ θηγόροι θεῖοι διδάσκαλοι κατὰ ῥῆμα παραδεδώκασι, πρὸς ὃ θεολογικῶν ἐκ διασαφήσεων πατρικῶν ματαιάζειν δείκνυον τοὺς διαπληκτιζομένους πρὸς τοὺς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ λέγοντας ἐκπορεύεσθαι,

μαχεσάμενοι τοῖς προβᾶσι καθ' ἡμῶν πανδήμοις δικαστηρίοις, ἐκεῖνοι μεγάλοι προήγοροι τῶν ἡμῖν ἀντικαθισάντων εἰς ἐννοιῶν συνθολώσεις τοῦ ἐκπορεύεσθαι καὶ ὁμωνυμιῶν ἑτερότητας ἀπηνέχθησαν, μὴ τὸ κατὰ σκοπὸν ἀποφῆναι ἰσχύσαντες. καὶ ὅπως ἐφεξῆς. μετὰ τὰς ἐπενηνεγμένας ἡμῖν πολυειδεῖς καταδίκας οἱ μέλανι συνθέμενοι καὶ χειρὶ ταῖς τῶν ἑτεροτήτων καινοφωνίαις τὴν εἰς δυσφημίαν αἰωμολόγησαν ἔκπτωσιν. γνοίη δ' ἂν ὁ ἐρευνῆσαι προθυμηθεὶς, εἰ καὶ αὖθις ἡ δυναστεία, καὶ τῇ τοῦ πλήθους νενευρωμένῃ ῥοπῇ, τὰ αὐτὰ θρασύνεται καθ' ἡμῶν καὶ διορθώσεις προβάλλεται τοῦ συγκρύπτειν, καὶ ταῖς εἰς τοῦτο ἀπαρνήσεσιν ἐν ταῖς πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίαις ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον οὐχ ἧττον ἐπιστρέφειν ἐλέγχεται. ὅμως πρὸς τὴν παροῦσαν ἐρώτησιν ἀφέμενοι τοῦ ἐντεῦθεν ἐπὶ τῇ ἐκπορεύσει ἀποκρίσεως θέσθαι, πολυμερῶς ἐπεὶ καὶ πολυτρόπως τοῖς τῆς ὑποθέσεως δόγμασι κρατύνεται πατρικοῖς ἐξ ἄλλων αὐτοῖς ἀπαστραπτόντων, φῶς ἀληθινὸν κατοπτεύσωμεν. ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ Ῥωμαῖοι πνεῦμα φάσκουσι τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, καὶ χορὸς ὁ θεῖος τῶν ἡμετέρων θεσπεσίων μυσταγωγῶν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ προϊέναι, καὶ προχεῖ-

stulte nimis agere, publicis aduersus nos præteritis annis iudicijs constitutis, refellere conati magni illi Viri, nostrorum aduersariorum defensores, ad confusas prauasque sententias, & Verbi *procedere* alios atque alios significatus, & varias homonymias confugerunt, cum non potuerint, quod illis propositum fuerat demonstrare. & quomodo id peractum sit, in sequentibus dicetur. Post diuersas ac multiplices in nos condemnationes, qui atramento manuque varijs hisce vocum nouitatibus assensum dedere, ad ignominiosum lapsum cecidisse se fassi sunt. idque plane agnouerit cui id in animo est efflagitare, licet rursus iterumque dominatus, impetu populari, eoque admodum valido adscito, eadem aduersus nos audacter iactet, & correctiones proponat, dum ea celare conatur, & eorum inficiatione in Apologijs suis contra nos editis, ad proprium vomitum non minus reuerti deprehendatur. Nihilominus ad præsentem interrogationem responsione in præsenti dilata, cum varijs multisque modis hoc argumentum Patrum enunciatis corroboretur, ex alijs quæ ipsos illuminant, verum lumen conspiciamus, *Ex Patre & Filio* Romani dicunt *Spiritum sanctum procedere*, & diuinus vniuersus Sanctorum nostrorum Patrum ac Ducum chorus ex Patre & Filio & *progredi*, &

effundi

fundi, & *apparere*, & *exilire*, & alijs non absimilibus dictionibus in omnibus suis diuiniloquis, & a Deo inspiratis dictis palam aperteque deprædicant, nec aliud præter hoc ipsum *procedere* has inferre, ijdem ipsi perquam perspicue intonant. Et ante alios cui ab immortalitate nomen est, in Colloquio, quod ipse instituit, Orthodoxi & Macedoniani hæc habet; *Absit vt hoc dicam adscititium esse in spiritu. Etenim neque sanctum, neque incorruptibile, neque immortale, neque bonum, neque aliquid aliud, quod de Deo consideratur, dico adscititium esse Spiritui sancto, sed natura sanctus, natura bonus, natura incorruptibilis est, tanquam qui Spiritus Dei est, & ex ipso exilit, idest procedit*, vt ex primo, qui in vniuersalibus sessionibus illustris habitus est, principium sumam. sed ne oratio longius protrahatur, ommissis alijs attentos figamus oculos ad ea quæ diuino afflatus spiritu Cyrillus dicit in Euangelicum sacrum dictum, *Spiritum veritatis, qui ex Patre procedit*, clamans, cuius apud omnes publica continuaque contra nos repetitio & conculcatio est. Hic etenim de eodem in sexto ad Hermiam suis sublimibus verbis, & vti Magistrum addecet, decernit: *Num tibi allatum eloquium innotescit, videsque*

ται, καὶ πέφηνε, καὶ πηγάζει, καὶ λοιπαῖς παραπλησίοις ῥηματικαῖς φωναῖς ἐν πάσαις ἀπηχῶς ταῖς σφῶν θεοπνεύστοις θεηγορίαις διαπρυσίως κηρύττουσι. καὶ μηδὲν ἄλλο παρὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι ταύτας λέγειν αὐτοὶ διασαφέστατα. αὐτίκα τοίνυν ὁ μὲν τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος, ἐν ᾗ ποιεῖται διαλέξει Ὀρθοδόξου καὶ Μακεδονιανοῦ τάδε φησί. Μὴ γένοιτό μοι εἰπεῖν ἐπίκτητόν τι ἐπὶ τοῦ πνεύματος. οὔτε γὰρ τὸ ἅγιον, οὔτε τὸ ἄφθαρτον, οὔτε τὸ ἀθάνατον, οὔτε τὸ ἀγαθὸν, οὔτε ἄλλο τι τῶν περὶ τὸν Θεὸν θεωρουμένων λέγω εἶναι ἐπίκτητον τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ἀλλὰ φύσει ἅγιον, φύσει ἀγαθὸν, φύσει ἄφθαρτον ὡς πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πηγάζον, ἤτουν ἐκπορευόμενον, ἵν' ἐκ τοῦ πρώτου τοῦ ἐν τοῖς οἰκουμενικοῖς διαλάμψαντος συνεδρίοις ποιήσωμαι τὴν ἀρχήν. ἀλλ' ὡς μὴ ἐπεκτείνοιτο τὰ τοῦ λόγου, τῶν ἄλλων ἐκστάντες ἐπιστατικοῖς ἐνατενίσωμεν ὀφθαλμοῖς εἰς ἃ φησὶ Κύριλλος ὁ θεόπνοος εἰς ῥῆσιν ἱερὰν Εὐαγγελικὴν τήν, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, φωνοῦντος, ἧς τὸ περιλάλητον καὶ ἀκίνητον καθ' ἡμῶν. ἔστι καὶ γὰρ περὶ αὐτῆς ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν ὑψηγορίαις ἤπου διδασκαλικαῖς ἀποφαίνεται, Ἆρά σοι σαφὲς τὸ παρενεχθέν ἐστι λόγιον, καὶ προσδέδορκας, ὅτι πνεῦμα μὲν ἀληθείας ὠνόμασε τὸν Παράκλητον,

ἔφη γε μὴν, ὡς πρόεισιν ἐκ πατρός, ἴδια πάντα δεικνὺς ἑαυτοῦ τὰ τοῦ πατρός. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ πρὸς τὸν αὐτόν. Συνίης οὖν ὅπως ὡς ἴδιον ἐπαγγέλλεται καταπέμψειν ἡμῖν τὸ ἐκ τοῦ πατρός. καὶ πνεῦμα μὲν ἀληθείας ἀποκαλεῖ, προχεῖσθαι γε μὴν ἐξ αὐτοῦ διωρίσατο τοῦ πατρός. καὶ μὴν ὅτι καὶ μαρτυρήσει περὶ αὐτοῦ προμεμήνυκεν. Εἰ γοῦν Κύριλλος ὁ θεόφρων αὐτὸν τὸν Σωτῆρα μαρτύρεται φάναι, ὡς πρόεισι καὶ προχεῖται, οἷς εἴρηκεν ἐκπορεύεται, πῶς ποτέ τις ἐρεῖ, ὡς ἄλλο καὶ ἄλλο εἰδὼς κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ νοὸς ὁ ἱερομύστης ὅτι τὸ πρόεισι, καὶ προχεῖται, καὶ ἐκπορεύεται οὕτως ἔφησεν. ἢ μᾶλλον ὁ ταῦτα φθεγγόμενος. πῶς οὐκ ἀντικείμενος ἐμφανῶς ἔσεται, τῷ τε θεοσόφῳ μυσταγωγῷ, καὶ τολμηρότερος ἐπὶ τῇ κατ᾽ αὐτὸν κυριακῇ θεοστόμῳ φωνῇ; μέντοι γε καὶ μὴ οὕτως ἔχειν οἱ ἀντιπίπτοντες, ἐπεὶ μηχανήσασθαι πόρον εὑρεῖν οὐκ ἔχον, εἰς τὸν ἀπὸ κοιλίας κἀνταῦθα συνήθη σφίσι τῆς ὁμωνυμίας κανόνα χωροῦσιν. ἐπὶ μὲν τοῦ πατρὸς ἐν οἷς ἐξ αὐτοῦ τὸ ταυτὸν καὶ σύνδρομον τῆς διανοίας ταῖς διαληφθείσαις καὶ λοιπαῖς ὁμοίαις φωναῖς ὁμολογοῦντες τῷ ἐκπορεύεται, ἐν οἷς δὲ ἐξ υἱοῦ τὸ μὴ σύνδρομον. κἀντεῦθεν ἐν οἷς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἅμα μερίζειν ἄλλως τε καὶ ἄλλως ἁρμόζειν τὸ κατὰ νοῦν ἐπιτάττοντες. οὕτως

videsq; Spiritum veritatis Paracletum nuncupasse? Dicit enim progredi ex Patre, omnia sibi propria quae Patris sunt ostendens. Idem ibidem ad eundem. *Intelligis itaque qua ratione uti proprium promittit nobis mittere qui ex Patre est? & Spiritum quidem veritatis appellat, effundi vero ex ipso Patre definiuit. quin etiam testimonium de se laturum praenunciauit.* Si itaque Cyrillus diuina mente praeditus testimonio suo confirmat, ipsum Saluatorem dixisse, *eum progredi & profundi*, quod ille dixerat, *procedit*, quomodo quispiam affirmauerit, aliud & aliud, cum sciat secundum veram intelligentiam, sacrorumque mystam *profundi*, & *progredi*, & *procedere*, ita pronunciasse? aut potius qui similia asserit, quomodo palam diuino mystagogo & Dominicae & a Deo prolatae, id ipso asserente, voci, non audacius aduersabitur? Nihilominus cum haec non ita se habere, non possent inficias ire aduersarij, ad consuetam sibi regulam homonymiae e ventre erutam confugiunt cum de Patre affirmatur *ex ipso*, idem & concordans sententiae cum voce *procedit*, in iam allatis & in alijs similibus vocibus approbantes, cum vero *ex Filio*, minime concordans: indeque in quibus est, *ex Patre & Filio*, simul diuidunt, & alio atque alio modo sententiam

tiam intelligi præcipiunt. Attamen hic qui in cœlum ascendit, & Deum & hominem Dominum harum vocum æquales vires edicentem ostendit, tanquam huiusce Spiritus muneribus diuiniloquus existens, nec non etiam ex eiusdem donis diuina locutione ditatus, & futura prospiciens alius, erroneas hasce cogitationes diuersarum significationum multo ante refellit prouide, dum in *profundi* & similibus alium atque alium significatum palam sonoreque reprobat. Nanque Oratione ad Nestorium, cuius illud principium est, *Qui amat patrem aut matrem super me; non est me dignus*, ita decernit. *Licet sit in hypostasi propria spiritus, qua spiritus & nō Filius est. Veruntamen non est alienus ab ipso. Vocatus siquidē est Spiritus veritatis, & est Christus veritas, & profunditur ab ipso, vti scilicet ex Deo & Patre.* Et in illud, *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*, sic ait. *Nanque Dei & Patris bonorum cum sit particeps Filius, habet Spiritum eo ipso modo, quo intelligitur etiam Pater habere*. In Interpretatione Ioëlis Prophetæ in illud, *Effundam ex Spiritu meo*, sic loquitur; *Qua enim Deus est, & ex Deo secundum naturam Filius, generatur siquidem ex Deo & Patre, proprius illius, & in ipso*

γε μὴν ὁ οὐρανοβάμων, ὁ τὸν θεάνθρωπον δεσπότην, τὸ ταυτοδύναμον δηλῶν τῶν τοιῶνδε λέξεων ἐκφωνοῦντα, ὡς ἐκ τῶν τοῦ πνεύματος τούτου χαρισμάτων θεορρήμων ὑπάρχων. ἔτι τε καὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ δωρημάτων θεορρήμων ἔμπορος καὶ προόπτης τὰς ἐπισφαλεῖς ταύτας ἐπινοίας τῶν ἑτεροτήτων φθάσας ἀπορραπίζει, ἐν οἷς οἱ τὸ ἄλλως ἐν τῷ προχεῖται, καὶ τοῖς λοιποῖς τὸ, καθαρῶς οὕτω διαρρήδην ἀναβοῶν. ἐν γὰρ τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ὁ φιλῶν πατέρα, ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, οὕτω θεολογεῖ, Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός. ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται. καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ εἰς τὸ, ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, οὕτω φησί. Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀγαθῶν ὑπάρχων κοινωνὸς ὁ υἱὸς ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ νοοῖτο ἔχειν καὶ ὁ πατήρ. ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν Προφήτην Ἰωὴλ τῇ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, οὕτω διέξεισιν. Ἧι μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς, γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ

πατρός. Ἵν' οὖν πρὸς τὰ ἐκ ῥήματος τὰ δὲ φωναῖς ἐνίας καὶ τὰς ἐξ ὀνόματος παραθείημεν. Γρηγόριος ὁ κατ' ἐξοχὴν τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος ἐν μὲν τῷ πρὸς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον λόγῳ φησίν. Ἴδιον πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῶν Εἰρηνικῶν. Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτως ἔχομεν, ὥστε ὅπως μὲν ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα σχέσεώς τε καὶ τάξεως αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι μόνον, καὶ οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀποκαλύψῃ κεκαθαρμένοις ἢ νῦν, ἢ ὕστερον. αὐτοὶ δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἰδέναι φύσιν θεότητος, ἀνάρχῳ, καὶ γεννήσει, καὶ προόδῳ γνωριζομένην. ὃ οὖν ἐκεῖ τὴν ἀγεννησίαν, τοῦτο διαφανῶς ἐνταῦθα τὸ ἄναρχον εἴρηκεν. ἐπεὶ καὶ τοῦτο τοῦ πατρὸς ἴδιον, ὡς ἐξ οὐδενὸς καὶ ὡς ἀναιτίου, τῶν δύο τόδε μὴ κεκτημένων, ὡς ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ κατὰ διάφορον ὕπαρξιν, καὶ κατὰ χρόνον συνανάρχων τούτῳ. καὶ χρονικῆς ἁπάσης ἐμφάσεως ὑπερκειμένων. τὴν γέννησιν δὲ κἀνταῦθα, κἀκεῖ διὰ τῆς αὐτῆς ἐκφωνήσεως. καὶ ὅπερ ἐκεῖσε τὴν ἔκπεμψιν, ἐνταῦθα τὴν πρόοδον. ἄμφω λέγων, ὡσεὶ τὴν ἐκπόρευσιν ἔφησεν. ἐν δὲ τῷ περὶ τοῦ Πνεύματος ἀντιρρητικῷ, τὴν ἔκπεμψιν, καὶ

in ipso & ex ipso est spiritui, quemamdmodũ & ex ipso intelligitur Deo & Patre. Vt igitur præ his dictis nonnulla etiam alia nominatim apponamus, Gregorius, qui ob excellentiam Theologi nomen cõsecutus est, Oratione in Heronem Philosophum ait. *Proprium quidem Patris est non generari, Filij generari, Spiritus emitti*. & in secunda de Pace; *Ita sentimus, ita tenemus, adeo vt quomodo ipsa se habeant inter se, & referantur, & ordinentur, ipsi soli Triadi scire tantummodo concedamus, & quibus expurgatis, vel nunc vel in posterum Trias reuelauerit. Nos vero vnam eandemque naturam diuinitatis cognoscimus, quæ citra principium generatione & progressu deprehenditur*. Quod itaque ibi *non generari*, palam hic *citra principium* enunciauit. Quandoquidem hoc Patris proprium est, tanquam qui ex nullo est & absque causa, cum duo illud non possideant, tanquam quæ ex ipso sunt vti ex principio secundum diuersam existentiam, etsi tempus respicias cum illo principij quoque expertia, & temporali omni expressione superiora. Generationem vero hic & ibi per eandem verbi prolationem, & quod ibi dixit, *emissionem* hic *progressum*, hisce duobus, vnam processionem significauit. In Antirrhetico vero de Spiritu, *emissionem*, & *progressum*, & *apparitionem* nuncu-

pauit. sic enim orationem disponit, quasi aduersarius loqueretur. *Quid itaque est quod deest spiritui, ne Filius sit. Etenim si nihil deficeret, Filius vtique esset*, tum subdit; *Non deesse fatemur: neque enim Deus imperfectus est. Veruntamen apparitionis vt ita dicam, vel relationis mutuæ diuersitas, diuersam quoque appellationem effecit.* Manifesto enim ex diuerso modo existentiæ, processione scilicet, quam *apparitionem* hic nuncupat, Spiritus Filius non esse agnoscitur, & hinc appellationum diuersitas indicatur, & æque atque fratres coniungi, vti Hæretici somniant, reijcit. Vnde & Ecclesia omnia iā dicta sequens, concinens in Canticis clamat, *Absque principio, & generatione, & progressu, Patrem adoro generantem, Filium glorifico generatum, hymnis concelebro Spiritum sanctum, qui vna cum Patre & Filio eluxit.* Hæc cum ita se habeant, & in rebus theologicis Viro non contemnēdo de verbis & nominibus, quæ in diuinis dogmatibus exponendis ac proferēdis vsurpātur, decernente, *Neque enim de nominibus contendemus, dummodo eandem sententiam eorum syllabæ exprimant*, Interrogatio, de qua nunc agitur, quomodo subsistet, si quæ illa *processionis* nomine colligere contendit, illa eadem, & *effusionis*, & *progressus*, & *emissionis*, & *effluxus* & *apparitionis* nominibus colli-

τὴν πρόοδον, ἔκφανσιν προσηγόρευσε. πέπονθε γὰρ οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου. Τί οὖν ὃ λείπεται τῷ πνεύματι εἰς τὸ εἶναι υἱόν; εἰ γὰρ μὴ λεῖπόν τι οὖν, υἱὸς ἂν ἦν, ἐπιφέρει δέ. Οὐ λείπειν φαμέν. οὐ γὰρ ἐλλιπὴς Θεός. τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως ἵν᾽ οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον καὶ τὴν κλῆσιν αὐτῶν πεποίηκεν. ἀριδήλως γὰρ ἐκ τοῦ διαφόρου τρόπου τῆς ὑπάρξεως. ὡς ἡ ἐκπόρευσις, ἣν ἔκφανσιν ἐνταῦθα καλεῖ, μὴ τὸ πνεῦμα υἱὸν εἶναι γνωρίζεται, καὶ τὸ τῶν κλήσεων ἐντεῦθεν φανοῦται διάφορον, καὶ τὸ ἀδελφικῶς ἄμφω ἑνῶσθαι κατὰ τοὺς αἱρετίζοντας ἀποπέμπεται. ὅθεν καὶ ἡ Ἐκκλησία τοῖς ῥηθεῖσιν ἅπασιν ἑπομένη ψάλλουσα μελῳδικῶς ἀνακράζει, ἀνάρχῳ καὶ γεννήσει τε καὶ προόδῳ πατέρα προσκυνῶ τὸν γεννήσαντα, υἱὸν δοξάζω τὸν γεννηθέντα, ὑμνῶ τὸ συνεκλάμψαν πατρὶ καὶ υἱῷ πνεῦμα ἅγιον. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων. τοῦ τ᾽ ἀκρέμονος ἐν θεολογίαις ἐπί τε ῥημάτων, καὶ ὀνομάτων ἐν τοῖς εἰς τὸ θεῖον δόγμασιν ἁπλῶς καὶ φωνήμασιν ἀποφαινομένου. οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν, ἡ περὶ ἧς ὁ λόγος ἐρώτησις ποίαν ἕξει τὴν σύστασιν, εἴπερ ἃ συνάγειν ἐπείγεται τὴν ἐκπόρευσιν, ταῦτα καὶ πρόχυσις συναγάγῃ καὶ πρόοδος,

ἐκπέμψεις, πηγασμός τε, καὶ ἔκφανσις. ἀλλὰ καθόλου τὸν ἔλεγχον στήσαντες καὶ κατὰ μέρος διέλθωμεν, ἐκπόρευσις ἡ κατ᾽ ἐρώτησιν. ἡ πρόοδος ἡ καθ᾽ ἡμᾶς, ζυγομαχία γὰρ οὐδεμία κατὰ διάνοιαν, ἡ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἁπλῆ ἐστι καὶ ἑνιαία, καὶ οὐ διπλῆ. ὅμως ὁ ἐρωτητὴς τὸ μὴ εἶναι δύνασθαι ἁπλοῦν ἐκ δυάδος, εἰς ἀνατροπὴν λαμβάνει, παραδείγματι τῷ τοῦ ἀριθμοῦ εἰς πίστωσιν χρώμενος. ὁ γοῦν ἐν θεολογίᾳ γρήγορος νοῦς τὴν ὑπεράρχιον Τριάδα θέλων εἰκονίσαι πρὸς ἑαυτὴν ὡς ἔχει, προσαναφωνῶν φθάνει, κἂν ὁμοίωσίς τις εὑρεθῇ φεύγει τὸ πλέον ἀφέν με κάτω μετὰ τοῦ ὑποδείγματος, καὶ καθεξῆς ἥλιον ἀκτῖνα καὶ φῶς ὀφθαλμὸν πηγήν τε καὶ ποταμὸν, καὶ λοιπὰ παραπλήσια τῆς ἀμυδρᾶς ὁμοιώσεως τίθησι παραδείγματα. ὅτε χρυσοῦς τὴν γλῶσσαν ἐν ἑρμηνείαις τῶν ψαλμῶν, Ῥίζα φησὶ πίστεως ὁ πατὴρ, κλάδος ἀμάραντος ὁ υἱὸς, καρπὸς ἀθάνατος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ τῶν θεοφορήτων ἄλλοι τὰ αὐτὰ, ἕτερά τε τούτοις παρεμφερῆ, ἵνα μὴ ἀπαριθμοίην καθέκαστα, ἐξ ὧν οἱ θεόφρονες ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς, τὴν ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ τοῦ πνεύματος εἰκονίζουσιν ἔκφανσιν, ὡς ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸν ποταμὸν διὰ τῆς πηγῆς, ὡς ἐκ τῆς ῥίζης διὰ τοῦ κλάδου τὸν καρπόν. ἀλ-

colliguntur. Sed cum in genere quidem refellimus, per partes etiam rem examinemus. *Processio*, quæ in Interrogatione est, siue *progressus*, vt nos dicimus, neque enim de sententia condenditur, ex Patre & Filio Spiritus sancti, simplex est vnaque, & non duplex, licet Interrogans eam simplicem esse non posse ex duplari numero redarguere conetur, exemplo numeri ad dictum suum confirmandum assumpto. Veruntamen in theologicis mens vigilis cum exemplo supra omne principium Triadem in se ipsa vti habet, exprimere cupit, clamauit. *Licet similitudo quædam reperiatur, quod plus est fugit, relinquens me infra cum exemplo*, tum deinceps solem radium & lumen, oculum fontem & fluuium, aliaque tenuis similitudinis exempla proponit. Et qui aurea lingua præditus est, in expositione Psalmorum, *Radix*, ait, *fidei Pater, ramus immarcescibilis Filius, fructus immortalis Spiritus sanctus*. & ex diuinis Patribus alij hæc eadem, vel alia hisce non dissimilia, ne singula recenseam, quibus diuina mente præditi Patres, vti ex sole per radium lumen, ex Patre per Filium Spiritus apparitionem exprimunt, vti ex oculo fluuium per fontem, vti ex radice per ramum fructum: sic etiam ex radio possumus dicere, nec non ex ramo, & ex fon-

te, de eo quod exprimitur per Filium & ex Filio, cum ambæ hæ præpositiones in naturali progressus mediatione, vti diuiniloqui Patres asseuerant, eadem vi polleant. Atenim cum interrogans, neque alijs neque exemplis, qui eum præcesserunt, diuinorum pietatis principum, sed proprijs insistat, eorum quoque dicta non ab ipso, sed a veritate emanantia, vti illi lucidissime irradiare, demonstrabitur. Numerus enim diuisi est, ex quo enascitur, non continui & secundum diuisionem singulariter prouenit, non secundum compositionem, ex vnitate dualitas, & ex dualitate trias, non quæ componatur, sed ex dualitate veluti ad vnitatem, quæ ante ipsam est, aut ex vnitate per dualitatem simplicem. Quando igitur Deus vnum & Trinitas est. & vt vnum, neque numerum, neq; medium, neque ordinem neque similia suscipit. Vndenam enim in vno, quod supra omne vnum est, & quantitas & medium & ordo in pluribus, aut tribus minimum consideraueris? vti vero tria hæc, sed diuino quodam modo, & cogitationibus Deo ipso addecentibus admittit, & exemplum numeri, qui determinatæ quantitatis est in similitudinem assumetur, cum & Trinitas proprietatibus secundum

λαὶ καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ἔστι λέγειν, ἐκ τοῦ κλάδου τε, καὶ ἐκ τῆς πηγῆς, ἐπί τε τοῦ εἰκονιζομένου διʼ υἱοῦ τε καὶ ἐξ υἱοῦ ἑκατέρων κατὰ τῶν θεηγόρων προθέσεων ἐπὶ τῇ φυσικῇ μεσιτείᾳ τῆς προόδου τὸ ταυτοδύναμον ἐχουσῶν. τοῦ μέντοι γε ἐρωτῶντος μήτʼ ἐν ἄλλοις, μήτʼ ἐν παραδείγμασι τοῖς ἐκ τῶν θεόθεν προηγορῶν τῆς εὐσεβείας ἐνασμενίζειν βεβουλημένοις τοῖς δʼ οἰκόθεν καὶ τὸ σφέτερον δὴ τοῦτο δειχθείη μὴ παρʼ αὐτοῦ, πρὸς δὲ τῆς ἀληθείας ὑπάρχον, ὡς οὗτοι περιβάλλουσι φανοῦνται. ἀριθμὸς μὲν γὰρ τοῦ διῃρημένου παρʼ ὃ πέφυκεν, οὐ τοῦ συνεχοῦς, καὶ κατὰ διαίρεσιν μοναδικῶς προϊὸν οὐχὶ κατὰ σύνθεσιν, ἐκ μονάδος δυάς, καὶ ἐκ δυάδος Τριὰς οὐ συντεθειμένης, ἀλλʼ ἐκ δυάδος ὡς πρὸς μονάδα τὴν πρὸ αὐτῆς, ἢ ἐκ μονάδος διὰ δυάδος ἁπλῆς. ἐπεὶ οὖν τὸ θεῖον ἓν καὶ Τριάς ἐστι, καὶ ὡς μὲν ἓν ἀπαράδεκτόν ἐστι καὶ ἀριθμοῦ, καὶ μεσότητος, καὶ τάξεως, καὶ τῶν τοιούτων. πῶς γὰρ τῷ ἑνὶ τῷ ὑπὲρ πᾶν ἓν ὄντι ποσὸν καὶ μέσον καὶ τάξις ἐν πλείοσιν, ἢ τρισὶ τοὐλάχιστον ταυτὶ θεωρούμενα; ὡς δὲ τρία τοῦτων ἐστὶ δεκτικὸν πλὴν καὶ οὕτω θεοπρεπῶς, καὶ ταῖς περὶ Θεοῦ καταλλήλως ἐννοίαις, καὶ τὸ τοῦ ἀριθμοῦ παράδειγμα τοῦ διῃρημένου ποσοῦ τυγχάνον εἰς εἰκασίαν παραληφθήσεται, καθὸ καὶ ἡ Τριὰς διαιρεῖται, ταῖς κατὰ τὴν πρόοδον ὑποστα-

cundum

καῖς ἰδιότησι. διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, καὶ συνάπτεται διῃρημένως τῷ παραδόξῳ τῆς θείας μεγαλειότητος. τὸ λοιπὸν πρόσεχε πρὸς Θεοῦ ὁ ἀκροατής. προθέμενος ὁ ἐρωτῶν, ὡς διαπορούμενος, πῶς ἐκ τῆς ἀΰλου δυάδος τὸ ἓν εἶναι δύναται, καὶ παραυθὶς τὴν αἰτίαν ἐπαγαγών, τοῦ μὴ δυνατόν, τὴν μονάδα αἴτιον εἶναι καὶ οὐ δυάδα, ὡς ἐθέλων διὰ μέσης προτάσεως τοῦ, ὅτι ἓν τὸ αἴτιον καὶ οὐ δύο, συμπεράναι τὸ μὴ ἐκ τῶν δύο τὸ ἓν εἶναι, τοῦτο γὰρ ἀπῄτει τὸ προταθὲν ἐξ ἀνάγκης. ὁ δὲ διὰ τῶν μεταξὺ λόγων αὐτὸ μᾶλλον κατασκευάζας, ἐν οἷς φησι. μονὰς γὰρ εἰς δυάδα κινεῖται, κἀκεῖθεν εἰς Τριάδα, τοῦτο δὲ τί ἄλλο, ἢ ὅτι ἐκ μονάδος δυὰς, καὶ ἐκ δυάδος τριὰς, ὅπερ τὸ ἓν κατὰ τὸ διωρισμένον τοῦ ἀριθμοῦ, ὡς ἐλέγομεν, ὃ καὶ ὁ περίπυστος ἐν θεολογίᾳ συντίθησι φάσκων. μονὰς γὰρ εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. συνεπέρανε, τὸ μὴ τὰ δύο αἴτια εἶναι τοῦ ἑνὸς, ἀλλὰ τὸ ἓν τῶν δύο. ἔστι δὲ αἴτιον τοῦ ἀνακολούθως εἰπεῖν, καὶ μὴ κατὰ τὸ προβληματισθὲν τὸ συμπέρασμα θεῖναι, τὸ οἴεσθαι δύο αἴτια εἰσάγειν, εἰ λέγει τις ἐκ τῶν δύο τὸ ἕν. τοῦτο δὲ οὐδαμῶς. ἔστι μὲν γὰρ ἐκ δυάδος τὸ ἕν. ἐκ δύο δηλαδὴ μονάδων ἡ τρίτη μονάς. εἰ μὲν οὖν ἐκ δύο αὐτοδιῃρημένων ἦν,

cundum progressum determinetur: nanq; indiuise diuiditur, & diuise admirabili diuinæ magnificentiæ modo coniungitur. Interim attento animo sis per Deum, o Auditor. Cum interrogans sibi proposuisset, quasi addubitans, Qua ratione ex immateriato duplari numero vnum esse possit, & per quam subito causam adnectens fieri nō posse, vt vnitas causa sit, & non dualis numerus, quasi vellet per mediam propositionem, vnum nempe esse causam & non duo, concludere vnum ex duobus non esse: hoc siquidem quod proposuit necessario requirebat, ipse nihilominus per interpositas rationes id ipsum magis confirmat, cum ait, vnitas enim in dualitatem mouetur, indeq; in trinitatem, id vero quid est aliud quam ex vnitate dualitas, & ex dualitate trinitas, quod est vnum secundum determinatum numerum, vt dicebamus? & in Theologia præcelebris cōcordat, cum inquit, *Vnitas enim in dualitatem mota, in Trinitate subsistit*, conclusit, duo vnius causam non esse, sed vnum duorum. Causa vero est, adeo inconsequenter, & non secundum propositum problema conclusionem colligere, quod opinetur, duas causas introducere, si quis dixerit, ex duobus vnum esse. Sed id nullo modo est, nanque est ex dualitate vnum, ex duabus scilicet

licet vnitatibus tertia vnitas. Igitur si ex duobus a se disiũctis esset, aut ita diuisis, vt vnũ ad alterum nõ referretur, neq; ab illo existeret, neque medium esset in progressu, si inquam hoc modo se haberet, & tertium non tertiũ, sed secundum hinc & hinc inter ambo consideraretur, & non secundũ seriei asseruientem egressionem, non incongrue duorum principiorum, & duplicis causæ ratio introduceretur. Veruntamen cum hæc ex aduerso se habeant, & tertia vnitas per mediã vnitatem ex prima & principali monade, quod sit possideat, inde ergo & media vnitas causam trahit, illamque principium atque originem sui agnoscit, vt perspicue vna sit. Consideremus igitur quænam rerum diuinarum Interpretes, primum, & medium, & tertium, & illud ex duobus de diuinitatis principibus hypostasibus assumentes, Theologorum more decernunt. Et primus, qui monadem in dualitatem motam in Triade substitisse asseruit, quod interrogans digito monstrasse videtur, in monitis ad Virgines Heroico carmine conscriptis, sic inquit, *Vnus Deus ex genitore per Filium stetit*, postmodum, *Permanente diuinitate in perfectis perfecta*. Huius concors & cognominis Nyssenorum lumen Oratione de sancto Spiritu contra Macedonianos scribit. *In quibus enim quæ secundum*

ἢ διῃρημένων οὕτως, ὡς τὸ ἕτερον μὴ πρὸς τὸ ἕτερον ἀναφέρεσθαι. μήτ' ἐξ ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχειν, μήτε μεσότητα τὴν κατὰ τὴν πρόοδον. ἢ γὰρ ἂν ἦν οὕτω, καὶ τὸ τρίτον οὐ τρίτον, ἀλλὰ δεύτερον ἑκάτερον ἔνθεν καὶ ἔνθεν θεωρουμένων, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἑξῆς τοῦ τάγματος προέλευσιν. εἰκότως ἂν ὁ τῆς δυαρχίας, καὶ τῆς διπλῆς αἰτίας λόγος εἰσήγετο. ἐπεὶ δὲ ταῦτα κατὰ τὸ ἔμπαλιν, καὶ ἡ τρίτη μονὰς διὰ τῆς μέσης μονάδος ἐκ τῆς πρώτης καὶ ἀρχικῆς τὸ εἶναι πλουτεῖ, ὅθεν καὶ ἡ μέση μονάς. ἐκεῖθεν ἄρα καὶ τὴν αἰτίαν ἕλκει, κἀκείνην ἀρχὴν οἶδε καὶ ῥίζαν, ὡς μίαν εἶναι διαφανῶς. ἴδωμεν οὖν οἷάπερ οἱ τῶν θείων ἐκφάντορες· τὸ πρῶτον, τὸ μέσον, τὸ τρίτον, τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἐπὶ τῶν θεαρχικῶν λαμβάνοντες ὑποστάσεων θεολογικῶς ἐκδιδάσκουσι, καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ τὴν μονάδα κινηθεῖσαν εἰς δυάδα μέχρι τριάδος στῆναι φθεγξάμενος, ὃ καὶ ὁ τὴν ἐρώτησιν προφέρων φαίνεται διαγγέλλων, ἐν οἷς ἡρωΐζει τὰς πρὸς Παρθένους ὑποθήκας, οὕτω φησίν, Εἷς Θεὸς ἐκ γενέταο δι' υἱέος ἔστη. μετά τινα, ἱσταμένης θεότητος ἐνὶ τελείοισι τελείης. ὁ σύμφρων τούτου καὶ ὁμώνυμος Νυσσαέων λαμπτὴρ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ Μακεδονιανῶν λόγῳ, φησίν. Ἐφ' ὧν γὰρ ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν

ἐλάττωσιν, ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστιν εὔλογον τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεως τινὸς ἢ κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι. ὥσπερ αὖ εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα, αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν, ἔπειτα κατασκευάζει πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τὴν δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν, τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λέγεσθαι, κἂν παραπλησίως καίῃ καὶ φαίνῃ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. ὁ θεοφανέστατος Ἐπιφάνιος ἐν βίβλῳ τῇ καλουμένῃ Ἀγκυρωτῷ, φησί. Πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας ἐστί, φῶς τρίτον παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, Ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστός. ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Κύριλλος γε μὴν ὁ θεσπέσιος διασαφῶν ταῦτα καὶ σαφηνίζων, καὶ τὸ ἐκ καὶ διὰ ἰσοδύναμον ἐπὶ τῆς μεσότητος τοῦ υἱοῦ σὺν ἄλλοις παριστάνων πλείοσι τῶν Πατέρων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Παλλάδιον οὕτω

dum bonum operatio est, nullam imminutionem, aut immutationem habet, quomodo rationi consentaneum fuerit, ordinem qui ex numero oritur, imminutionis alicuius, aut secundum naturam immutationis signum esse existimare? Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdiuisam flammam conspiciens, causam vero tertij luminis supponamus esse primam flammam, ex communicatione cum medio extremum inflammantem, postmodum astrueret, in prima flamma abundare calorem, eam vero quæ subsequitur immutari, & paulatim imminui; tertiam neque ignem amplius censendam esse, licet æqua ratione adurat & splendeat, omniaque ignis operetur. Et a Deo nobis ostensus Epiphanius in libro Ancyroto dicto, ait. *Spiritus sanctus, Spiritus veritatis est, lumen tertium a Patre & Filio.* Idem in eodem libro. *Ambo inhabitant in homine iusto Christus & spiritus illius. Quod si Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, & Spiritus ex Christo, aut ex ambobus, vt dicit Christus, qui a Patre procedit, &, hic de meo accipiet.* Diuinus porro Cyrillus hæc explanans, atque declarans, & præpositionum *Ex* & *Per* æquales vires de mediatione Filij cum alijs plerisque Patribus designans libro primo ad Palladium hunc in modum decernit. *Mutabilis*

tabilis autem nullo modo est Spiritus sanctus, aut si mutationi obnoxius est, ad ipsam diuinam naturã vituperatio recurret, si est Dei & Patris, necnon & Filij essentialiter ex ambobus, ex Patre nempe per Filium profusus Spiritus. Et cum hæc ita edicantur, ex dualitate non posse vnum esse, & alio quoque modo ex ipsa numerorum positione reprobatum, vbi sistetur? Et cuius erit prudentiæ illis, contra quos sese opponit, dum vice versa, ex dualitate vnum asseuerare, vti absurdum, demonstrat, sua probans appingere? Fieri nequit ex propositis nostris dictis, nec simpliciter ab aliquo affirmabitur de numeris, ex tertio & secundo primum, & de figuratis per numeros deitatis hypostasibus, ex Spiritu & ex Filio Patrem esse. Hoc enim infert quod vice versa deducitur, si ad definitiones & propositiones necessario reducenda sunt, quæ simili modo effutiuntur. Sic ex rebus non subsistentibus sunt, quæ ab interrogante comprobantur. Et propositio illa ex vno duo communiter ab vtraque parte asserta, illis quidem qui ex ambobus vnum dicunt, firma atque stabilis est: vtraque enim diuiniloqui tradiderunt, vti ex ambobus vnum, ex Patre nempe per Filium Spiritum, sic ex vno duo, & ho-

θεολογεῖ. τρεπτὸν δὲ οὔτοι πω τὸ πνεῦμα ἐστίν. ἢ εἴπερ τὸ τρεπτὸν θέμις νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν. εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. καὶ τούτων οὕτω κηρυττομένων, τὸ ἐκ τῆς δυάδος μὴ δυνατὸν τὸ ἓν εἶναι, καὶ ἄλλως ἐληλεγμένον ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν ἀριθμῶν παραθέσεως, ποῦ στήσεται; ποῖον δὲ καὶ τὸ λελογισμένον ἕξει, προσάπτειν τοῖς πρὸς οὓς τὸ ἐναντιοῦται, τὸ καθ' ὑποστροφὴν ἐκ τῆς δυάδος τὸ ἓν λέγειν, ὡς ἄτοπον τούτου δεικνυμένου, κατασκευάζον τὸ σφέτερον; ἔστιν οὐχ ὅπως ἐξ ὧν παρεθήκαμεν, ὅλως δὲ οὐδενὶ πιθανῶς ἀγορεύειν ὅτι τῶν ἀριθμῶν ἐκ τοῦ τρίτου καὶ δευτέρου τὸ πρῶτον. ὅτι τε τῶν εἰκονιζομένων τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ἐκ τοῦ πνεύματος καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα. τοῦτο γὰρ τὸ καθ' ὑποστροφὴν, εἴπερ εἰς ὅρους ἀνάγκη πάντα καὶ προτάσεις λαμβάνειν τὰ τοιῶσδε λεγόμενα. οὕτως ἐξ ἀνυποστάτων τὰ τῷ ἐρωτήσαντι κατασκευαζόμενα. καὶ πρότασις δὲ ἡ ἐξ ἑνὸς τὰ δύο κοινῶς ἑκατέροις μέρεσιν ὡμολογημένη, τοῖς μὲν ἐξ ἀμφοῖν φωνοῦσι τὸ ἕν, καὶ ἤδη τὸ στερρὸν καὶ πάγιον ἔσχηκεν, ἄμφω γὰρ οἱ θεηγόροι παραδεδώκασιν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἕν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα, οὕτως ἐξ ἑνὸς τὰ δύο

rum

καὶ τούτων δι' ἑτέρου τὸ ἕτερον, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα, κατὰ διορισμὸν προσώπων τῶν θεικῶν δογματίζοντες. καὶ τὸ εἰς εἰκασίαν τοῦ ἀριθμοῦ διωρισμένον οὐ διαπέπτωκεν. οἱ δ' αὐτὸ τὸ ἐξ ἑνὸς τὰ δύο τὸ τῆς κοινῆς ὁμολογίας κρατύνοντες ἕτεροι, πῶς ἂν τὸ κατὰ διάκρισιν, ἐπί τε τῆς σφῶν εἰκόνος, καὶ τῶν εἰκονιζομένων ὑπερουσίων τριαδικῶν προσώπων συνιστάμενον ἔχωσι, καὶ οὐ μᾶλλον τὸ κατὰ σύνθεσιν, μήτε τὸ ἐξ υἱοῦ, μήτε τὸ δι' υἱοῦ προσιέμενοι; ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ ἐξ ἑνὸς ἄμφω ἐκ θείας τῶν Πατέρων γραφῆς, οὕτως ἔχον ὡς ἔφημεν, πιστωθείη, πανταχοῦ τῶν θεοπνεύστων αὐτῶν ῥημάτων κατεσπαρμένον, ὁ θεοειδὴς τῶν Νυσσαέων ποιμὴν ἐν τούτοις πιστώσεται, πρὸς Ἀβλάβιον οὕτω θεολογῶν. Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα. ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν. τῷ τὸ μὲν αἴτιον εἶναι πιστεύειν, τὸν πατέρα λέγων, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, τὴν δυάδα τῶν προσώπων υἱοῦ καὶ πνεύματος, ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρός. εἶτα δι' ἑτέρου τὸ ἕτερον, ἐπάγων, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν, κατ' ἐπανάληψιν αὖθις φάσκων, ἐκ τοῦ ἑνός. εἶτα τὴν διαφοράν. τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ πνεῦμα δηλα-

rum vnum per aliud, ex Patrē nempe per Filium Spiritus, secundum diuisionem personarum diuinarum decernentes, sic etiam quod in similitudine numeri præscribitur, non amittitur. Qui vero illud, *ex vno duo*, quod apud omnes in confesso est, astruunt, quomodo illud secūdum distinctionem de sua propria imagine, & ijs quarum imago est, supersubstantialibus tribus personis confirmare poterunt, & non potius secundum compositionem, neque illud ex Filio, neque illud per Filium acceptantes? sed vt illud *ex vno duo*, diuinis Patrum scriptis, ita se habere, vt diximus, firmitatem acquirat, cum vbique in diuinis eorundem scriptis disseminatum sit, diuinus Nyssenorum Pastor ad Ablabium ita decernens corroborabit: *Immutabilem & per omnia similem naturam confitentes, discrimen causæ & effectus non inficiamur, in quo solum distingui alterum ab altero deprehendimus: cum credamus hoc quidem causam esse*, Patrem innuens, *illud ex causa*, duas nempe personas Filij & Spiritus ex vno Patre: *tum alterum ab altero*, subducens, *& illius quod ex causa est, aliud rursus discrimen comprehendimus*; secundum resumptionem rursus inquiens, *ex vno*, postmodum differentiam. *Nanque*

hoc quidem est immediate a primo, hoc vero ex contiguo a primo, Spiritus nempe per Filium ex primo. & sequitur. *Adeo vt Vnigenitum indubitatum maneat in Filio, & ex Patre esse Spiritum, Filij mediatione, sibi ipsi Vnigenitum conseruante, & Spiritum a naturali ad Patrem habitudine non arcente.* Si itaque hæc palam & perquam perspicue diuiniloqui, *vnum* scilicet *ex ambobus,* & *ex vno ambo* enũciant, & prolixis suis diuinis sermonibus prædicant, & eandem esse eorundem sententiam & significatum diuinitus definiunt, qui vsus, aut quæ vtilitas fuerit, peruersis ratiocinationibus ex ventre natis hæc sibi mutuo repugnare demonstrare contendere, & per vnũ aliud destruere. & iam positis Patrum sententijs decretisque aduersari, cum magni nominis Basilius ad Amphilochium doceat, *Per Filiũ enim vox originariæ causæ confessionem continet,* & qui vnis animis cum eo vixit, & in omnibus eadem tenuit Theologus, clamat, *Licet ad primã causam quæ Vnigeniti, & ea quæ Spiritus sunt, referãtur;* vt leuiter refutationem attingã eorum, qui duorum principiorum absurditatem inferre conantur ex ijs, quæ pietatis propugnatores tradiderunt? Sed cum interrogatione per dilemma facta ex vna parte in hunc modum redar-

δὴ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ τοῦ πρώτου. καὶ καθεξῆς, ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν. καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν. τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας, καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. εἰ γοῦν ταῦτα δῆλα, καὶ λίαν ἐμφανῶς οἱ θεηγόροι, τὸ ἓν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ ἐξ ἑνὸς ἄμφω σαφῶς διδάσκουσι, καὶ πεπλατυσμένως ταῖς σφῶν θεηγορίαις κηρύττουσι, καὶ τῆς αὐτῆς σημασίας καὶ διανοίας διασαφοῦντες θεσπίζουσι, τί τὸ κέρδος, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια παραλογισμοῖς τοῖς ἀπὸ κοιλίας πρὸς ἄλληλα ταῦτα δεικνύναι θέλειν μαχόμενα καὶ δι᾽ ἑτέρου τὸ ἕτερον ἀναιρεῖν, καὶ ταῖς κειμέναις πατρικαῖς ἐννοίαις, καὶ τοῖς κειμένοις πατρικοῖς θεσπίσμασιν ἀντιφέρεσθαι, τοῦ τε μεγαλωνύμου Βασιλείου, τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον μυσταγωγοῦντος, Ἡ γὰρ δι᾽ υἱοῦ φωνὴ τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει, καὶ τοῦ ὁμοψύχου τούτου, καὶ πρὸς ἅπαν ὁμόφρονος θεολόγου βοῶντος, Εἰ καὶ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τά τε τοῦ μονογενοῦς, ὡς καὶ τὰ τοῦ πνεύματος ἀναφέρεται, ἵν᾽ ἀκροθιγῶς ἅψωμαι τῶν εἰς ἔλεγχον, διαρχίας ἀτοπίαν εἰσάγειν ἐξ ὧν οἱ πρόβολοι τῆς εὐσεβείας παραδιδόασιν. ἀλλ᾽ ἐρωτήσεως τῆς κατὰ τὸ διλήμματον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους τοιαύτης ἀναφανείσης, καὶ

τῆς πρὸς κατασκευὴν τοῦ ἁπλῆς, καὶ τῆς πρὸς ἀποσόβησιν ἐπιφερομένων αὐτῇ κακοσχόλως ἀποφανθέντων, πάντως ἐκ τῆς δὲ μέρους ἐκ θατέρου τὰ τοῦ διπλῆς ἀνατέτραπται. τοιαῦται γὰρ τῶν ἀντιθέτων αἱ συζυγίαι. τὸ φῶς ὁ εἰσοικισάμενος, τὸ σκότος ἀπετινάξατο. καὶ ὁ τὸ ἁπλοῦν κατασκευάσας, τὸ διπλοῦν ἀπεπέμψατο. πλὴν καὶ ἄλλων πολλῶν ἐνόντων ἡμῖν καὶ λόγων καὶ νοημάτων, τῶν τῆς ἱεροκηρύκων ἐκφαντορίαις ἐνδεδραγμένων εἰς ἀπορράπισιν τῆς διπλόης ἑνὶ τῶν ἐκ τούτων παραδειγμάτων ἀρκεσθησόμεθα τῷ τοῦ ἡλίου, τῆς ἀκτῖνος, καὶ τοῦ φωτός. οὗτοι γὰρ εἰς ἐμφέρειαν ἀμυδρὰν τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, ταῦτα λαμβάνοντες, ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς ἀκτῖνος, ἤγουν ἐκ τοῦ πεφωτισμένου δίσκου διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς ἤτοι τὴν ἔκλαμψιν ἁπλῆν ἀναφαίνουσι. τίς γὰρ ἡ διπλόη τῆσδε; οὕτως ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα θεολογοῦντες πάσης διπλόης ὑπερκείμενον παριστάνουσι. καίτοι ἡ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος ἁπλότης ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα. ὡς καὶ ἡ ἀμέρεια ὑπὲρ πᾶσαν ἀμέρειαν, ὥσπερ δὲ οὐ μεριστὸς ὁ πατὴρ οὐδὲ σύνθετος, ὅτι τὸν υἱὸν γεννᾷ, καὶ τὸ πνεῦμα προβάλλεται, καίπερ ἄλλου καὶ ἄλλου θεωρουμένων τοῦ γεννᾷν καὶ προβάλλεσθαι. ἡ δὲ ἐξ ἀμφοῖν πρόοδος ἡ αὐτὴ καὶ μία, ὅτι μὴ ταῦτα μέρη

darguatur ad simplicis probationem, & refutationem eorum quæ ipsi obijci poterant, temere adducta dignoscãtur. & prorsus huius vtraque ex parte duplicis interrogationis dicta subuertentur: tales siquidem sunt oppositorum cõiugationes. Qui solem introduxit, tenebras dissipauit, & qui simplex probauit, duplex remouit. Nihilominus cum & aliæ multæ nobis suppetant & rationes, & notiones sacrorum Præconum rerum reconditarum enarrationibus subnixæ ad duplicitatem hanc refellendam, vno tantum ex ijsdem exemplo petito contenti erimus, Solis nempe radij & luminis. Hi siquidẽ in exilem deitatis principum hypostaseon similitudinem ista desumentes, vti ex sole & radio, ex illuminato nempe orbe per radium, lumen siue effulsionem simplicem commõstrant, quæ enim huius duplicitas? sic ex ambobus, ex Patre duntaxat per Filium Spiritum decernentes, omni duplicitate superiorem constituunt. Licet superſubstantialis Triadis simplicitas super omnem simplicitatẽ est, quemadmodum & indiuiduitas super omnem indiuiduitatẽ. Sicut enim Pater neq; diuiduus est, neq; compositus, quod generet Filium, & Spiritũ producat, licet aliud atque aliud generare & producere cõsideratur. ex ambobus

item egressus idem est & vnus quod istæ partes non sunt, sed proprietates, neque secundum aliquam recisionem, vtriusque progressus cognoscitur. Pari ratione neque Spiritus diuiduus est, neque compositus, quod ex Patre, & Filio, ex simplicibus est, nempe ex simplice per simplicem simplex, & ex indiuiduis indiuiduus, & eiusdem naturæ cum ijs, qui eiusdem naturæ cum ipso sunt. Qui itaque ex vno ambo, & ex ambobus vnum asserunt, quemadmodum ita tenere dictis Patrum confirmamur, sic eorum quoque exemplis corroboramur, non tantum proxime apposito, vno siquidem, sed cum id sermonis series cogat alia quoque addam, quod erit radicis, rami, & fructus: ex radice enim fructus per ramum; verum ex ramo eum etiam dicere nihil vetat. Hinc ex ambobus ex radice scilicet per ramum. Similiter & illud oculi, fontis, & fluuij. Qui porro illud ex ambobus oppugnant, vti verbis ac notionibus e ventre enatis ad sibi complacita deferuntur, non testimonijs scripto traditis, sic ad ea, quæ ad imaginem diuinitatis principis Triadis Patrum dictis apponuntur, non aduertentes animum, viri atque mulieris prolem ex congressu motibus animi obnoxio, & generationem ignis ex violenta ac vehementi fricatione,

ἀλλ' ἰδιότητες, οὐδὲ κατά τινα τομὴν ἡ ἑκατέρου γνωρίζεται πρόοδος. οὕτως οὔτε τὸ πνεῦμα μεριστὸν, οὔτε σύνθετον, ὅτι ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐδὲ τὸ μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει, τὸ δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ τὸ ἁπλοῦν, ὅπερ ἐστὶν ἐκ τοῦ πατρός ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ, ἐξ ἁπλῶν, ἤγουν ἐξ ἁπλοῦ δι' ἁπλοῦ, καὶ ἐξ ἀμερῶν ἀμερὲς καὶ ὁμοφυὲς ἐξ ὁμοφυῶν. οἱ μὲν οὖν ἐξ ἑνὸς ἄμφω, καὶ τὸ ἓν ἐξ ἀμφοῖν φάσκοντες, ὡς τοῦτο οὕτω φωνεῖν φθέγμασι πατρικοῖς ἔχομεν στηριζόμενον, οὕτω καὶ παραδείγμασι τοῖς αὐτῶν ἑδραιούμενον, οὐ μόνον τοῦ προσεχῶς τεθειμένου, ὡς πρὸς τοῦ ἑνὶ πλέον ἐρεῖν, οἷον ἑλκομένου, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς ῥίζης, καὶ τοῦ κλάδου, καὶ τοῦ καρποῦ. ἐκ τῆς ῥίζης γὰρ ὁ καρπὸς διὰ τοῦ κλάδου, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ κλάδου λέγειν τοῦτον ἀκώλυτον. ὅθεν καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ἐκ τῆς ῥίζης δηλονότι διὰ τοῦ κλάδου. ὡσαύτως καὶ τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τῆς πηγῆς καὶ τοῦ ποταμοῦ. οἱ δὲ πρὸς τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἀντικαθιστάμενοι, ὡς ῥήμασι καὶ νοήμασι τοῖς ἀπὸ κοιλίας πρὸς τὸ κατὰ βούλησιν φέρονται, οὐ τῶν ἐκ γραφῶν μαρτυρίαις οὐδ' ὁπωσοῦν, οὕτως τὴν εἰς εἰκόνα τῆς ἀρχικῆς Τριάδος παραθέσεων πατρικῶν μὴ ἐπιστρεφόμενοι, ἀποτέλεσμα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς ἐξ ἐμπαθοῦς συμπλάσεως, καὶ πυρὸς γένεσιν ἐκ βιαίας παρατρίψεως ἑτεροφυῶν πρὸς ἀλλη-

λα, καὶ ἑτερογενῶν, καὶ πηλοῦ σύνθεσιν ἐξ ἑτεροφυῶν ὡσαύτως οἴκοθεν παρεισάγουσιν, ὡς ἐμφήναντες ταῦτα τὴν ἀπεικασίας λαμβάνειν εἰς ἐμφέρειαν τῆς ἐξ ἀμφοῖν προόδου τοῦ πνεύματος τοὺς ἀντιδικοῦντας τούτων τὸν κατὰ σκοπὸν κατασκευάζοντες ἀπαρτίσωσιν. ἅ τινα μήτοιγε ὅλως ἐρεῖν, ἢ γραφῇ δοῦναι, ἀλλὰ καὶ μόνως ἐννοῆσαι ψιλαῖς ἐπινοίαις, κἂν Δαίμονες ἔφριξαν. ὁ Γρηγόριος μέντοιγε νοῦς ἡ τῆς θεολογίας ἀκρότης, ἐξ ὁμοιώσεών τινων τὴν ὑπεράπειρον Τριάδα δεικνύς, ἀμυδρὸν τὸ τῆς εἰκασίας δηλοῦσθαι, καὶ τό, τὸ πλέον φεύγειν μεγαληγόρως μαρτύρεται, καὶ κάτω μένειν ἡμᾶς ἐξὸν μετὰ τοῦ ὑποδείγματος ἀποφαίνεται. καὶ ταῦτα ὁμοουσίων καὶ ὁμοφυῶν τὰς παραθέσεις πρὸς ἀλλήλας τιθέμενος. ἔχει καὶ γὰρ οὕτως ἐκ τοῦ ἡλίου, τῆς ἀκτῖνος, καὶ τοῦ φωτὸς τὸ ἀχώριστον ἀλλήλων ἀεὶ σημαίνεται τῶν θεαρχικῶν προσώπων, καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς προόδου, καὶ τῆς ἐκφάνσεως, εἰ καὶ μὴ τὸ τῶν τριῶν ἰδιοϋπόστατον. ἐν γὰρ τῇ τοῦ πεφωτισμένου δίσκου ὑποστάσει ἡ ἀκτὶς καὶ τὸ φῶς πέφυκεν ὑφιστάμενα, καὶ μὴ καθ᾽ αὑτὰ ἰδιοϋπόστατα. ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ, τῆς πηγῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ τὸ συνημμένον ἐμφαίνεται, καὶ ἀχώριστον. εἰ καὶ τούτων ἕκαστον τῷ τόπῳ διακρίνεται καὶ τῇ θέσει, τό-

ne, ex rebus alterius naturæ atque essentiæ inter sese mutuo coniunctis, & luti compositionem ex rebus natura diuersis simili modo ex proprijs producunt, quasi demonstrarent aduersarios in similitudinem ex ambobus Spiritus progressus similia assumere, quæ quidem cum admittenda minime sunt, illis tamen scopum suum comprobantes, quod intendunt, sibi videntur absoluere, quæ non tantum voce proferre, siue scripto tradere, sed vel solummodo mente agitare Dæmones ipsi horruerunt. Mens quidem euigilans, Theologiæ apex, quibusdam similitudinibus supra omnem infinitatem constitutam Triadem ostendens, *similitudinum tenuitatem indicari*, & *quod plus est fugere*, ingenti voce testatur, & *infra nos vna cum exemplo manere* decernit, licet res eiusdem inter se naturæ atque essentiæ ad comparationem adduceret. nec enim aliter res se habet. ex sole & radio & lumine, diuinitatis principum personarum inter sese indiuisum semper connotatur, & absque vlla passione progressus atque effulsio, & si non trium propria hypostasis: nanque illuminati orbis hypostasi radius & lumen cum sua ipsa hypostasi, & non separata in seipsis hypostasi adhærent. Ex oculo, fonte, & fluuio coniunctum inseparabileque apparet, licet hoc vnum-

quod-

quodque loco situque seiungatur, locum proprium habens propriamque præscriptionem, etsi eorum cõtinuitas nunquam intercipitur. Ex radice, fructu, & ramo hypostaseon seiunctio, licet tempus inter hæc medium sit, & maior in radice vigor & actio, quam in ramo & fructu conspiciatur. Attamen in veneranda ipsa Triade vna & eadem facultas & actio, ex vnitate, & dualitate, & trinitate personarum distinctio, licet neque ipsa per se, neque in propria hypostasi, sed intellectu tantum & in alijs considerentur. quod interrogantis exemplum, licet non vti illi complacet, assumendum est, nisi per aliam atque aliam similitudinem aliud & aliud ex ijs, quæ in consubstantiali Trinitate speculamur, aut idem per plura significatur. Neque enim fieri potest, vt assimilatum modis omnibus id quod assimilat exæquet, vt idem, cui a Theologia nomen est, in eadem Oratione tradit. Nihilominus his omnibus alijsque similibus indicatur & ordo, & relatio, & primum, & medium, & tertium, & duas causas non esse, cum plane definitum sit, conspici ex sole radium & lumen, ex vno ambo, rursusque ex ambobus sole & radio lumen, cum vtraque dicta id inferant, ex primo per medium tertium; indeque vnam et primariam causam

τὴν ἴδιον ἔχον, καὶ ἰδίαν περιγραφὴν, κἂν ὅτι τὸ συνεχὲς ἀδιάκοπτον ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ κλάδου καὶ τοῦ καρποῦ, τὸ διακεκριμένον τῶν ὑποστάσεων, εἰ καὶ χρόνος ἐν τούτοις μεταλαβεῖται, καὶ πλείων ἡ ἐν τῇ ῥίζῃ δύναμις, καὶ ἐνέργεια, ἤπερ ἐν τῷ κλάδῳ καὶ τῷ καρπῷ. ἐν δέ γε τῇ σεπτῇ Τριάδι μία καὶ ἡ αὐτὴ δύναμις, καὶ ἐνέργεια, ἐκ τῆς μονάδος τῆς δυάδος καὶ τῆς τριάδος τὸ τῶν προσώπων διωρισμένον, καὶ μὴ καθ' αὐτὰ ταῦτα μηδὲ ἰδιοϋπόστατα, ἀλλ' ἐννοηματικὰ, καὶ ἐν ἄλλοις θεωρητά. ὃ τοῦ ἐρωτηκότος παράδειγμα δεκτὸν, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸ αὐτοῦ δοκοῦν, εἰ καὶ δι' ἄλλου καὶ ἄλλου τῶν εἰκονισμάτων, ἄλλο καὶ ἄλλο τῶν ἐν τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι θεωρουμένων δηλοῦται, ἢ καὶ τὸ αὐτὸ διὰ πλειόνων. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῷ εἰκαζομένῳ τὸ εἰκάζον ἐξομοιοῦσθαι δι' ὅλου. ὡς αὐτὸς ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τῷ αὐτοῦ Λόγῳ διαγορεύει. ὅμως διὰ πάντων τῶν προτεθέντων καὶ λοιπῶν ἐμφερῶν ἡ τάξις φαίνεται, καὶ σχέσις, καὶ τὸ πρῶτον, καὶ μέσον, καὶ τρίτον καὶ τὸ μὴ δύο αἴτια εἶναι, ἐπεὶ καθαρῶς ἐστιν αὐτηγορούμενον ὁρᾶν, ἐξ ἡλίου τὴν ἀκτῖνα καὶ φῶς ἐξ ἑνὸς ἄμφω, καὶ πάλιν ἐξ ἀμφοῖν ἡλίου τε καὶ ἀκτῖνος τὸ φῶς, ἑκατέρων ῥητῶν τὸ αὐτὸ διαγγελλόντων, ἐκ τοῦ πρώτου διὰ μέσου τὸ τρίτον. κἀντεῦθεν τὸ ἓν

καὶ ἀρχικὸν αἴτιον τὸ πρῶτον ἔχειν διασαφούντων. ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ῥίζης τὸ ἓν τῆς αἰτίας αὐτῆς ἐχούσης, καὶ τῶν ἐκ ταύτης δύο, τοῦ μέσου, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ τρίτου εἰς αὐτὴν, ὡς εἰς αὐτῶν ῥίζαν ἀναγομένων. καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐκ μονάδος τὰ δύο, καὶ ἐκ δυοῖν τὸ τρίτον κατὰ διορισμὸν, οὐ μέντοι κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν, τῆς πρώτης μονάδος τὴν δευτέραν, καὶ δι᾽ αὐτῆς τὴν τρίτην, ἀμφοτέρων τῆς μέσης, καὶ δι᾽ αὐτῆς τῆς τρίτης εἰς μονάδα τὴν πρώτην, ὡς εἰς ἀρχικὴν ἀναφερομένων αἰτίαν, καὶ ῥίζαν. ὅθεν ὁ θεολογικώτατος Νύσσης ἐπὶ τῆς ἀκτίστου Τριάδος ταῦτα διευκρινῶν, εἰρηκώς τε ὡς ἀνωτέρω προὐθέμεθα, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας, καὶ ἀμφότερα σημαίνας αἰτιατὰ, εἴγε τὰ ἐξ αἰτίας αἰτιατὰ, δι᾽ ἑτέρου τὸ ἕτερον διεσάφησε, φήσας, τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸν υἱὸν δηλαδὴ, τουτέστιν ἀμέσως. ἄμφω γὰρ ἐπ᾽ αὐτοῦ ταῦτα πεπλατυσμένως ταῖς ἱεραῖς συγγραφαῖς τῶν Πατέρων ἐμπεριείληπται. τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, πνεῦμα τὸ θεῖον. κἀντεῦθεν ἀμφοῖν, τοῦ μὲν ἀμέσως, τοῦ δὲ διὰ τοῦ μέσου θεολογήσας, μίαν αἰτίαν τὴν ἀρχικὴν, ἣν οἱ λοιποὶ θεηγόροι μὲν ἡνωμένως, οὗτος δὲ διαλελυμένως πρώτην αἰτίαν ὠνόμασε. ὁ, δῆτα καὶ τῆς διὰ, καὶ τῆς ἐκ τὸ σύνδρομον ἐχουσῶν, ἐπὶ τοῦ μέσου καὶ ταυτοδύναμον καθὼς εἰς πλά-

sam primas obtinere declarent, vti quoque ex radice vnam causam in se continente, et ex ipsa duo, medium et per illud tertium in ipsam, tanquam quæ in suam propriam radicem referātur. Et in numero ex vnitate duo, et ex duobus tertium segregatione non compositione, nempe ex prima vnitate secunda, et per ipsam tertia, cum ambarum media sit et per ipsam tertia in primam vnitatem, vti primariam causam, et originem referantur. Vnde in rebus theologicis præcellentissimus Nyssenus hæc de increata Triade explanans, dicensque, vt supra adnotauimus, et illius quod ex causa est, et vtraq; causata significans, si quę ex causa sunt, causata nūcupanda veniunt, per aliud aliud significauit, scribens. *hoc quidem continue ex primo,* Filius nempe, et absque medio: Vtraq; enim satis diffuse in sacris Commentarijs Patrū de eodem accepta continentur. *hoc vero per illud quod continue est ex primo,* Spiritus sanctus, indeque ambo, hoc quidem immediate, illud per medium decernens, vnam causam primariam, quam alij diuiniloqui Patres coniunctim, hic vero separatim primam causam appellauit. Qui præterea præpositionum *Ex*, et *Per* vnam eandemque cum medio applicantur concordiam, et æquales vires,

vires, vti fuse sacra scripto mandata diuinorum Patrum testimonia tradiderunt, licet subobscure hic *Per* apponens enũciauit, in alijs tamen *Ex*, vsurpauit, cum dicit; *Filius quidem ex Patre a diuina scriptura dicitur. Spiritus vero ex Patre dicitur, & ex Filio esse astruitur.* Et primum quidem Caput ita se habere conspeximus, nunc secundum considerandum est, his ipsissimis verbis expositum. *Præterea vnitas identitatis causa est, dualitas diuersitatis. Hinc Filius & Spiritus sanctus, vti ex vno Patre existentes, inter sese idem naturæ cum Patre possident: vti vero rursus duo sunt inter sese alia sunt, & a Patre quoque sed secundum hypostases, non secundum naturam: neque enim fieri poterat, vt quæ eadem natura sunt, diuersa rursus natura essent. Si itaque ex vno, solo scilicet Patre, Spiritus progreditur, vnus erit & idem cum seipso; si autem ex duobus Patre nempe & Filio, alius erit ipse a seipso, tanquam qui alius est a Patre, alius ex Filio. Quandoquidem enim aliud est Pater, aliud vero Filius, necesse est & Spiritum, qui ex Patre & Filio est, aliud atque aliud esse. Hoc vero absurdum est. Quodsi quis dixerit, & quomodo ex alio, atque alio Patre matreque enatus fœtus, non est aliud atque aliud sed vnum? Respondemus non esse simpliciter vnum, sed ex* semine

τος αἱ ἱερογραφικαὶ καὶ τῶν θεοφορήτων μαρτυρίαι παραδεδώκασιν, εἰ καὶ ἀμυδρῶς ὧδε διήγγελται τὴν διὰ δογματίζουσα ἐνταῦθα, τὴν ἐκ ἐν ἄλλοις, ἐν οἷς φησιν, Ὁ μὲν υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς παρὰ τῆς θείας γραφῆς ὀνομάζεται. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, τεθεολόγηκε. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον Κεφάλαιον οὕτως ἔχον τεθέαται, τοῦ λοιποῦ δὲ τὸ δεύτερον θεατέον, οὕτω κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνον. Ἔτι ἡ μὲν μονὰς ταυτότητός ἐστιν αἰτία, ἡ δὲ δυὰς ἑτερότητος. ὅθεν καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς μὲν ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς ὄντα τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας ἀλλήλοις, καὶ τῷ πατρὶ ἔχουσιν, ὡς δὲ δύο πάλιν ὄντα, ἕτερα ἐστὶν ἀλλήλοις καὶ τῷ πατρὶ κατὰ τὰς ὑποστάσεις, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν. Οὐ γὰρ ἐνῆν ταυτὰ τὴν φύσιν ὄντα, καὶ ἕτερα πάλιν κατὰ φύσιν εἶναι. εἰ μὲν οὖν ἄρα ἐξ ἑνὸς, τουτέστι μόνου τοῦ πατρὸς καὶ τὸ πνεῦμα προέρχεται, ἓν ἔσται καὶ ταυτὸν αὐτὸ ἑαυτῷ, εἰ δὲ ἐκ δύο, τουτέστι πατρὸς καὶ υἱοῦ ἕτερον ἔσται αὐτὸ ἑαυτοῦ, ὡς ἂν ἄλλο μὲν ὂν τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἐπεὶ γὰρ ἄλλος μὲν ὁ πατὴρ, ἄλλος δὲ ὁ υἱὸς, ἀνάγκη καὶ τὸ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ πνεῦμα ἄλλο καὶ ἄλλο εἶναι. τοῦτο δὲ ἄτοπον. Εἰ δὲ λέγοι τις, καὶ πῶς τὸ ἐξ ἄλλου καὶ ἄλλου τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς τέκνον, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἕν; ἐροῦ-

vsurpatur, cum non esset qui recte interpretaretur intruderetur. & Verbi *mitti* significatum satis supra sententiam aduersarij redarguentes examinauimus. Nihilominus ex ijs absurdis, quæ a Verbo *manifestare* ipse videtur colligere, ostendit semetipsum vniuersas dictiones a Patribus in dictis ex Patre & Filio, siue per Filium enunciatas, non alio significatu in Deo, & alio rursus alijs in locis, sed eodem & vno in omnibus accipere, quod magis ipsum in alia atque alia absurda deducit, & longe lateque aberrare facit, non *manifestare*, aut *patefacere* alio atq; alio significatu intellectum. Nam si, vt ipse existimat, ostenditque, de Spiritu sancto voces allatæ sumantur, ipsum *procedit* fere in vniuersa scriptura innumeras prope sententias atque intellectus admittens, in quasnam blasphemias non compellet? & primum illud quod apud Iobum legitur, *uti abortus e vulua matris procedens*, si procedit de Spiritu prolatum in similem sensum assumitur, vti de voce apparere asseuerat. Et rursus quod de pessimo Dæmone dicitur, *Ex ore illius procedunt lampades accensæ, ex naribus eius procedit fumus fornacis, igne carbonum succensæ. Flamma vero ex ore illius procedit.* Et illud in Euangelijs, *Intus ex corde hominum cogitationes prauæ procedunt.*

cedunt, itemque, *Nihil deforis intus in hominem procedit, quod potest ipsum polluere, sed quæ procedunt ex ipso, ipsa sunt quæ polluunt hominem*. & innumera plane sunt, ad quæ denotanda diuerso significatu apud diuinam scripturam Verbi huiusce *procedit* vsus assumitur: ex quibus nullum prorsus fuerit, quod cum processione Spiritus pares vires possideat, nec sola nuda cogitatione quispiam ex Christianorum cœtu vnquam accipiet. & si manifestare seipsum de Christo dictum esse asserat. Sed longe extraque hoc est a diuina processione Spiritus, cum & illud de Saluatore in Euangelijs dicatur, *procedente ab Iericho*. Rursusque, *procedentem ipsum ex Iericho secuta est multitudo magna*. Sed quam longissime distant similia a processione notante sempiternam ac diuersam Spiritus existentiam. Hinc qui dictas voces aliter de diuino progressu, vt Deum addecet & congruenter, & aliter de externis pronunciatas, non sic accipit, sed quasi vnum significent, ipse sibi causa est, quod & male accipiat, & male concludat. Manifestatio siquidem de Deo accepta, in eorum numero ponitur, quæ ex seipsis non possident eundem cum processione significatum, sed illius quod inde sequitur, dationis inquam

ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται. καὶ πάλιν, οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον, ὃ δύναται κοινῶσαι αὐτὸν, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά εἰσι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. καὶ εἰς ἄπειρον ἀτεχνῶς ἡ τοῦ ἐκπορεύεσθαι λῆψις παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ διάφορα σημαινόμενα, καὶ τούτων οὐδέν ἐστιν ὅλως, τῇ τοῦ πνεύματος ἔχον ἐκπορεύσει τὸ ταυτοδύναμον, μὴ καὶ μόνῃ ψιλῇ ἐπινοίᾳ ὑφ' ὁτῳδήποτε τοῦ τῶν χριστωνύμων τούτου ληφθείη συστήματος. κἂν ἐπὶ Χριστοῦ τὸ ἐμφανίζειν ἑαυτὸν φαίη λελέχθαι, ἀλλ' ἔξω τοῦτο τῆς θεϊκῆς ἐκπορεύσεως τῆς τοῦ πνεύματος. ἐπεὶ καὶ τὸ, ἐκπορευομένου ἀπὸ Ἱεριχὼ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἐστὶ λεγόμενον ἐν Εὐαγγελίοις. Καὶ πάλιν, ἐκπορευομένῳ αὐτῷ ἀπὸ Ἱεριχὼ ἠκολούθησεν ὄχλος πολύς. ἀλλὰ πόρρω ταῦτα τῆς δηλώσεως τὴν ἀΐδιον καὶ διάφορον ὕπαρξιν τῆς τοῦ πνεύματος ἐκπορεύσεως. ὅθεν ὁ τὰς νομισθείσας φωνὰς ἄλλως ἐπὶ τῆς θεϊκῆς προόδου θεοπρεπῶς τε καὶ καταλλήλως, καὶ ἄλλως ἐπὶ τῶν ἐκτὸς μὴ ὑπολαμβάνων, ἀλλὰ συνδρόμως, αὐτὸς καὶ τοῦ κακῶς λαμβάνειν καὶ τοῦ κακῶς συμπεραίνειν αἴτιος ἑαυτῷ. ἡ μέντοι φανέρωσις ἐπὶ Θεοῦ λαμβανομένη εἰς ἀριθμὸν θεωρεῖται κατειλεγμένη τῶν μὴ καθ' αὑτὰς κεκτημένων τῇ ἐκπορεύσει τὸ ταυτοσή-

μαντὸν, ἀλλά γε δὴ τὸ ἑπόμενον, δόσεως φημὶ, χορηγίας, καὶ πέμψεως, περὶ ὧν ἄνωθεν σαφῶς διηγόρευται. οὐκοῦν εἰς τὸ ταυτὸν ἐναπολέλειπται τὸ ἐκρεῖν.

ιγ΄. Ἡμεῖς δὲ πλείστας παραθήσομεν λέξεις ἐπὶ Θεοῦ διαφανῶς εἰς αὐτὸ τοῦτο συνερχομένας, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον γνωσθείη, ὡς καὶ τὸ ἐμφανίζειν, εἰ οὕτως εἶχεν ἐκφωνήσεως ὡς ἐτέθη, καὶ μὴ οὕτω πως, ὡς δεδήλωται, καὶ τοῦτο παραθεῖναι οὐκ ἂν παρελίπομεν. ἔστι μὲν οὖν τῶν τὸ ταυτὸν δυνάμενον σημαινουσῶν τῷ ἐκπορεύεσθαι τὸ πηγάζειν, τὸ προχεῖσθαι, τὸ πρόεισιν. τὸ πεφηνέναι, τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ λοιπά, καὶ ταῦτα τῆς ἐπὶ Θεοῦ μὲν λήψεως ἔξωθεν τῶν ὁμωνύμους δεχομένων διανοίας ὑπάρχουσι, μιᾶς δὲ καὶ ἁπλῆς τῆς ἐπὶ Θεοῦ σημασίας ἐμφαντικά, καθάπερ ἄρα τὸ ἐκπορεύεσθαι. καὶ τὸ μὲν πηγάζειν, ὅτι ταυτὸν φωνῇ τῇ τῆς ἐκπορεύσεως, ἄμφω περιφανεῖς φωστῆρας παρηγάγομεν ἄνω μεγάλους, τὸν φερώνυμον τῆς ἀθανασίας, καὶ τὸν χαριτώνυμον Χρυσολόγον μεγαληγόρως ἀνακηρύττοντας. περὶ δὲ τοῦ προχεῖσθαι, καὶ πρόεισιν τῷ ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν θεόσοφος Κύριλλος οὕτω θεολογεῖ. Ἆρά σοι σαφὲς τὸ παρενεχθέν ἐστι λόγιον καὶ προσδέδορκας ὅτι πνεῦμα μὲν ἀληθείας ὠνόμασε τὸν Παράκλητον, ἔφη γε μὴν, ὡς πρόεισιν ἐκ πατρὸς,

inquam, suppeditationis, & missionis, de quibus supra plene sermonem habuimus. Nec alio modo de vero *effluere* edisserendum est.

XIII. Nos porro quamplurimas dictiones apponemus de Deo clarissime in id idem concurrentes, vt magis ac magis innotescat, ideo nos hoc *manifestare*, quod non ita se haberet prolatio, vti posita est, & tali modo, vt expositum est, cum alijs non apposuisse. Dictiones itaq; quæ eundem cum processione significatum important sunt, *emanare, effundi, progredi*, & *apparere*, necnon *de meo accipiet*, & alia. Et hæc quidem cum de ijs, quæ extra Deum sunt, vsurpantur, ad ea quæ homonymos significatus accipiunt, efferuntur, cum de Deo vnum ac simplicem exprimunt, sicuti etiam illud *procedere*, & *emanare* quidem non diuersum quid a processione ipsa notare ambo ingentia lumina, immortalitatis cognominem, necnon & ex gratia nomen sibi vindicantem Chrysologum ingenti voce edicentes supra adduximus. De *effundi* & *progredi*, sexto ad Hermiam libro a Deo edoctus Cyrillus definit in hunc modum. *Num tibi apertum est allatum eloquium. & vidisti, Spiritum quidem veritatis nuncupasse Paracletum? dixit enim*

eum

eum progredi ex Patre, propria sibi omnia quæ Patris sunt, ostendens. Idem in eodem ad eundem. *Intelligis itaque quomodo vti proprium nobis mittere Spiritum promittit qui ex Patre est. Et Spiritum quidem veritatis vocat. effundi vero ex ipso Patre decreuit. Necnon eum de ipso testimonium perbibiturum prænunciauit.* Qua ratione qui *manifestare* arripuit, hæc præterijt? Vel quomodo præcepto Dominico de perscrutatione Scripturarum neglecto, quæ casu e lingua excidunt de proprijs eloquitur? Qua ratione horum & similium in vniuersali congressu Duces in homonymas sententias adacti sunt, vbi Patrum vertex testatur Saluatorem in Euangelijs palam enunciasse *profunditur*, & *egreditur*, vbi ille *procedit* fassus est? Sed hoc cogitationis facinus, aptius stultitiæ dixero, ipse diuino nutu quasi præuidens amolitur, & admodum perspicue, dum Cyprij & Muzalonis de Patre procedere & effundi idem indicare clamantium, de Filio vero aliter, os obturans, illud *eadem qua & a Patre ratione* contra opponit. Oratione siquidem ad Nestorium cuius principium, *Saluatore nostro palam dicente, qui diligit patrem & matrem super me, non est me dignus.* non alia verba vsurpat; *Licet sit Spiritus in propria hypostasi & secundum*

ἴδια πάντα δεικνὺς ἑαυτοῦ τὰ τοῦ πατρός. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ πρὸς τὸν αὐτόν. Συνίης οὖν ὅπως ὡς ἴδιον καταπέμψειν ἡμῖν ἐπαγγέλλεται τὸ ἐκ τοῦ πατρός. καὶ πνεῦμα μὲν ἀληθείας ἀποκαλεῖ. προχεῖσθαι γε μὴν ἐξ αὐτοῦ διωρίσατο τοῦ πατρὸς, καὶ μὴν ὅτι μαρτυρήσοι περὶ αὐτοῦ προεμήνυσε. πῶς ὁ τὸ ἐμφανίζειν ἑλόμενος, ταῦτα παρέδραμεν; ἢ πῶς ὀλιγώρως ἔχων ἐρεύνης τῆς τῶν γραφῶν, καὶ μᾶλλον ἐντεῦθεν τῆς δεσποτικῆς ἐντολῆς, τὰ τυχαίως οἴκοθεν τῇ γλώττῃ προφερόμενα φθέγγεται; πῶς δὲ τούτου καὶ τῶν ὁμοίων οἱ προηγοὶ εἰς ὁμωνυμιῶν ἀπηνέχθησαν ἐπινοίας παγκοσμίου συνελεύσεως, ἔνθα Πατέρων ὁ κορυφαῖος ἐν Εὐαγγελίοις τὸν Σωτῆρα μαρτύρεται, προχεῖσθαι φάναι διαῤῥήδην καὶ προϊέσιν, οἷς εἴρηκεν ἐκπορεύεται, ἀλλὰ τόδε τόλμημα τὸ τῆς ἐπινοίας, οἰκειότερον δ' εἰπεῖν τὸ τῆς ἀπονοίας, ὁ αὐτὸς θεοφόρος ὡσεί τις προορατικὸς κατέστρεψε, καὶ οὕτω περιφανῶς, οἷς Κυπρίῳ καὶ τῷ Μουζάλωνι, ἐπὶ μὲν τοῦ πατρὸς τὸ ἐκπορεύεσθαι, καὶ προχεῖται τὸ αὐτὸ εἶναι φωνοῦσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ τὸ ἄλλως κατὰ στόμα προσυπαντῶν τὸ, καθὼς, ἀντιτίθησιν. ἐν γὰρ τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή. Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος ἐναργῶς, ὁ φιλῶν Πατέρα, ἢ Μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, κατ' ἔπος ταῦτα φησίν. Εἰ καὶ ἔστι τὸ

πνεῦμα ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτό, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὐδ' ἔστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ πανταχόσε φωναῖς ἐν παραπλησίοις, καθάπερ ἀμέλει φάσκει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ὅθεν ἀπελαύνεται μὲν τὸ ἀληθείας τὸ τῶν ἐπινενοημένων ἐφευρεμάτων μηχάνημα, βεβαιοῦται δὲ θεοστόμου φωνῆς ἡ ταυτότης εἶναι τῆς προχύσεως, καὶ προόδου, καὶ ἐκπορεύσεως, παρρησιάζεται δὲ καὶ τὸ Θεολογίας ὁ γρήγορος νοῦς καὶ φερώνυμος κεκραγώς. οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν. αὖθις τε τῶν ἀθεάτων ὁ θεατὴς ὁ πολὺς Διονύσιος, ἄλογον καὶ σκαιὸν πάνυ ἀποκαλῶν τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσιν. καὶ τοῦτο μὴ τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων ἴδιον εἶναι, ἀλλὰ τῶν ἤχους ψιλοὺς ταῖς ἀκοαῖς εἰσδεχομένων, ἐπάγει λέγων. ὥσπερ οὐκ ἐξὸν τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν διὰ τοῦ δὶς δύο σημαίνειν, ἢ τὰ εὐθύγραμμα διὰ τῶν ὀρθογράμμων, ἢ τὴν μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος, ἢ ἕτερον τῶν πολλοῖς μέρεσι τοῦ λόγου ταὐτὸ σημαινόντων, ἅπερ ὁ συνεγγὺς τούτου προστιθέμενος, καὶ πρὸς ἅπαν ὁμό-

dum seipsum intelligatur, qua Spiritus est, & non Filius, nihilominus non est alienus ab eo: Spiritus enim veritatis dictus est, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso eadem qua & a Patre ratione. Sed & alibi locis in omnibus similes voces vsurpans, *quemadmodum*, ait, *de ipso Deo & Patre intelligitur*, Hinc disijciuntur aduersus veritatem nouorum Commentorum machinæ, & diuina voce confirmatur, effusionem, & progressum, & processionem vnum idemque esse. sic plane confidenter mens Theologiæ euigilis, & ex ea sibi nomen assumens clamat. *Neque enim nos de nominibus contendemus, donec eandem sententiam syllabæ repræsentant.* Rursusque rerum inuisibilium spectator magnus Dionysius, *A ratione alienum, maximeque absurdum*, asserens, *non vim ipsam instituti attendere, sed verba; neq; hoc propriũ est eorum qui res diuinas intelligere cupiunt, sed sonos exiles auspicantur, eosdemq; extrinsecus aure tenus admittunt*, tum demum subdit; *Quasi non liceat quatuor per bis duo significare, aut simplices lineas, per lineas rectas, aut maternum solum per patriam, aut quodlibet, per id quod in pluribus orationis partibus æquiualet:* Hæc qui ante eum proxime appositus est, & in omnibus cum

ipso concordans Oratione de Spiritu, in aduersarium dirigens hunc in modum disponit; *Quod si per eum dixeris bis quinque aut bis septem, ego decem, aut decem & quatuor colligerem ex pronunciatis, reputarer ne tibi insulse inepteque loqui? Et quomodo id fuerit, cum tua ipse recitem?* Sic & Maximus zelo & confessione laudatissimus sonore clamat. *Voces sæpenumero deiloquos Patres concedere, sententias nullo modo, quod non in verbis, sed sententijs pietatis magnum mysterium existit.* Qui itaque Ecclesiarum dissidium simulato zelo magis ac magis singulis diebus constabiliunt, vbinam pedem firmum sistunt, seseque securos reddunt, nisi perspicue in aperta verborum supra positorum ac personarum oppugnatione? Nihilominus aliæ quoque voces considerandæ sunt, quæ non aliud quam ipsam processionem significant. neque enim operæpretium est alias enumeratas hic præterire, licet ex multis paucas huc afferre ad comprobanda statuendaque quæ dicimus animus sit. De *apparere* in vno ex Capitibus, in quo agitur, diuinæ naturæ esse

φερον, ἐν τῷ περὶ τοῦ πνεύματος Λόγῳ πρὸς τὸν ἐναντίον μεθοδεύων οὕτω φησίν. Εἰ δέ σου τὰ δὶς πέντε λέγοντος, ἢ τὰ δὶς ἑπτὰ τὰ δέκα συνῆγον, ἢ τὰ τεσσαρεσκαίδεκα ἐκ τῶν λεγομένων, ἆρα ἄν σοι ληρεῖν ἐνομίσθην; καὶ πῶς, τὰ σὰ λέγων. ἔτι τε Μάξιμος ὁ τὸν ζῆλον καὶ τὴν ὁμολογίαν ἀξιοθρύλλητος βοᾷ διατόρως. Φωνὰς μὲν πολλάκις τοὺς πατέρας παραχωρεῖν, ἐννοίας δὲ οὐδαμοῦ, ὅτι μὴ ἐν ῥήμασιν, ἀλλ' ἐν ἐννοίαις τῆς εὐσεβείας τὸ μέγα μυστήριον. οἱ γοῦν τὰ τῆς διαμάχης τῶν Ἐκκλησιῶν ἐν προσχήματι ζήλου μᾶλλον κρατύνοντες ἐπημέρᾳ, ποῦ τὴν ἕδραν ἔχουσιν ἡδρασμένην, ὅτι μὴ καθαρῶς εἰς λαμπρὰν τῶν διειλημμένων ῥημάτων τε καὶ προσώπων ἀντιπαράταξιν; πλὴν θεωρητέον καὶ λοιπὰς τῶν λέξεων, αἳ τὸ ταυτὸν παριστῶσι τῇ ἐκπορεύσει. οὐδὲ γὰρ δέον ἂν ἀπηριθμήσαι μὲν ἐνταῦθα παραδραμεῖν, εἰ καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγας ἡμῖν ἔστι τὸ παράγειν μαρτυριῶν καὶ λοιπῶν θέσεων. οὐκοῦν περὶ τοῦ πεφηνέναι τῶν Κεφαλαίων ἐν ἑνὶ τῷ, ὅτι θεία φύσις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ μεγαλόνους τάδε διαγορεύει Βασίλειος. Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις καὶ θεία φύσις ἄρρητος ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖα. ὁ αὐτὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ

Spiritum sanctum, magna mente præditus Basilius hæc scribit. *Spiritus enim vna cum viuente Verbo collocatus, ad creandum viuens facultas & diuina, natura ineffabilis ex ineffabili ore apparens.*

λβ'. Ψαλμοῦ. Ὡς οὖν ὁ δημιουργὸς λόγος ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. ὃ γοῦν ἐκεῖσε θεία φύσις ἐξ ἀρρήτου στόματος πεφηνυῖα, ἐνταῦθα τοῦτο σαφῶς, ἐκ τοῦ στόματος ἐκπορεύεται. καὶ πῶς ὁ ὑψίνους ταῦτα, εἰ μὴ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ κατὰ νοῦν οἶδεν ἄμφω τὸ πεφηνέναι καὶ ἐκπορεύεσθαι; ὅτι δὲ πλεῖστοι τῶν θεοφορουμένων στόμα τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν δογματίζουσιν, ὁ ἐν ἁγίοις Ἀντιοχέων φωστὴρ Ἀναστάσιος μόνος παραληφθεὶς διακρινεῖ σαφῶς. περὶ γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, βίβλων δέ τινων ἡ ἐπιγραφὴ τὸν πολὺν ἐν τοῖς θείοις δόγμασι Θεόδωρον τὸν τῆς Ῥαϊθοῦ Πρεσβύτερον ἔχει, θεολογῶν οὕτως φησί. Τοῦ δὲ σώματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες, ὡς παράδειγμα τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων ὑποστάσεων παρεστήσαμεν, διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας, ταύτῃ γὰρ καὶ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ μονογενοῦς. καὶ πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ ἀπεριγράπτου δευτέρῳ λόγῳ αὐτοῦ. Νοῦν δὲ φαμὲν τὸν πατέρα τοῦ λόγου. νοῦν ἐν ᾧ λόγος, μεθ'

rens. Idem in Expositione Psalmi trigesimi secundi. *Vti itaq; creator Verbum cœlum firmauit, sic & Spiritus Dei, qui a Patre procedit, ex ore nempe illius:* Quod igitur ibi est, *diuina natura ex ineffabili ore apparens,* hic illud perspicue *ex ore procedit*. Et qua ratione similia excelsa mente præditus insinuaret, nisi eandem vnamque sententiam illius *apparere*, & illius *procedere* dignosceret? Plerosque autem ex diuinis Patribus *os Patris* Filium esse definisse, sanctus Antiochenorum lumen Anastasius solus adductus dijudicabit. Palam enim de rectis secundum nos veritatis dogmatibus, licet nonnulla Volumina in diuinis dogmatibus decernendis præclarissimum Theodorum Raythenum Presbyterum titulo præscribant, Theologorum more rem pertractans hæc scribit; *Corporis vero proprietatem in exemplum accipientes, mutuam diuinarum hypostaseon cohærentiam, per membrorum proportionem & assimilationem repræsentauimus. Hinc & Spiritus oris illius, nempe Dei Spiritus sanctus dicitur, cui Vnigenitus os est, & Spiritus rursus ex ipso procedens, & missus non solum a Patre, sed etiam a Filio.* Idem Oratione secunda de Incircumscripto. *Mentem dicimus Patrem Verbi, mentem in qua Verbum, cum quo Spiritus sanctus,*

Spiritus

Spiritus oris Dei existens, os enim Patris Filius. Illud porro, *de meo accipiet*, necnon & illud, *ex Patre procedit*, quæ de seipso & Spiritu profert Saluator, rem probantibus demonstrationibus & argumentis eandem sententiam inferre in rebus diuinis maximus Epiphanius confirmat, vt antea ostendimus.

XIV. Nunc itaque videamus, quæ ipse proponit ad redarguendum illud *effundere*, qui in vocibus frequenti vsu tritis paritatem sententiæ temerarie redarguit, nesciens de quibus decernat, vt scripturæ verbis vtar, sicq; ex proxime appositis seipsum magis ac magis publice redarguendum dedat. Videamus ergo vt ille *effundere* redarguat. *Cum effundam ait a spiritu meo in omnem carnem idem illi procedere faciam prorsus dicit, si necessario effundere, & procedere facere idem est*. Si igitur Spiritum effundere assereret, non extra rationem quoquo modo loqui licet falsa videretur, nunc vero *a Spiritu meo* dicit. Quid quispiam diceret, de tanta confidentia & libertate dicendi, cum scripta diuinorum Patrum aperte destruantur, & corũ Auctores ac diuini Magistri, quasi veritati non adhæreant, sed ab ea longe lateque aberrent, conuitijs afficiantur? Quis enim non nouit cõmune omnium placi-

ὂν τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον πνεῦμα στόματος τοῦ Θεοῦ χρηματίζον, στόμα γὰρ πατρὸς ὁ υἱός. τό γε μὴν ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἃ φησιν ἐφ' ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς περὶ τοῦ πνεύματος ὁ Σωτὴρ ἀποδεικτικαῖς πιστώσεσι καὶ κατασκευαῖς τῆς αὐτῆς παρίστησι διανοίας ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἐπιφάνιος, καθὼς ἄνω προδιειλήφαμεν.

ιδʹ. Τοῦ λοιποῦ τοίνυν ὀψόμεθα, καὶ ὅπερ αὐτὸς τίθησιν εἰς ἔλεγχον τὸ ἐκχεῖν ὁ ἐπὶ φωνῶν καθόλου θεολογίαις ἐμπεριεχομένων τὸ ταυτὸν θρασυνόμενος διελέγχειν, μὴ εἰδὼς περὶ ὧν διαβεβαιοῦται τὸ τῆς γραφῆς, ὅπως ἐκ τῶν ἀγχοῦ παρατιθεμένων θριαμβεύῃ μᾶλλον ἑαυτὸν διελέγχεσθαι. ἴδωμεν τοίνυν καὶ τὸν εἰς τὸ ἐκχεῖν ἔλεγχον. ὅτε ἐκχεῶ φησὶν ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, ταυτὸν τῷ ἐκπορεύσω παντάπασι λέγει, εἰ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἐκχεῖν καὶ τὸ ἐκπορεύειν ταυτόν. εἰ μὲν οὖν τὸ πνεῦμα ἔλεγεν ἐκχεῖν, εἶχεν ἄν τινα εὐπρόσωπον λόγον τοῦτο, εἰ καὶ μὴ ἀληθῆ. νῦν δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου φησί. Τί τις ἂν φαίη τῇ τοῦ καθ' ὧν λέγει ἀδείᾳ; γραφῆς τῶν θεοπνεύστων προδήλως ἀναιρουμένης, καὶ τῶν ταύτης θεοβραβεύτων διδασκάλων λοιδορουμένων, ὡς ἀληθείας μὴ ἐχομένων, ἀλλ' ἀποδιϊσταμένων αὐτῆς; τίς γὰρ οὐκ οἶδε κοινῆς θέσεως εἶναι τῇ Ἐκκλησίᾳ

τὴν, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ῥῆσιν Προφητικὴν δηλοῦσαν αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκχέαι τὸν Κύριον, ποτὲ μὲν βοώσῃ διαπρυσίως, κατέπεμψεν αὐτὸ, ἐνίοτε δὲ ἐξέχεεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους μαθητὰς καὶ Ἀποστόλους. καὶ πῶς φησιν ὁ ἀντίθετος. εἰ μὲν οὖν τὸ πνεῦμα ἔλεγεν ἐκχεῖν, ὡς μὴ αὐτὸν δεχόμενος ἐκχεῖν τὸν Παράκλητον. οὐκ οἶδα δ' ὅτι νοῶν. ποῦ δὲ θήσει τοὺς μεγαλοκήρυκας ἄμφω κορυφαίους, ὧν ὁ μὲν τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς πρὸς Τίτον ἐπιστέλλων, ἔσωσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἀνακηρύττει, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινίσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὁ δὲ τῆς οὐρανῶν βασιλείας ὁ ἱερὸς κλειδοῦχος μετὰ τὸ διερμηνεῦσαι τὰ τοῦ δηλωθέντος Προφήτου ῥήματα καθὼς ὁ θεηγόρος ἱστορεῖ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσι, πρὸς τοὺς τότε παρεστῶτας διδάσκει δημηγορῶν. τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, ὁ θεάνθρωπος Χριστὸς δηλονότι, τὴν ἐπαγγελίαν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὴν παρὰ τοῦ ὁρῶντος Ἰωὴλ προαγγελθεῖσαν, λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξέχεε τοῦτο, ὃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ἀκούετε, μετὰ δαψιλείας τουτέστιν τῶν αὐτοῦ δωρημάτων καὶ χαρισμάτων ἐξέχεεν, ὅπερ ὑμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι διὰ μὲν τοῦ εἴδους τῶν πυρίνων γλωσσῶν βλέπετε. διὰ δὲ τῆς βιαίας πνοῆς

placitum in Ecclesia esse, dictum Propheticum, *Effundam de Spiritu meo*, significare a Domino effusum fuisse Spiritũ sanctum, cum aliquando sonore clamat, *demisit illum*, aliquando, *effudit in sanctos Discipulos & Apostolos?* Et quomodo aduersarius blaterat, *si itaque dixisset, Spiritum effundere*, quasi non admittat ipsum Paracletum effundi? Quid ille sibi ipsi animo proposuerit, ego equidem non capio. Vbinam ponet magnos præcones, ambos primarios, quorum alter Vas electionis, qui ad Titum scribens, *Saluauit nos Deus & Pater*, edicit, *per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, ex quo effudit in nos affluenter per Iesum Christum Saluatorẽ nostrum*: alter est regni cœlestis sacer Clauiger, qui postquam exposuisset laudati Prophetæ verba, vt diuinus Lucas in Actis narrat, apud præsentes tum conciocinans docet; *Dextera igitur Dei exaltatus*, Deus & homo Christus, *& promissione Spiritus sancti* ab Ioële vidente prædicta, *accepta a Patre effudit hoc quod vos videtis, & auditis* cum abundantia, hoc est suorum donorum & gratiarum effudit, quod vos Iudæi sub specie ignearum linguarum videtis, & per violentum flatum auditis. Hinc diuinissimus Cyril-

lus

…one P[illegible] phonetica ad
Imp[illegible] atrices de re-
, hunc[illegible] in modum de-
git itaq[illegible] *quæ erant Dei*
s Filius[illegible] *Spiritum dedens*
mana ig[illegible] *assumptio est,*
conuen[illegible] *s, & super bo-*
ex pro[illegible] *io complemento*
n alio[illegible] *effundere datio-*
quodsi [illegible] on extra tempus
accip[illegible] per Dominum
stolis, [illegible] & alijs signiferis
bus, sup[illegible] ra tamen tempus
ex ess[illegible] ntia effundere
erpetu[illegible] o ipsum existere.
pter i[illegible] ipsa Interpreta-
ëlis P[illegible] rophetæ in illud,
n ex [illegible] *piritu meo*, idem
n ser[illegible] onum concinna-
edisse [illegible] it. *Etenim qua*
, & ex [illegible] *Deo secundum na-*
ilius: [illegible] *eneratus enim est*
& Pa[illegible] *e, proprius ipsius*
o & e[illegible] *ipso Spiritus est,*
ratio[illegible] *sed qua intelli-*
e esse [illegible] *Dei, & Patris.*
ntum [illegible] hic astruit palam
hic [illegible] it, Filium æque
em di[illegible] ium habere Spi-
dum [illegible] it, *Proprium Fi-*
tum, [illegible] *proprius ille est*
etsi, [illegible] dictum est, *pro-*
yniuer[illegible] m plane inter-
in De[illegible] illud ex essen-
at. tu[illegible] quoque cum
Filio [illegible] *iritus est*, sed & tandem cum inducat dijudica-
ddens [illegible] *non alia ratione, sed qua intelligitur ille esse Dei &*
Patris

ἀκούετε. ὅθεν ὁ θειότατος Κύριλλος ἐν τῷ Προσφωνητικῷ λόγῳ ταῖς εὐσεβεστάταις Βασιλίσσι περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως οὕτω θεολογεῖ. Ἐπέχευεν οὖν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ υἱὸς, τὸ πνεῦμα διδοὺς αὐτός. ἀνθρωπίνη τοίνυν ἡ λῆψις, θεοπρεπὴς δὲ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ ἐξ ἰδίου πληρώματος καὶ εἰς ἑτέρους ἐκχεῖν τὴν δόσιν. εἰ δὲ καὶ ἐν χρόνῳ τὸ λαμβάνειν αὐτὸ παρὰ Κυρίου τοὺς Ἀποστόλους, καὶ λοιποὺς πνευματοφόρους ἄνδρας, ἀλλ' ὑπὲρ χρόνον τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐκχεῖν, καὶ ἀϊδίως αὐτὸ ὑπάρχειν. διὸ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν Προφήτην Ἰωὴλ τῇ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ὁ αὐτὸς ἱερολόγος διέξεισιν οὑτωσί. Ἡ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. οὐ μόνον ἐνταῦθα μὲν τοίνυν περιφανῶς ὁ μέγας, τὸν υἱὸν ὡς τὸν πατέρα τὸ θεῖον ἔχειν πνεῦμα, ἐκ τοῦ φάσκειν ἴδιον τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. εἴπερ ἴδιον τοῦτο καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ εἴπερ ὡς ἐρρέθη τοῦ ἰδίου καθόλου σαφὴς ἀνάπτυξις ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας δηλοῦν, ἔτι τε ἐκ τοῦ λέγειν ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τελευταῖον ἐκ τοῦ ἐπάγειν πλεονασμοῦ διακρινήσεως, οἷον καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. καίτοι

τούτων ἕκαστον οὐχ ὅπως ὁμοῦ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀναμέρος θεωρίᾳ σαφῶς ἔχει τῆς σημασίας τοῦ ἐκπορεύεσθαι. καὶ τοῦ λοιποῦ σκεψάσθωσαν οἱ τῆς μοίρας τοῦ οὕτως ἐξηγουμένου, ὡς προσκεῖσθαι, τὸ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, πῇ φέρεται, καὶ κατὰ τίνων φρυάττεται. Οὐκ ἄρα δὲ τὸ ἐκχεῖν, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἔκχυσις, καὶ πρόχυσις, καὶ τὸ προχεόμενον, ἀλλά γε δὴ καὶ χύσις, καὶ τὸ χεόμενον, καὶ τὸ χεῖσθαι τὴν ἐπειδὴ δηλοῦσι καὶ ἀΐδιον ὕπαρξιν ἐπὶ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων λαμβανόμενα, καὶ τοῦτο μυσταγωγῶν ὁ τῆς θεολογίας γρήγορος μυστολέκτης ἐν τῷ εἰς τὰ γενέθλια λόγῳ βοᾷ. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν, οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν. τὸ γὰρ μὴ ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, τὸ μὴ εἰς πλείονα τῶν ἀριθμηθέντων τριῶν προσώπων τὴν ὕπαρξιν ἐχούσης παρίστησιν. οὐ γὰρ ῥύσιν θεότητος ἐννοῆσαι τὴν ταύτης χύσιν τολμήσει τις, ἀλλὰ τὸν μόνιμον ἐντεῦθεν γνώσεται πηγασμὸν, καὶ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν τὴν ἐν τρισὶ προσώποις ὁριζομένην, τῷ γεννῶντι πατρὶ, τῷ γεννωμένῳ υἱῷ, καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ πνεύματι.

Patris. Et nihilominus vnumquodque ex his, non tantum simul coniuncta, singulari vniuscuiusque consideratione processionem manifestant. Interim examinent, qui partes sequuntur similis expositionis, vt antea appositum est, in illud, *effundam ex Spiritu meo*; quonam is expositor agatur, & aduersus quos fremat. Non igitur *effundere*, & *profundi*, & *effusio*, & *profusio*, & *profusum*, & *fusio*, & *fusum*, & *fundi*. cum de diuinitatis principibus hypostasibus prædicantur, essentialem, & sempiternam existentiam indicant. Et hoc instruens theologicorum mysteriorum vigil collector Oratione in Natalem Domini clamat; *Dei vero cum dixero, dico Patris & Filij & Spiritus sancti, cum vltra hæc Deitas non effundatur, ne multitudinem Deorum introducamus, neque inter hæc circumscribatur, ne Deitatis paupertatem astruere condemnemur*. Nanque illud, *cum vltra hæc Deitas non effundatur*, non in alias ab enumeratis tribus personis existentiam extendi demonstrat. Neque enim *fluxum Deitatis*, illius fluxum quispiam audebit concipere, sed firmum inde, ac stabilem effluxum, & sempiternam existentiam cognoscet in tribus personis definitam, Patre generante, genito Filio, & procedente Spiritu.

XV. Vt vero illud quoque speculemur, maximopere conducens, ad vocũm, de quibus nunc verba facimus, elucidationem, qui ἐκπορεύειν hic frequenter circumfert, si attentius animũ aduertisset, vt addisceret quęnam dictiones his sententijs assimilantur apud Rhetores, & quæ diuersum tinniũt, vt posset his quidem, vbi opus est, vti, ab alijs abstinere, quomodo non maiori attentione incumbendũ illi erat, vt in rebus Theologicis illæ apud diuiniloquos Patres assumuntur. Nanque illud ἐκπορεύειν, & ἐκπορεῦον, quæ secundum prolationem actiua sunt, nusquam apud aliquem vllo in loco, dummodo ille in decernendis dogmatibus insignis habitus est, inuenitur, & multo minus ἐκπορευτής. Vnde qui ex zelo ac sapientia nomen sibi comparauit, Maximus, Anomœi, Arianistæ nempe cum Orthodoxo Colloquium componens, ex persona Anomœi, quasi ille interrogaret. *Non est igitur differentia Patris & Filij, & Spiritus sancti?* Orthodoxus *In natura non, in voluntate non, sed in generare, & generari, et mittere, & procedere.* Tum Anomœus. *Quid est generare, siue generari, & emittere, & procedere?* Respondet Orthodoxus. *Quod Pater quidem generat, hoc est generauit; Filius vero generatur, hoc est genitus est. Et quem ipse*

ιε. Ὡς δὲ καὶ τοῦτο θεωρηθείη, συμβάλλον οὐχὶ μικρῶς, καὶ πρὸς τὴν τῆς ταυτότητος τῶν φωνῶν, περὶ ἧς ὁ λόγος, φωταγωγίαν, ὁ τὸ ἐκπορεύειν ἐνταῦθα συχνῶς προφέρων, εἰ προσπλείστου τοῖς ῥήτορσιν ἔχειν εἰδέναι, ποῖαι τῶν λέξεων ταῖσδε τῶν ἐννοιῶν φέρουσι τὸ κατάλληλον, ποῖαι δὲ τὸ ἀπᾷδον, ὡς ἔχειν ταῖς μὲν ὅπου δεῖ χρᾶσθαι, τῶν δὲ ἀφίστασθαι, πῶς οὐχὶ περὶ πλείονος ἔδει θέσθαι μᾶλλον, ὅπως ἐν ταῖς θεολογίαις καθορᾶται τοῦτο τοῖς θεορρήμοσιν. ἰδοὺ γὰρ τὸ ἐκπορεύειν, καὶ τὸ ἐκπορεῦον τὰ κατ' ἐκφώνησιν ἐνεργητικὰ ἥκιστα παρά τινι τῶν ἐν δόγμασι διαλαμψάντων εὕρηται ὁπουδήποτε, οὔτι μὴν τὸ ἐκπορευτής. ὅθεν ὁ τὸν ζῆλον καὶ τὴν σοφίαν φερώνυμος Μάξιμος, Ἀνομοίου, ἤγουν Ἀρειανιστοῦ μετὰ Ὀρθοδόξου διάλεξιν συγγραφόμενος, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἀνομοίου φησὶ κατ' ἐρώτησιν. Οὐκ ἔστιν οὖν διαφορὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος; ὡς ἀπὸ τοῦ Ὀρθοδόξου. ἐν τῇ φύσει οὔ, ἐν τῷ θελήματι οὔ, ἐν τῷ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι, καὶ ἐκπέμπειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι. καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀνομοίου. τί ἐστι γεννᾷν ἢ γεννᾶσθαι, καὶ ἐκπέμπειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι; ἀπὸ τοῦ Ὀρθοδόξου, ὅτι μὲν πατὴρ γεννᾷ τουτέστιν ἐγέννησεν, ὁ δὲ υἱὸς γεννᾶται, τουτέστι γεγέννηται. καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ πατὴρ ἐκπέμπει τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται,

τουτέστιν ἐκπεπόρευται, ἑκάτερον ὁ μέγας δείκνυσιν ὁμολογητής, τὸ μήτε παντάπασιν ἐν χρήσει τὸ ἐκπορεύειν εἶναι, καὶ τὸ μηδαμῶς αὐτοῦ τούτου κατὰ νοῦν τὸ ἐκπέμπειν ἀπολιμπάνεσθαι. δέον γὰρ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐν συντόμῳ διαλόγῳ τὸ ἐκπορεύεσθαι εἰπεῖν, οὐ τοῦτο, ἀλλὰ τὸ ταυτὸν, καὶ οὐκ ἄλλο κατὰ διάνοιαν ἐξεφώνησε. καὶ τοῖς θαύμασιν ὁμωνυμούμενος ποιμὴν τῶν Νεοκαισαρέων Γρηγόριος τὸ ταυτίζεσθαι ταῦτα ῥήματα βεβαιοῖ. ἐν γὰρ τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή. Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς Ἀποστολικῆς ὁμολογίας οἱ τὸν υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες, οὕτω φησίν. Ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς, τοῦ τε πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος. ὡς γοῦν μηδὲν τὸ δὲ διαφέρον τοῦ ἐκπορευθέντος εἰς ἐννοίας δήλωσιν εἴρηκε. τούτου δὲ ὁ ὁμώνυμος ἡ τῆς θεολογίας ἀκρότης, οἷς καὶ ἐν ὀνόμασιν, οὐχ ὅπως ἐν ῥήμασι τὸ ταυτὸν διαυγάσει. ἐν μὲν τῷ πρὸς Ἥρωνα τὸν Φιλόσοφον λόγῳ. Πατρὸς μὲν, φησίν, ἴδιον ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῶν Εἰρηνικῶν, Οὕτω φρονεῖν μὲν φάσκει, καὶ οὕτως ἔχομεν. ὥστε ὅπως μὲν ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα σχέσεώς τε καὶ τάξεως, αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ

ipse Pater emittit Spiritum, & Spiritus procedit, hoc est processit. Vtrumque magnus hic Homologeta ostendit, nullo modo esse in vsu ἐκπορεύειν, & nullo modo, si sententiam spectas, hoc ipso minus significare *emittere*. Cum enim non semel sed bis & sæpius opus esset in breui isto Colloquio τὸ ἐκπορεύεσθαι dicere, non ipsum, sed simile & quod non aliam sententiam inferret, pronunciauit. Qui item a miris edendis nomen consecutus est Neocæsariensiũ Præsul Gregorius, hæc ipsa verba eundem significatum exprimere confirmat. Oratione siquidem cuius illud principium est, *Inimicissimi, & ab Apostolica confessione alieni sunt, qui Filium ex ijs, quæ non sunt*, sic inquit. *Ingenitus cum sit Pater, genitus vero Filius ex Patre, Spiritus vero ex essentia Patris per Filium ab æterno emissus.* quasi vero hoc in nulla re differret a *processit*, vt mentem suam exprimeret, pronunciauit. Eiusdem nominis alter, Theologiæ vertex non tantum nominibus, sed verbis etiam id idem illustrabit. is ad Heronem Philosophum Oratione scribit, *Patris proprium est ingenitura, Filij generatio, Spiritus emissio.* Et in secundo de Pace, *Ita sentimus*, ait, *& ita tenemus, vt quomodo illa se habeant inter se relatione & ordine, soli ipsi Triadi concedamus cognitionem,*

& quibus ipsa Trias reuelauerit expurgatis siue nunc, siue postmodum. Ipsi vero vnam & eandem Deitatis naturam, quæ absque principio, & generatione, & progressu cognoscimus. Quod ibi est *ingenitura*, id hoc in loco est *absque principio*, quod personarum dualitas ex Patre est. dum secundum illud absque tempore tres simul absque principio sunt. Ibi vero & hic *generatio* eodem vocabulo expressa est. Et quod ibi *emissio*, hic est *progressus*. In alijs quoque hic ipse & alij Patres Theologi alijs vocibus non aliud ab hisce significantibus plane rem eandem exprimunt, quas breuitatis caussa præterimus, cum alij nostri sermones de his ijsdem agant.

XVI. Deinceps post verba illius, cum quo Colloquium concinnat, hæc apponit. *Quemadmodum si quis dicat, dextro pedi basim fieri, non addens & sinistro, imperfecte loquitur, & secūdum sententiam solœcismum facit, non structura: pari ratione*, inquit, *& qui Spiritum sanctum dicit ex Patre procedere, non addens, etiam ex Filio, imperfecte prenunciat, & secundum sententiam errat. Si itaque hoc ipse Dei Filius in Euangelijs dicens, Cum vero venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, non addens, & ex me, imperfecte secundum ipsos loquitur,*

οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀνακαλύψῃ κεκαθαρμένοις, ἢ νῦν, ἢ ὕστερον. αὐτοὶ δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἰδέναι φύσιν θεότητος, ἀνάρχῳ, καὶ γεννήσει, καὶ προόδῳ γνωριζομένην, ὃ οὖν ἐκεῖ ἡ ἀγεννησία, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἐκ πατρὸς εἶναι τὴν τῶν προσώπων δυάδα. ἐπείγε καὶ τὸ ἄχρονον τὰ τρία συνάναρχα. κἀκεῖσε δὲ καὶ ἐνθάδε ἡ γέννησις διὰ τῆς αὐτῆς δεδήλωται λέξεως. καὶ ὅπερ ἡ ἔκπεμψις ἐκεῖ, ἐνταῦθα ἡ πρόοδος. ἐν ἄλλοις δὲ ὁ αὐτὸς, καὶ λοιποὶ τῶν θεολόγων Πατέρων, διὰ φωνῶν ἑτέρων τὸ ταυτὸν ταῖσδε σαφῶς ἐκτίθενται. ἃς διὰ τὸ μῆκος ἐῶμεν. ἄλλοι δὲ τῶν ἡμετέρων λόγων περὶ τῶνδε διαλαμβάνουσι.

ιϛ΄. Ἐφεξῆς τοῦ μεθ' οὗ πεποίηται τὴν διάλεξιν τίθησι ταῦτα. Ὥσπερ εἴ τις λέγοι τὴν βάσιν τοῦ δεξιοῦ ποδὶ γίνεσθαι, μὴ προστεθεὶς καὶ τοῦ εὐωνύμου, ἀτελῶς λέγει, καὶ σολοικίζει κατὰ τὸν νοῦν, οὐ κατὰ τὴν συνθήκην, οὕτω φασὶ καὶ ὁ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγων ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, μὴ προστεθεὶς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἀτελῶς λέγει καὶ πταίει κατὰ τὸν νοῦν. εἰ οὖν τοῦτο αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγων, ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, μὴ προστεθεὶς καὶ τὸ, παρ' ἐμοῦ, ἀτελῶς κατ' αὐτοὺς

λέγει, καὶ κατὰ νοῦν πταίει. ἀλλ' ἀπείη ἡμῶν αὕτη ἡ βλασφημία. ἢ δείξατε φασὶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ λεγόμενον, ὅτι οὐκ ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, ἢ καταδέξασθε καὶ ἄκοντες τὴν κατάφασιν, ὅτι καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται. τοῦτο δὲ ἐστι σόφισμα. οὐ γὰρ ἐπεὶ μὴ ἔχει τις ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τὸν υἱὸν δεῖξαι, ὅτι οὐ γεννᾶται ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ἤδη τὴν κατάφασιν ὁμολογήσει, ὅτι γεννᾶται. τὸ δ' αἴτιον ὅτι ἄλλο τὸ μὴ εἶναι, καὶ ἄλλο τὸ μὴ εἰρῆσθαι. οὐ γὰρ ἐπεὶ μὴ εἴρηκέ τις σήμερον τῶν παρ' ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἀστράπτει, ἀναγκασθήσεταί τις ἐνδοῦναι τὴν κατάφασιν, ὅτι ἀστράπτει. ἡμεῖς οὖν οἱ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας φθεγγόμενοι, ὡς οἶδεν ὁ ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις ἐμβατεύων Θεὸς πρὸς τοὺς τούτου λόγους οὐχὶ πρὸς ἐκδίκησιν τοῦ πρὸς ὃν αὐτῷ ἡ ἀντιδικία φαμὲν, ὡς ἐξ ὧν ἀγχοῦ λέγων, δικαιοῦν ἑαυτὸν οἴεται, τῆς δὲ τῆς οἰήσεως ταῖς ἐγκατεσπαρμέναις αὐτῷ ῥήσεσι θεολογικαῖς ἀπελαύνεται, καὶ μάταιον τὸ τῆς ἐπιφορᾶς τῆς βλασφημίας ἐλέγχεται, καὶ τὸ τῆς οἰκώσεως τῆς ἐκ τῆς ἀπευχῆς. Κύριλλος γὰρ ὁ θεῖος ἐν ταύταις διαπρυσίως μαρτύρεται, προχεῖται καὶ πρόεισιν ἐρῶν τὸν θεάνθρωπον εἰρηκότα, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ταυτίζεσθαι πάντως εἰδὼς τὴν δὲ τῶν

loquitur, & vitiose secundum sententiam labitur. Sed longe sit a nobis similis blasphemia. Aut ostendite inquiunt in diuinis scripturis affirmari, Spiritum etiam ex Filio non procedere, vel admittite etiam coacti affirmationem, ex ipso nempe procedere. Sed hoc sophisma est. Neque enim quia non potest quis ex sacra scriptura demonstrare Filium non generari a Spiritu, iam affirmationem fatebitur, eum generari. Causa est. nam aliud est non esse, & aliud non dici. Neque enim quia nemo vllus ex nostris non dixit, hodie non fulgurat, cogetur quispiam affirmationem concedere, fulgurare. Nos itaque, qui pro Ecclesiæ Dei pace verba interponimus, vt bene nouit in corda hominum penetrans Deus, ad huius sermones non ad vindicandum eum, cui ipse litem mouit, dicimus, ex proxime dictis, quibus suam causam se tutari existimat, ab hac sua opinione testimonijs theologicis supra digestis repelli, frustraque e blasphemiam obijcere, & tumorem ex deprecatione enascentem deprehendi. Diuinus enim Cyrillus in illis palam suo testimonio confirmat, *Deum & hominem asseruisse, effundi, & progredi Spiritum veritatis, qui a Patre procedit*, eundem prorsus significatum habere sciens has tres voces, & nullo modo secundum

senten-

ſententiam diuerſum. Idem vero clamat alta voce, *Et eſt Chriſtus veritas, & ab ipſo illa ipſa ratione qua a Patre profunditur*. Tum præterea dogmatum fulcrum magnus Epiphanius in iiſdem eandem ſententiam clariſſimis neceſſarijſque concludentibus argumentis cõfirmat, vti de Patre illud; *qui a Patre procedit*, ita de Filio alterum, *& de meo accipiet*, ſicuti declaratum eſt, quæ in eodem ſancto Euangelio, & in eadem & vna pericope, & quam proxime apponuntur. Et vbinam eſt aduerſarij illud de Domino, *non addens item illud ex me?* Et hæc quidem ipſe diuinorum Patrum commentaria prorſus percurrere dedignatus, vti ſe percurriſſe commonſtrat, vel illis potius improbitatem animo antea conceptam præponens. Nos porro a Deo edoctos Epiphanium ac Cyrillum in traditis ab ipſis decretiſque de illis, *ex Patre procedit*, & *de meo accipiet*, ſequi potius conſtituimus, quam quæ ipſi deſilientes interpretantur atque definiunt, quod & eiuſdem cum eodem ſententiæ Viri vel potius aſſeclæ facti, vna ſimul cum dictis iniuriam pati eligimus, qui propitij ſint tanquam qui ſciant, cum ipſi Deo viuant, vnde conuitia exoriantur: Et præterea Theologiæ verticem decernentem, *de nominibus non eſſe conten-*

φωνῶν τὸ τρίτον, καὶ ἥκιστα διαλλάττον κατὰ διάνοιαν. ὁ αὐτὸς δὲ κράζει μεγαλοφώνως, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ πατρός. ἔτι τε ἡ ἄγκυρα τῶν δογμάτων ἐν αὐτοῖς Ἐπιφάνιος ὁ μέγας τὸ αὐτὸ δηλοῖ παρίστησι φανερωτάτοις ἐξ ἀναγκαίων κατασκευῶν. ὡς ἐπὶ τοῦ πατρός, ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, οὕτως ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τό, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. καθὰ προδιήγγελται, ἅπερ ἐν τῷ αὐτῷ θείῳ Εὐαγγελίῳ ἐν τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ περικοπῇ, καὶ λίαν ἐγγύτατα. καὶ ποῦ τὸ τοῦ ἀντιθέτου περὶ τοῦ Κυρίου, τό, μὴ προστεθεὶς καὶ τό, παρ' ἐμοῦ; καὶ ταῦτα, ὁ μὲν τῶν θεολήπτων ἐπελθεῖν ὅλως μὴ ἀξιώσας, ὡς ἑαυτὸν ἀναφαίνει, ἢ τὴν δὲ μᾶλλον τὰς τῆς κακίας προκειμένας τῆς ἐκ προλήψεως. αὐτοὶ δὲ τοῖς θεοσόφοις Ἐπιφανίῳ τε καὶ Κυρίλλῳ, οἷς περὶ τοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, παραδιδόντες θεσπίζουσιν, ἀκολουθεῖν ἐξ ἀνάγκης εἱλόμεθα, ἤπερ οἷς οἴκοθεν ἐφάλλονται περὶ αὐτῶν διερμηνεύειν καὶ ἀποφαίνεσθαι, ὃ δὴ καὶ οἱ τῆς ὁμογνώμονος αὐτοῦ, ἢ μᾶλλον ἑπόμενοι συνυβρίζεσθαι τοῖς ῥηθεῖσιν αἱρούμεθα, οἳ καὶ ἵλεω εἶεν, ὡς εἰδότες οἷα Θεῷ ζῶντες, ὅθεν τὰ τῶν λοιδοριῶν. καὶ προσέτι τῷ τῆς θεολογίας ἀκρέμονι σαφῶς ἀποφαινομένῳ,

μὴ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχεῖν, ἕως ἂν εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν.

ιζ. Ἔπειτα τοῦ διαλεχθέντος αὐτῷ ἐξετάζων τό, ἐπεὶ οὐκ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ, εὕρηται οὐδαμῶς, ἡ κατάφασις ἄρα ἔσται, ἀντιπίπτει σόφισμα τοῦτο καλῶν. οὐ γὰρ ἐπεὶ μὴ ἔχει τις ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ δεῖξαι καὶ τὸν υἱὸν ὅτι οὐ γεννᾶται ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ἤδη τὴν κατάφασιν ὁμολογήσει, ὅτι γεννᾶται. ἡ ἐκ τῶν ὁμοίων αὕτη κατασκευὴ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ ψεύδους οὖσα τὸν ἐκθέμενον τήνδε σόφισμα λέγοντα μᾶλλον, ἢ ἀναιροῦντα σόφισμα δείκνυσι. βούλεται γὰρ ἐξ αὐτῆς παραστῆσαι, ὅτι ὥσπερ οὐ γεννᾶται ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πνεύματος ὁμολογούμενον ὄν, δείξεως οὐ δεῖται. καὶ διὰ τοῦτο ἡ κατάφασις ὅτι ἐξ αὐτοῦ γεννᾶται ψευδής. οὕτω καὶ ὅτι οὐκ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ ἀναμφίλεκτον ἔχον, οὐ τοῦ δειχθῆναι χρῄζει, καὶ διὰ τοῦτο ἡ κατάφασις ἐπιφέρεται τὸ μὴ ἀληθές. ἴδωμεν οὖν τοῦ λοιποῦ τὴν ὁμοίωσιν, τό, τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννᾶσθαι δυάδα προσώπων εἰσάγον, διττὰ κατ' ἀνάγκην φυτοβολεῖ καὶ τὰ ἴδια τὸ μὲν γεννᾶν, καὶ τὸ γεννητικὸν ἓν ὂν τοῦ γεννῶντος πατρός. τὸ δὲ γεννᾶσθαι καὶ τὸ γεννητὸν ἕτερον τοῦ γεννωμένου υἱοῦ. ἔνθεν τὸ μὴ ἐκ τοῦ πνεύματος

contendendum, dummodo in eandem sententiam syllabæ referantur.

XVII. Postmodum secum colloquentis illa redarguens, *Quandoquidem non procedit Spiritus ex Filio nusquam inuenitur.* affirmatio, igitur fuerit, contra opponit, Sophisma illud appellans. *Neque enim quod non habeat quispiam in diuina scriptura ostendere etiam Filium, non generari a Spiritu, iam & affirmationem fatebitur generari.* Ista probatio ad destruendum mendacium ex similibus assumpta, illam exponentem sophisma potius dicere, non destruere sophisma, ostendit. Intendit siquidem ex ipsa probare, quemadmodum non generatur Filius a Spiritu, quod, cum in confessis sit, demonstratione non eget, propterea que affirmatio ex ipso generari mendax est, parique modo Spiritum non procedere ex Filio, cum indubitatum sit, demonstratione non indiget, propterea que affirmatio vna secum trahit quod verum non est. Videamus igitur posthac similitudinem. Illud, ex Patre Filium generari duas personas inducens, duas etiam necessario inculcat proprietates, alteram generare, & generandi facultatem solam vnamque Patris generantis, alteram generari, & generatum qui generatur Filij. Inde ex Spiritu Filium non generari sub

mota

mota omni dubitatione veritas tenet. & huiusce demonstrandi nullam necessitatem esse, paterna proprietas, generare scilicet, confirmat. Si enim ipsi soli vti proprium reseruatur, quomodo alteri adaptari ita poterit, vt Filium generet? nequaquam. At ex Filio Spiritus non procedit, comparatio adhæc quænam fuerit? si ἐκπορεύειν, siue vt frequenter hic dogmatibus examinandis sedulus inquit, siue quod a Deo illuminati Patres proferunt, *emittere*, vt proxime expositum est, siue *productiuum*, aut *producere* Patris proprium esse ipsi traderent, vt *generatiuum* ibi & *generare*, bene vtique se haberet vtriusque affirmationis similitudo. Cum vero nullus ex his vllo in loco *productiuum* in proprietatem paternam assignare repertus sit, & *emittere* nonnulli ex ipsis vti de Deo Patre ita & de Filio palam vsurpant, quid dissidentia nec prorsus inter se cohærentia coalescere conatur ostendere, & simul non concurrentia concurrere? Deinceps per Filium ex Patre Spiritum sanctum procedere, decreto vniuersalis Synodi, quæ septima numero est, definitum, quomodo locum habere illud ἐκπορεύειν *producere facere* concedet? Concedamus siquidem, vt aduersario placet, vti proprium Patri. Si quid enim Pater proprium habet, non habet id per Filium, non gene-

τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι τῆς ἀληθείας τὸ ἀπαραίτητον, καὶ τὸ, μηδεμίαν ἀνάγκην τῆς τούτου δείξεως εἶναι ἡ τοῦ πατρὸς ἰδιότης βεβαιοῖ, τὸ γεννᾶν. εἰ γὰρ αὐτῷ μόνῳ καθὰ ἴδιον ἀφιέρωται, πῶς ἑτέρῳ τοσοῦτον ἐφαρμοσθῆναι δυνήσεται, ὥστε γεννᾶν τὸν υἱόν; ἥκιστα. εἰ δὲ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκπορεύεται ὁμοίωσις πρὸς ταῦτα, ποία; εἰ τὸ ἐκπορεύειν, ἢ συχνῶς εἴπως ὁ λίαν ἐξεταστικὸς τοῖς δόγμασι φάσκει, ἢ ὅπερ οἱ θεαυγεῖς Πατέρες προφέρουσι τὸ ἐκπέμπειν, ὡς ἐγγὺς προεκτέθειται, ἢ τὸ προβλητικόν τε καὶ τὸ προβάλλεσθαι τοῦ πατρὸς ἴδιον αὐτοὶ παρεδίδουν, ὡς τὸ γεννητικὸν ἐκεῖσε καὶ τὸ γεννᾶν, καλῶς ἂν εἶχεν ἀποφάσεων ἑκατέρων τὸ ἐμφερές. ἐπεὶ δὲ τούτων οὐδεὶς ὁπουδήποτε τὸ προβλητικὸν εἰς ἰδίωμα πατρικὸν ἀποτάττων ὤπται, καὶ τὸ ἐκπέμπειν, σφῶν ἔνιοι ὡς ἐπὶ τοῦ πατρὸς οὕτως ἐπὶ τοῦ υἱοῦ διαρρήδην διαγορεύουσιν, ἵνα τί τὰ ἀσύμβατα συμβαίνειν πειρᾶται φαίνειν, καὶ συντρέχειν τὰ μὴ συντρέχοντα; εἶτα τὸ δι' υἱοῦ ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ψηφίσματι παγκοσμίου συνόδου κεκυρωμένον, ἣ τὸν ἕβδομον ἔλαχεν ἀριθμόν, πῶς ἀποπληρωθῆναι τὸ ἐκπορεύειν ἐάσει; δοτέον καὶ γὰρ ὡς τῷ φωνοῦντι δοκοῦν, εἰς ἰδίωμα τῷ πατρί. εἴ τι γὰρ ὡς ἴδιον ὁ πατὴρ

ἔχει, οὐκ ἔχει τοῦτο διʼ υἱοῦ, οὐ τὸ γεννητικόν, οὐ τὸ ἀγέννητον, οὐκ ἄλλο οὐδέν. διὰ τοῦτο τόλμης μεγάλης, ἢ ἀγνοίας οὐ τῆς τυχούσης, ἵνα μὴ λέγω τὸ μεῖζον, τὴν οὐκ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἀπόφασιν ὡς ἐκ τῶν ὁμοίων δεικνύναι, ἐκ τοῦ μὴ γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πνεύματος. καὶ ὡς ταύτην κἀκείνην ἀληθεύειν ἐκ τῆς γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πνεύματος καταφάσεως. καὶ ὡς ταύτην κἀκείνην τὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα κατάφασιν ψεύδεσθαι, τῶν θεολαμπῶν μυστηπόλων περὶ τοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ περὶ τοῦ ταυτοῦ καὶ ἀδιαφόρου τῶν ἑτέρων φωνῶν θεσπιζόντων ὅσαπερ εἴρηται. ὡς γοῦν ἄριστα δεδειχὼς τὸ ἐξ ὁμοιώσεων ἀνοικείων, καὶ προδήλους εἰς κρημνοὺς ἀπαγόντων τό, εἶναι φάναι, ἀλλὰ μὴ εἶναι καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκπορεύεται, τῆς ἀριστείας καὶ λόγους δίδωσι. συνημμένως γὰρ τοῖς εἰρημένοις λόγοις αὐτοῦ ἐπιφέρει, Τὸ δʼ αἴτιον. ὅτι ἄλλο τὸ μὴ εἶναι, ἤγουν ἀπόφασις τὸ οὐκ ἐκπορεύεται, καὶ ἄλλο τό, μὴ εἰρῆσθαι, ἡ κατάφασις ἤτοι, τὸ ἐκπορεύεσθαι. εἶτα ἡ κατασκευή. οὐ γὰρ ἐπεὶ μὴ εἴρηκέ τις, σήμερον τῶν παρʼ ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἀστράπτει, ἀναγκασθήσεταί τις δοῦναι τὴν κατάφασιν, ὅτι ἀστράπτει. σόφισμα συνέγγυς λόγον ἀποδεδειγμένον καλέσας, καὶ σοφιστικῶς τούτῳ μᾶλλον αὐτὸς συμπλα-

generādi facultatem, non ingenitum, non aliud vllum. propterea magnæ audaciæ fuerit, siue non ordinariæ ignorantiæ, ne quid his peius dicam, negationem, *non procedit ex Filio Spiritus*, ex illa quasi similis sit, ostendere, *non generatur Filius ex Spiritu*; & vti hanc ita & illam veritatem in se continere, ex affirmatione illa, generari Filium ex Spiritu, & vti hanc ita & illam ex Filio procedit Spiritus affirmationem falsam esse, cum ex Deo illuminati mysteriorum Interpretes de illis, *ex Patre procedit*, & *de meo accipiet*, & de eodem & indifferente aliarum vocum decernant, quæ a nobis dicta sunt. Quemadmodum itaque quam optime ostendit ex improprijs similitudinibus, & in manifesta præcipitia ducentibus, *esse dicere*, & *non esse*, etiam ex Filio Spiritum non procedere, sic sui præclari facinoris & rationes assignat, suos quippe sermones continuans infert. *Et causa est: aliud enim non esse*, nempe negatio non procedit, *& aliud non esse dictum*, affirmatio, nempe procedere. Tum deinceps probatio. *Neque enim quoniam ex astantibus nemo dixit non fulguraſſe, cogetur quiſpiam concedere affirmationem, nempe fulgurat. Sophiſma*, proxime rationem demonſtratam nuncupans

pàns, & sophisticè multo magis ipse implicitus, vt demonstratum est, cauillans hic rursus confirmat, quam asseruit non fuisse dictam affirmationem, licet ipsius negatio non adsit, hoc est non subsistat, *quod nullo modo necessarium sit hodie esse, quod quispiam non dixerit, non fulgurat, affirmationem aliquem fateri, nempe fulgurat*. Hoc porro prorsus est contrarium regulæ contradictionis, quæ eam ad idem, & secundum idem & de eodem dici præcipit. At hic, qui in sciẽtijs multus est, de indefinitis atque indeterminatis tum affirmationem, tum negationem absoluit. quod effatum contradictionis neque veritatem distinguere, & mendacium nullo modo seruare nouit, quandoquidem aliquis ægrotat, aliquis non ægrotat, aliquis bene valet, & aliquis non bene valet, nullum fuerit impedimentum quin ambo simul vera sint, & ambo falsa. hæc si secundum regulæ explicationem desumantur, vnum comprobabit effectus, aliud vero nullo modo euentu comprobabitur.

καὶ ὡς ἐμπλέκεται, σοφιζόμενος ἐνταῦθα κατασκευάζει πάλιν, ἣν εἴρηκε μὴ εἰρῆσθαι κατάφασιν, εἰ καὶ ἀπόφασις αὐτῆς οὐκ ἔστι, τουτέστιν οὐ συνίσταται, ἐκ τοῦ, μὴ ἀναγκαῖον εἶναι σήμερον, ὅτι τις οὐκ ἔφησεν, οὐκ ἀστράπτει, τὴν κατάφασιν ὁμολογῆσαί τινα, ὅτι ἀστράπτει. τοῦτο δὲ ἀπεναντίας τοῦ παραδεδομένου κανόνος τῆς ἀντιφάσεως, ὃς τήνδε πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ τοῦ αὐτοῦ λέγεσθαι διατάττεται. ὁ δὲ πολὺς ἐν ταῖς ἐπιστήμαις ἐπὶ ἀορίστων τήν τε ἀπόφασιν, τήν τε κατάφασιν ἐποιήσατο. ὅπερ ἀξίωμα τὸ τῆς ἀντιφάσεως τὸ τὴν ἀλήθειαν διαιρεῖν καὶ τὸ ψεῦδος οὐδαμῶς οἶδε τηρεῖν. ἐπεὶ τὶς νοσεῖ, τὶς οὐ νοσεῖ, τὶς ὑγιαίνει, τὶς οὐχ ὑγιαίνει, οὐκ ἔξεστι τὸ κωλῦον καὶ ἄμφω συναληθεύειν, καὶ ἄμφω συμψεύδεσθαι. λαμβανομένων δὲ τῶνδε τοῦ κανόνος κατὰ τὴν διασάφησιν τὸ ἓν εἰς τὸ ὂν ἥξει, τὸ δὲ ἕτερον εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπορριπτηθήσεται. ὅθεν εἰ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, οὐκ ἐκπορεύεται ὡς αὐτὸς ὁμολογῶν ὁρᾶται, ληφθείσης τῆς ἀποφάσεως ταύτης ὡς ἡ παράδοσις ὡρισμένως, οἷον οὐδεὶς τῶν ἁγίων τήνδε φησὶν, ἡ αὐτῆς ἕξει κατ' αὐτὸν ἐξ ἀνάγκης τὸ εἶναι κατάφασις, μὴ σοφιστικῶς ἀλλ' ὡς παρεδόθη τὴν δεῖξιν λαμβάνουσα. εἰ

Hinc si non est ex Filio Spiritus, non procedit, vt ipse non abnuit, si accipiatur negatio ista, vt traditio est, determinate, quasi diceres, nullus ex Sanctis hanc dicit, illius secundum aduersarium necessario affirmatio erit, non sophistarum captiunculis, sed, vt traditum est, comprobata. Quodsi illud, dictione n

διὰ τοῦ μὴ τὴν λέξιν λέγοντος δράξεται, τὴν ἀλογίαν ἑαυτοῦ συνάξει καὶ τὴν σκαιότητα τῶν θεηγόρων ταῦτα προσαπτόντων διαπρυσίως τοῖς μὴ τῇ δυνάμει προσέχειν ᾑρημένοις, μηδὲ τῇ διανοίᾳ τῶν λεγομένων, ἀλλὰ ταῖς λέξεσιν.

ιη΄. Ὅμως ἑπόμενα τῶν ἐληλεγμένων φησίν. εἰ δέ τις λέγει μὴ εἶναι τὸ οὐκ ἀστράπτειν, ἐξ ἀνάγκης δίδωσι τὴν κατάφασιν. δόκησιν δοὺς ἐρεῖν τι περὶ τῆς καταφάσεως, ἐκ συναισθήσεως οἷον, ἢ ἄλλως πως, φαίνεται τὴν ἐκπορεύεται μᾶλλον ἀπόφασιν ἔτι συστῆσαι βουλόμενος. ἐπάγει γάρ. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητοῦσι, δειχθείη παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, τί ἕτερον αὐτοῖς ὑπολείπεται; καὶ παρευθὺς, σκεπτέον δὲ οὕτω. καὶ καθεξῆς τὰ πρὸς σύστασιν τοῦ σπουδάσματος οὕτω συντίθησι. Πατὴρ ὁ πατὴρ μόνος, καὶ οὔτε υἱὸς οὔτε πνεῦμα. υἱὸς ὁ υἱὸς ὁμοίως, καὶ οὔτε πατὴρ ὁ αὐτὸς, οὔτε πνεῦμα. Πνεῦμα ἅγιον τὸ Πνεῦμα, καὶ οὔτε πατὴρ τὸ αὐτὸ, οὔτε υἱός. ὁ μὲν οὖν πατὴρ καθὸ γεννᾷ υἱὸν, ὀνομάζεται πατὴρ, καθὸ δὲ ἐκπορεύει πνεῦμα οὐκέτι πατὴρ ἀλλὰ προβολεὺς ὀνομάζεται. ἔστιν οὖν ὁ πατὴρ καὶ πατὴρ καὶ προβολεύς. ἑνὶ δὲ ὀνόματι συνάπτικῷ τούτων ὀνομάζεται πηγὴ, εἴγε πιστὸς ὁ μέγας Διονύσιος οὕτω λέγων. Ὅτι μὲν ἐστὶ πηγὴ θεότητος ὁ πατὴρ, ὁ δὲ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τῆς θεογόνου

nem hanc scilicet non dici, arripiet, stultitiam sibi colliget ac imperitiam diuinorum Patrum, qui ista perspicue attribuunt, detractantibus mentem applicare vi & sententiæ dictorum, sed tantum dictionibus.

XVIII. Nihilominus subsequenter refutatis a nobis adnectit; *Quodsi quis dicit, non esse illud non fulgurare, necessario concedit affirmationem*. Cum videretur aliquid afferre de affirmatione, tanquam sibi conscius factus, vel alia ratione videtur potius illius *procedit* negationem adhuc constabilire, subnectit siquidem. *Quodsi quod quærunt, ostendetur in diuina scriptura quid ipsis reliquum fuerit?* Statimque, *hoc modo vero consideretur*. Et postmodum conatus suos ad propositum stabiliendum ita proponit. *Pater pater solus, & non Filius neque Spiritus sanctus. Filius filius similiter, & non Pater, neque Spiritus. Spiritus sanctus spiritus, & non est Pater ipse, neque Filius. Pater igitur qua generat Filium Pater, qua vero Spiritum procedere facit, non amplius Pater sed productor appellatur. Est igitur Pater & Pater & productor, vno vero nomine, quod hæc duo collegat, fons, si fide dignus est magnus Dionysius ita pronuncians. Est quidem fons diuinitatis Pater, Filius vero & Spiritus deigenæ Deitatis, si ita eloquendum est, surculi*

a Deo plantati, & veluti flores, & superessentialia lumina a sacris eloquijs accepimus. Et alio quoque loco, Solus fons superessentialis Deitatis Pater, cum non sit Filius Pater, neque Pater Filius. Si ergo fons Deitatis Pater, Deitas vero hypostases vnit inconfuse, erit fons diuinitatis, æque ac si dixeris, Fons Filij & Spiritus; & rursus, fons Filij & Spiritus, æque ac si dixeris Pater Filij & productor Spiritus. Diceret quispiam Deitatem hypostases colligare, in hoc sermone Pater dicitur & suimetipsius fons, sed non est hoc: Sicuti enim dicimus ex Deo Spiritum sanctum & non intelligimus eum ex seipso esse, quod Deus est & ipse, pari modo etiam hic non intelligimus Patrem suimetipsius fontem esse. Indeque manifestior sermo fuerit: fons enim ideo fons dicitur, quia effundit, & fons prorsus effusi dicitur fons. Hoc si ita se habet Pater dicitur fons Deitatis ex ipso effusæ, Filij nempe & Spiritus, & non suiipsius. Ergo si fons Deitatis Pater, & solus fons, idque idem est ac si dixeris fons Deitatis, & Pater & productor Filij & Spiritus. Solus igitur Pater & Productor Filij & Spiritus. Quodsi solus, non vtique & Filius, neutrum ex his scilicet. Et en iam demonstratum est ex diuina scriptura, Spiritum sanctum

θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη καὶ ὑπερούσια φῶτα, πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν. καὶ ἐν ἄλλοις, Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος πατήρ, οὐκ ὄντος υἱοῦ τοῦ πατρὸς, οὐδὲ τοῦ υἱοῦ πατρὸς, εἰ οὖν πηγὴ τῆς θεότητος ὁ πατήρ, ἡ θεότης δὲ τὰς ὑποστάσεις ἑνοῖ ἀσυγχύτως, ταυτόν ἐστι πηγὴ θεότητος, ὥσπερ εἰ ἐλέγετο, πηγὴ υἱοῦ καὶ πνεύματος, καὶ ταυτὸν πάλιν τὸ, πηγὴ υἱοῦ καὶ πνεύματος, ὥσπερ εἴ τις λέγοι, πατὴρ υἱοῦ καὶ προβολεὺς πνεύματος. ἐρεῖ δέ τις, εἰ ἡ θεότης τὰς ὑποστάσεις ἑνοῖ, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ὁ πατὴρ λέγεται καὶ ἑαυτοῦ πηγή. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. ὡς γὰρ λέγομεν ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ νοοῦμεν, ὅτι καὶ ἐξ ἑαυτοῦ ἐστιν, ὅτι Θεὸς καὶ αὐτὸ, οὕτω κἀνταῦθα οὐ νοοῦμεν τὸν πατέρα, ὅτι καὶ ἑαυτοῦ ἐστι πηγή. καὶ ἐνταῦθα περίδηλος μᾶλλον ὁ λόγος, ἡ γὰρ πηγὴ, ὅτι πηγάζει τι λέγεται πηγή. καὶ ἡ πηγὴ πάντως ἐκείνου λέγεται πηγὴ τοῦ πηγαζομένου. εἰ δὲ τοῦτο πηγὴ λέγεται ὁ πατὴρ τῆς θεότητος τῆς πηγαζομένης ἐξ αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, οὐχὶ καὶ ἑαυτοῦ. εἰ γοῦν πηγὴ θεότητος ὁ πατὴρ καὶ μόνη πηγὴ, ταυτὸν δέ ἐστιν, εἴ τις ἂν εἴπῃ πηγὴ θεότητος, καὶ πατὴρ καὶ προβολεὺς υἱοῦ καὶ πνεύματος, μόνος ἄρα ὁ πατὴρ καὶ πατὴρ καὶ προβολεὺς υἱοῦ καὶ πνεύματος. εἰ δὲ μόνος οὐχὶ καὶ ὁ υἱός. δηλονότι οὐδέτερον

τούτων. καὶ ἰδοὺ δέδεικται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Ὡς θαυμαστῶς συνεπέρανεν ὁ πρόεδρος. καὶ οὐδὲν ὡς εἰρήκει πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων φανέρωσιν ὑπολέλειπται, πλὴν τῶν ἀπ' ἀρχῆς ὧδε τεθειμένων τῆς ἀληθείας ὄντων, ἔνθα ὁ πατὴρ καθὸ γεννᾷ υἱὸν ὀνομάζεται πατήρ, καθὸ δὲ προβάλλεται πνεῦμα οὐκέτι πατὴρ ἀλλὰ προβολεύς, ἑνὶ δὲ συναπτικῷ τούτων ὀνόματι καλεῖται πηγή, πατὴρ μὲν υἱοῦ δηλονότι, προβολεὺς δὲ πνεύματος, εἴγε πιστὸς ὁ μέγας Διονύσιος λέγων, Ὅτι μὲν πηγαία θεότης ὁ πατήρ, ὁ υἱὸς δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τῆς θεογόνου θεότητος βλαστοὶ θεόφυτοι. εἰ τούτοις τὰ λειπόμενα εἴθ' ἑκουσίως, εἴτε καὶ παρόρασιν τῆς πολλάκις μνημονευθείσης κατ' ἐντολὴν δεσποτικὴν ἐξετάσεως γραφικῆς προστεθήσεται, ἃ καὶ αὐτὰ τὴν ἐκ μεγάλων προηγόρων τῆς εὐσεβείας πίστωσιν ἀπαστράπτουσιν, ὧν ἡ μὲν τῆς ὁμολογίας ἀκρότης ὁ πολὺς Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Θεοῦ λόγου ἐπιφανείας λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, Οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, θεολογῶν οὕτω φησίν. Οἶδε γὰρ παρὰ Θεῷ πατρὶ ὄντα τὸν υἱόν, τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡ δὲ τῆς Ἐκκλησίας χρυσόφωνος ἀηδὼν ἐν τῷ εἰς τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή. Πάλιν ἡμῖν ἡ πνευματικὴ κιθάρα

sanctum non procedere etiam ex Filio. Sapienter admodum quod sibi proposuerat conclusit, & nihil reliquum est, vt dixerat, ad quæstionis explicationem, si initio posita veritati inniterentur, vbi Pater qua generat Filium pater appellatur, qua producit Spiritum non amplius Pater sed productor: vni vero coniunctiuo horum nomine nuncupatur fons, Pater nempe Filij productor vero Spiritus, si fidē meretur magnus Dionysius, scribens, *Fōtalis Deitas Pater est, Filius vero & Spiritus deigenæ Deitatis surculi a Deo plantati.* sed quæ ipse reticuit, siue sponte, siue frequenter a nobis memoratæ, & præcepto diuino demandatę perscrutationis scripturarum neglectu, addentur, quæ magnorum etiam pietatis defensorum calculo confirmationem consequentur, quorum vnus fuerit Theologiæ vertex magnus Athanasius Oratione de incarnati Dei Verbi apparitione, cuius illud principium, *Qui malitiose diuinas scripturas volunt intelligere*, rem theologice tractans, hæc habet, *Scit enim apud Deum Patrem existentem Filium, Spiritus sancti fontem.* Ecclesiæ vero aurea voce prædita luscinia Oratione de mysterio Baptismatis, cuius principium. *Iterum nobis spiritalis*

talis

talis Cithara beati Dauidis, sic eloquitur. *Propterea Saluator ostendit semetipsum fontem vitæ, & aquam viuentem Spiritum sanctum*. Si ex his manifesto Spiritus sancti fons est Filius; admirabilis plane conclusio negatio, non procedit etiam ex Filio Spiritus sanctus, reijcitur, affirmatio vero a nobis per eiusdem significatus & sententiæ voces ostensa dissidium relegat, vti non hic solum sed in multis etiam alijs, diuinis dogmatibus verbis & operibus confirmant diuina mente fulti; & ab hoc eodem qui ita conclusit, verbis ipsis assertum est, cum palam edixerit, *Fons Pater, nomen coniunctiuum, genitorem indicans & productorem in Filio & Spiritu*.

XIX. Si itaq; sic fateri coacti etiam inuiti, qui huius partes sequuntur, ad illud *solus* confugientes noua commentorum strue stipati id dictum asserant ad excludendum Filium; vti qui sæpius multisque modis refutatus est Tomus, dominatu ac tyrannide suffultus insinuat, quem sibi lapsum non inferunt? Interpres rerum ineffabilium, & immortalium inspector solum fontem Patrem nuncupauit, & si in quam ipsi contendunt sententiam dixit, quomodo iam allegata tantæ auctoritatis Ec-

τοῦ μακαρίου Δαυὶδ, οὕτω διαγορεύει. Διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ δείκνυσιν ἑαυτὸν πηγὴν ζωῆς καὶ ὕδωρ ζῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ ἐκ τῶνδε πηγὴ καὶ ὁ υἱὸς ἀριδήλως τοῦ πνεύματος, συμπέρασμα μὲν τὸ θαυμαστὸν ἡ ἀπόφασις, οὐκ ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπελήλαται, κατάφασις δὲ ταύτης ἡ παρ' ἡμῶν διὰ ὁμοσθενῶν, καὶ ταυτοδυνάμων φωνῶν δεικνυμένη τὰ τῆς διαμάχης ἐκκρούεται καθὼς οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἐν ἄλλοις δόγμασι θείοις ῥήμασί τε καὶ πράγμασι παριστάνουσιν οἱ θεόφρονες, παρ' αὐτοῦ τούτου τοῦ οὕτω συμπεράναντος αὐτολεξεὶ ὡμολόγηται, σαφῶς ἀνηγορευκότος, πηγὴ πατὴρ ὄνομα συναπτικὸν τὸ γεννήτορα δηλοῦν καὶ τὸ προβολέα ἐπὶ υἱοῦ τε καὶ πνεύματος.

ιθ'. Εἰ οὖν οὕτω συνελαυνόμενοι συνομολογήσαι καὶ ἄκοντες, οἱ τοῦδε τῆς μερίδος ἐχόμενοι εἰς τὸ μόνη καταφυγόντες, εὑρεσιλογῆσαι βουλήσονται, καὶ τοῦτο διαναστήσονται φάναι λελέχθαι τοῦ υἱοῦ πρὸς ἀφαίρεσιν, ὡς ἡ ἐλεγχθεῖσα πολυτρόπως Τομογραφία φάσκει, ἡ καὶ δυναστείᾳ τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὑπερειπομένη, τίνα ἑαυτῆς ὄλισθον οὐκ ἐπάξουσιν; ὁ τῶν ἀρρήτων ὑφηγητὴς, καὶ τῶν ἀθεάτων ἐπόπτης μόνην πηγὴν εἴρηκε τὸν πατέρα. καὶ εἰ πρὸς τοιαύτην, ἣν οὗτοι διισχυρίζονται, διάνοιαν ἔφησε, πῶς οἱ ῥηθέντες τηλικοῦτοι φωστῆρες τῆς Ἐκ-

clesiæ

κλησίας πηγὴν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος ἐδογμάτισαν, τῆς τοσούτῳ διαῤῥήδην ἀπεναντίας, οὗ τοὺς ἱεροὺς λόγους καὶ τὰ συγγράμματα, τούτων ἐκ παραδόσεως, καὶ τῶν ὁμοίων Πατέρων ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία μετὰ τὰ Ἀποστολικὰ θεῖα κηρύγματα καὶ διδάγματα κατέχει καὶ εὐσεβίζεται. καὶ οὐ μόνοι τοὺς τοιούτους πρὸς τὸν τοσοῦτον πολεμίους ἐμφαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐμφανῶς. ἐν γὰρ δευτέρῳ τμήματι βίβλου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας ὁ Θεοδώρητος τὴν πρὸς τοὺς Ἄφρους τοῦ τῆς ἀθανασίας ἐπωνύμου, περὶ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ Συνόδου καταστρωννύει ἐπιστολήν, ἐν ᾗ ταῦτα διαλαμβάνεται. Τίς δὲ τούτοις συνελθεῖν ἐθελήσει ἀνθρώποις μηδὲ τὰ ἑαυτῶν ἀποδεχομένοις. οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑαυτῶν δέκα που καὶ πλέον καθὰ προείπομεν Συνόδοις ἄλλοτε ἄλλα γράφοντες, δῆλοί εἰσιν ἑκάστης αὐτοὶ κατήγοροι γινόμενοι. πάσχουσι δὲ τοῦτο ὅπερ καὶ οἱ τότε τῶν Ἰουδαίων πεπόνθασιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι καταλείψαντες τὴν μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. γέγραπται δὲ παρὰ τῷ Προφήτῃ Ἱερεμίᾳ, οὕτως οὗτοι μαχόμενοι πρὸς τὴν οἰκουμενικὴν Σύνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς Συνόδους πολλάς. Ἰδοὺ καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὁ μέγας μαχητὴς ἀκατάλλακτος, εἴγε μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος τὸν πατέρα καλέσας, καὶ οὐδεὶς ὁ

clesiæ lumina fontem etiam Spiritus Filium decreuerunt, a tanto viro palam discordes, cuius sacros sermones & Commentarios, ex eorundem traditione, & Patrum similium Dei Ecclesia, post Apostolicá diuinaque effata, & prædicationem tenet, & colit; neque solum huic tam magno sese aduersari demonstrant, sed & sibimetipsis perspicue? Nanque in secundo Tomo Ecclesiasticæ Historiæ Theodoretus immortalitatis cognominis ad Afros datam Epistolam de Ariminensi Synodo refert, in qua similia continentur. *Quis porro iterum sententiæ velit accedere, qui ne sua quidem instituta ipsi approbant? Nam qui, vti supra diximus, amplius decē fidei formulas, alio nanque tempore aliam ac nouam semper componebant, in suis Concilijs conscripserunt, aperte demonstrant seipsos singula sua reprehendere Concilia: idemque istis quod olim Iudæis proditoribus accidit. Vt enim illi solo fonte aquæ viuentis relicto, vti scribit Hieremias Propheta, lacus sibi foderunt, qui non possunt aquam continere: ita isti pugna contra generale Concilium suscepta sibi multa constituerunt Concilia.* En & aduersus seipsum magnus hic pugnator irreconciliabilis, si solum fontem aquæ

viuæ

viuæ Patrem nuncupans, & nemo plane hæsitat, aquam viuam esse Spiritum sanctum, in iam a nobis appositis, fontem illius Filium manifestauit. Sed hos qui similia verbis effusis insinuant, qui zelo vero concitatur, sibimetipsis, & diuinis mystagogis aduersari, non vero a Deo illuminatos, & zelatores qui eadem in fide conspirant, cognoscet, si cum Euangelij præcones sint, & discipuli, & magistri, modo quo sciunt pronunciantes ex persona Domini ad proprium Patrem; *Hæc est vita æterna vt cognoscant te verum solum Deum*, illud *solum* nullo modo vera Deitate Filium spoliare, sed primariam & primam causam, quam Pater proprie sortitus est, demonstrare, secundum eandem rationem norunt, & cum solus fons Spiritus Pater enunciatur, non tolli quin & Filius fons Spiritus sit, quod neque illud, *de die illa & hora nemo nouit, neque Angeli, qui in cælo sunt, nisi Pater solus*, alio modo quam isto intelligendum esse edocti sunt. Quodsi id non fuerit, quis in tantum audaciæ processit, vt notam ignorantiæ illi, qui ante quam fierent, omnia nouit? & præterea ipsi sapientiæ, Verbique per se subsistentis rationis priuationem, facultatis omnipotentis] Dei imbecillitatem, & ipsi

ἀμφιβάλλων, μὴ τὸ ζῶν ὕδωρ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν οἷς προεθέμεθα, πηγὴν αὐτοῦ τὸν υἱὸν προεσάφησεν. ἀλλὰ τούτοις οἱ ταῦτα παρεισάγουσιν, οἷς φθέγγονται, ζῆλον ἀληθινὸν ὁ ζηλῶν, ἔσεται πολεμίους ἑαυτοῦ καὶ τῶν θείων μυσταγωγῶν, οὐκ αὐτοὺς ἥκιστα τοὺς θεοφωτίστους καὶ ζηλωτὰς ὁμοφρόνους τῆς πίστεως, οἱ τοῦ Εὐαγγελίου κήρυκες ὄντες καὶ μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι, καθ' ὃν λόγον ἴσασι βοῶντες αὐτοῦ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, τὸ μόνον οὐδαμῶς ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἀληθινὴν θεότητα τὸν υἱόν, ἀλλὰ τὴν ἀρχικὴν καὶ πρώτην αἰτίαν, ἣν ὁ πατὴρ ἰδίως ἐκληρώσατο παριστάναι, κατὰ τὸν αὐτὸν οἴδασιν ἄρα λόγον, καὶ τὸ μόνην πηγὴν τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα θεολογεῖσθαι, οὐχὶ καὶ τὸν υἱὸν τὸ πηγὴν εἶναι τοῦ πνεύματος ἀφαιρεῖσθαι. ὅτι μηδὲ τό, περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ οἱ Ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος, ἄλλως ἢ οὕτως νοεῖσθαι μεμυσταγώγηνται. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τίς εἰς τοσοῦτον ἐληλακέναι τόλμης φανήσεται, ἄγνοιαν διαγνῶναι τοῦ πρὸ τοῦ γενέσεως τὰ πάντ' εἰδότος; ἔτι γε μὴν τῆς αὐτοσοφίας, λόγου τε τοῦ ἐνυποστάτου, στέρησιν λόγου, Θεοῦ τῆς δυνάμεως τῆς παντοδυνάμου, ἀδυναμίαν, τῆς αὐτοζωῆς

τε ζωῆς ἀπορίαν, ἐκ τοῦ λέγειν περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα τὸν δεσπότην, κινούμενος οὕτω φαντάζεται. ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, καὶ οὐ δύναμαι ποιεῖν ἀφ' ἐμαυτοῦ οὐδέν. καὶ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. ἀλλ' οὐκ ἀφαιρούμενος ἑαυτὸν ταῦτα, φάσκει, εἴγε τούτου φωναὶ περὶ ἑαυτοῦ συνέγγυς τῇ τοιούτων. ἃ γὰρ ἂν ὁ πατὴρ ποιήσῃ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, καὶ ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ, καὶ ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με ἔχει ζωὴν αἰώνιον. καὶ ἀλλαχόσε, ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. διὰ δέ γε τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν ἣν αὐτὸν ἐδόξασε καὶ δοξάζει, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ὡς εἰς πρώτην αἰτίαν ἀναφοράν. ἐξ αὐτοῦ γὰρ πάνθ' ὅσαπερ ἔχει φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς, ὡς γέννημα φυσικὸν ἐκ φύσει γεννήτορος καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ αὐτὴ ἡ μετ' αὐτοῦ συναΐδιος καὶ αἰωνία συνύπαρξις. ὡς οὖν ἐστι ταῦτα τὸ μόνος καὶ τὰ ἑξῆς. οὐ δήπου καθὰ δέδεικται τὴν τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως κατ' ἀφαίρεσιν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἅπερ εἴρηται, οὕτω φανερῶς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, ὡσαύτως καὶ τὸν θειότατον Ἀθανάσιον, ὡς ὁ πατὴρ, οὕτω διαμαρτυρίοις φωναῖς πηγὴ τοῦ πνεύματος ὁ υἱὸς, τοῦ μόνου ταῖς θεί-

& ipsi vitæ vitæ indigentiam, quod similia de seipso Dominus asserat, motus appingat cum ille ita definiat. *Sermonem quem auditis non est meus, sed qui misit me Patris*, &, *Non possum facere ex me quicquam*. &, *Viuo propter Patrem*; non tamen hisce semetipsum priuans, hæc effatur, si voces illius de seipso propius appositæ, *Quæcumque operabitur Pater, hæc & Filius similiter operatur*, &, *Quemadmodum Pater exsuscitat mortuos, & viuificat, ita & Filius quos vult viuificat*, &, *Qui verba mea audit, & credit illi qui misit me, habebit vitam æternam*, Et alio loco, *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*, sed propter Patris gloriam qua eum glorificauit, & glorificat, & ad illum vti ad primam causam relationem. Ex illo enim quæcunque possidet naturaliter & essentialiter, vti fœtus naturalis ex Patre naturali & ipsum esse, & ipsam, quæ cum eo est, coæternam & sempiternam coëxistentiam. Quemadmodum enim hic *solus* & quæ sequuntur, non tollunt vllo modo, vt demonstratum est, Vnigeniti hypostasim, sed vti in Patre, vt dictum est, ita & in Filio esse confirmant clarissime, similiter diuinissimus Athanasius apertissimis verbis insinuat, vti Patrem ita fontem Filium Spiritus esse,

cum dictio illa *solus* de diuinis hypostasibus & apte, & congruenter accipiatur, nullo vero modo auferat. Idem præterea incomparabilis Homologeta aduersus Arianos Oratione prima veluti dogma tradit, *Saluatorem esse solum datorem Spiritus*. Et quisnam in tantum audaciæ, ac temeritatis processerit, vt inde asserat Patrem excipi, contendatq; ab eo Spiritum non dari? Imo quis ex ijs, qui recte sentiunt, non inde certo cognoscet, hæc diuinarum hypostaseon discretionem minime inducere? Hinc & sapiens hic sacrorum mysta in Colloquijs cum Ario ostendit, dictionem *solum* diuinarum personarum diuisionem insinuare.

XX. Quod si quis addubitauerit, quomodo solus dator Filius, cum ipse prima causa non sit, hoc enim soli Patri proprium est? supersubstantialium personarum discretionem prorsus non inferre, licet hic secundum primariam causam non asseratur, ex supra appositis certum est. Nihilominus secundum alias, atque alias rationes dici poterit. Sicuti enim cum asseueratur, solum Patrem scire, rerum creatarum quæcunque illa sit cognitio, labefactatur, & ad nihilum redigitur, ita cum asseritur solus dator Filius, omnis alia rerum factarum datio

ταῖς ὑποστάσεσι καταλλήλως λαμβανομένη καὶ ἥκιστα κατ' ἀφαίρεσιν. ὁ αὐτὸς, ἔτι γε μὴν ἀπαράμιλλος ὁμολογητὴς ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πρώτῳ Λόγῳ, τὸν Σωτῆρα μόνον εἶναι χορηγὸν τοῦ πνεύματος δογματίζει. καὶ τίς ἐς τόσον αὐθαδείας, καὶ θράσους ἀφίκοιτο, λέγειν ἐντεῦθεν διαστέλλεσθαι τὸν πατέρα, καὶ μὴ παρ' αὐτοῦ χορηγεῖσθαι τὸν Παράκλητον διατείνεσθαι; μᾶλλον δὲ τίς τῶν ὀρθῶς πρεσβευόντων οὐχὶ κἀντεῦθεν γνοίη τὴν θεϊκῶν ὑποστάσεων μὴ εἰσάγειν ταύτας διαστολήν; ἐνθένδε καὶ ὁ σοφὸς δείκνυσιν οὗτος ἱερομύστης ἐν ταῖς πρὸς Ἄρειον διαλέξεσι, καὶ τὸ μόνος διαίρεσιν ποιεῖσθαι προσώπων τῆς θεότητος.

κʹ. Εἰ δέ τις ἐπαπορῆσαι βουλήσεται. πῶς μόνος χορηγὸς ὁ υἱὸς, ἐπεὶ μὴ πρῶτον αὐτὸς ἐστιν αἴτιον, τοῦτο γὰρ ἰδίως ἀφιέρωται τῷ πατρί; τὸ μὲν μὴ διαιρετικὴν ἔννοιαν τῶν ὑπερουσίων προσώπων ὅλως ἐμφαίνειν, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὴν ἀρχικὴν αἰτίαν ἐνταῦθα, βέβαιον ἐξ ὧν παρεθήκαμεν, πλὴν καθ' ἑτέρους λόγους ἔξεστι τὸ λέγεσθαι. ὡς γὰρ ὁπηνίκα τὸ μόνον εἰδέναι τὸν πατέρα φαίνοιτο, τῶν κτισμῶν πᾶσά τις ἀμαυροῦται γνῶσις καὶ ἀπρακτεῖ, οὕτως ὅταν ὁ υἱὸς μόνος καταγγέλλοιτο χορηγὸς, πᾶσά τις ἀργεῖ χορηγία τῶν γενητῶν. ὥσπερ ἐπεὶ τοῦ

cessa

παναγίου πνεύματος ὑπῆρχον καὶ οἱ αὐτόπται τοῦ Κυρίου καὶ μαθηταί, καθὼς ἡ βίβλος τῶν Πράξεων ἱστορεῖ. ὡς ὑπηρέται μέντοιγε τούτου, καὶ ὡς θεράποντες, καὶ καθαρὰ δοχεῖα καὶ οἰκητήρια. ἐκεῖ δὲ δόσις ἑκατέρων τοῦ διδόντος τε καὶ τοῦ διδομένου συνουσιωμένων καὶ συμφυῶν. ἔστι μὲν οὖν σημειῶσαι ἐντεῦθεν, ὡς καὶ πρὸς διαστολὴν ἐπὶ θεολογίας ἡ μόνος θεωρεῖται φωνή, δηλονότι τῶν τῆς κτιστῆς οὐσίας τῶν περιστατικῶς ἤτοι διειλημμένων, καὶ τῶν ἐγγυτάτω τῶν σημειοφόρων ἑτέρων. ἔτι τε πρὸς ἀφαίρεσιν καὶ ἀναίρεσιν τῶν τῆς ὑπερουσίου θεότητος ἀπῳκισμένων καὶ ἀποκεχωρισμένων παντάπασιν, καθὰ παρίστησιν ὁ ἐπιστήθιος Εὐαγγελιστής. εἰπὼν γὰρ ἐκ προσώπου τοῦ θεανθρώπου λόγου πρὸς τὸν ἴδιον γεννήτορα ἐν οἰκείᾳ συγγραφῇ τῇ τοῦ Εὐαγγελίου. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, ἐν τῷ τέλει τῆς καθολικῆς αὐτοῦ πρώτης ἐπιστολῆς οὕτω διέξεισιν, οἴδαμεν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινόν. καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεός, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος. ὡς οὖν ἐκεῖ συνάρθρως ἀληθινὸς Θεὸς ὁ πατὴρ μετὰ τοῦ μόνος, οὕτως ἐνταῦθα συνάρθρως ἀληθινὸς Θεὸς ὁ υἱὸς μετὰ τοῦ οὗτος κατ' ἐξοχήν. ὡς ἐκεῖ δ' αὖ-

cessat. Cum sanctissimi Spiritus datores essent, & qui conspexerant Dominum Discipuli, vti eorundem Actorum historia tradit, verum vti illius administri & serui, puraque conceptacula & habitacula. Ibi vero datio vtriusque tum dantis, tum dati in eadem natura & essentia subsistentium est. Hinc intelligi potest, vox *solus* etiam in rebus diuinis ad discernendum assumi, ea nempe quæ creata essentia constãt, sunt nihilominus contigua, siue comprehensa, & alia signiferis hisce quam proxima, necnon ad prorsus tollendum submouendumq; ea omnia, quæ a superessentiali deitate quam disiunctissima sunt, & plane dissita, vt qui in pectus Domini recubuit Euãgelista commonstrat. Nanq; cum recitasset ex persona Dei & hominis Verbi ad proprium genitorem, in sui Euangelij Commentario. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum*, in fine suæ primæ Catholicæ Epistolæ sic scribit, *Scimus quod Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deum verum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna*. Vti igitur ibi cum articulo Deus verus addito *solo*, Pater est, sic quoque hoc in loco cum articulo Deus verus Filius, cum additione *Hic* propter excellentiam: rur-

susque vti ibi cum articulo vita æterna, ita hic quoque cum articulo hæc eadem ijsdem ipsissimis verbis; tum coniunctim infert, *Filioli custodite vos a simulacris*, tantum non dicens obtestansque, custodite vos, & cauete, ne quid de illis concipiatis, de quibus errori addicti, & mendacio fallentes loquuntur. Veri Dei Filius, verus Deus Christus est; hi falsi sunt, falsoque sibi Deorum nomen vindicant. Ex Euangelijs igitur & Epistolis Apostolicis comprehensis a Deo traditis eloquijs, & eorum expositoribus & pietatis magistris plane ostenditur, dictio *solus* vti debeat assumi de monarchicis hypostasibus, & ex ijs quas discernat, ac separet; & fontem Spiritus Patrem esse, & fontem ijsdem ipsis dictionibus aperte Filium Spiritus insinuari. Et hæc quidem hisce colliguntur.

XXI. At huius de quo nobis sermo est, pronunciata indubitata. *Pater qua generat Filium, Pater nuncupatur, qua vero Spiritũ procedere facit, nõ amplius Pater, sed productor appellatur. Est igitur Pater & Pater & productor, vno vero nomine quod hæc duo collegat, appellatur fons.* & post

τῆς ἡ αἰώνιος ζωὴ συνάρθρως, οὕτως ἐνταῦθα συνάρθρως αὐτῇ αὐτολεξεί. ἔπειτα συνημμένως ἐπάγει. τεκνία φυλάττετε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, μονονουχὶ φάσκων καὶ διαμαρτυρόμενος φυλάττετε ἑαυτοὺς τοῦ λογίσασθαί τι περὶ τούτων, ὧν οἱ τῆς πλάνης ψευδόμενοι φθέγγονται. ὁ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Χριστός ἐστιν. οὗτοι ψευδῆ εἰσὶ, καὶ ψευδωνύμως Θεοὶ ὀνομάζονται. ἐκ τοίνυν τῶν ἐν Εὐαγγελίοις καὶ Ἐπιστολαῖς Ἀποστολικῶν θεοπαραδότων λογίων, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν ὑφηγητῶν, καὶ διδασκάλων τῆς εὐσεβείας δείκνυται καθαρῶς, ὅπως ἡ μόνος φωνὴ λαμβανομένη καθέστηκεν ἐπὶ τῶν μοναρχικῶν ὑποστάσεων, καὶ τινων κατὰ διαστολὴν καὶ διαίρεσιν, καὶ ὅτι πηγὴ τοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ, καὶ πηγὴ ταῖς αὐταῖς διαρρήδην φωναῖς τοῦ πνεύματος ὁ υἱός. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τούτων τοιάδε.

κα. Τοῦ δὲ δι᾽ ὃν οἱ λόγοι σαφεῖς ἀναγορεύσεις. ὁ πατὴρ καθὸ γεννᾷ υἱὸν, ὀνομάζεται πατήρ. καθ᾽ ὃ δὲ ἐκπορεύει πνεῦμα οὐκέτι πατὴρ ἀλλὰ προβολεὺς ὀνομάζεται. ἔστιν οὖν ὁ πατὴρ καὶ πατὴρ καὶ προβολεύς. ἑνὶ δὲ ὀνόματι συναπτικῷ τούτων ὀνομάζεται πηγή. καὶ μετά τινα συστατικὰ τῶνδε. ταυτόν ἐστι πηγὴ θεότητος ὥσπερ εἰ ἐλέγετο πηγὴ υἱοῦ καὶ πνεύματος. καὶ ταυτὸ πάλιν τὸ, πηγὴ υἱοῦ καὶ πνεύματος, ὥσπερ εἴ τις λέ-

nonnullas horum probationes additas, *Erit fons diuinitatis, æque ac si dixeris fons, Filij & Spiritus: & rursus fons Filij & Spiritus, æque*

ac si

δὴ πατὴρ υἱοῦ καὶ προβολεὺς πνεύματος, ταῦτα καὶ λοιπὰ τούτοις παραπλήσια σαφῶς ἀνωμολόγησε, καὶ τὸ πηγὴν εἶναι καὶ τὸν υἱὸν μηδένα μηδαμῶς θέμενος λόγον, ἐκ τῆς τοιᾶσδε κατὰ διάνοιαν βεβαιώσεως τῆς πηγῆς, καὶ τοῦ μόνως αὐτὴν τῷ πατρὶ θεωρεῖσθαι, συμπεραίνεται τὸ, μόνος προβολεὺς ὁ πατὴρ, καὶ τὸ, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. Τίς οὖν ἀλήθειαν εἰδὼς σέβειν, ἐξ ὧν αὐτὸς ἀνωμολογεῖ περὶ τῆς λήψεως τῆς πηγῆς ἀποδεδειγμένως, ἐξ ὧν τε ἡ θεία γραφὴ ταύτην ὡς τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ προσεῖναι μεγαλοφώνως μαρτύρεται, οὐχὶ μέγα βοήσει κατὰ τὸ παντὶ πρόδηλον, ἃ συνάγων φησὶ καὶ ἀποφαντικῶς τοῦ πατρὸς εἶναι, ταῦτα καὶ τοῦ υἱοῦ κατ᾽ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ πνεύματος κατ᾽ ἀνάγκην ὑπάρχειν, τὸ βέβαιον ἔχειν καὶ ἀναντίρρητον, καὶ οὐδαμῶς τὴν ἀπόφασιν; πρὸς οἷς καὶ ἐξ ὧν φησὶν ὁ θεόληπτος Κύριλλος περὶ τῆς πηγῆς ἀμυδρὰ λεκτέον. οὗτος ἐν ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν, προχεῖται μὲν οἷά περ ἀπὸ πηγῆς τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα θεολογήσας, ἐν ἑβδόμῳ περὶ τοῦ υἱοῦ δογματίζει, τῷ ἰδίῳ πνεύματι τὸν αὐτῷ προσκείμενον καταχρίει. ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. ὁ συμπλεκτὴς τῶν συμπερασμάτων, τὰ μὲν ὡς ἐβούλετο, τὰ δὲ ὡς ἡ ἐκ τῶν λεγομένων ἀνάγκη παρέστησι, τὸ πηγὴ τοῖς αὐτοῦ κατεστραθεῖσι

ac si dixeris, Pater Filij & productor Spiritus. Hæc aliaq; his non absimilia clarissime fassus est, ille vero, Filium quoq; fontem esse, cum prorsus non attendisset, ex hac fontis secundum sententiam cōfirmatione, & ex eo quod ille solummodo de Patre intelligatur, concludit solum productorem esse Patrem, & ex solo Patre procedere. Quis igitur, dummodo pietatem colat, ex quibus ipse fatetur de significatu fontis iam demonstratis, & ex quibus diuina scriptura, quæ hunc vti Patri ita & Filio inesse ingenti voce testatur, non magnum clamabit clarissime quæ ipse colligit affirmatq; Patris propria esse, eadem & Filio secundum eumdem respectu Spiritus necessario inesse, adeo vt hoc certum sit, vt nulli contradictione subiaceat, & negationem repellat? & præ his ex dictis Numini afflati Cyrilli de fonte pauca recitanda sunt. Hic sexto ad Hermiam libro, *Effundi quidem veluti a fonte Patre Spiritū*, cum pertractasset, septimo de Filio decernit, *Proprio Spiritu sibi adhærentem inungit, quem immittit ipse vti ex Deo Patre Verbum, & ex propria nobis natura vti ex fonte effundit.* Auctor conclusionum & confector, partim vt illi arrisit, partim vt illum dictorum necessitas compulit, dictionem

fontis

fontis in suis scriptis multifariam traducens, ad probandum ex Patre esse Spiritum & non ex Filio, hæc quoque adnectit; *Si enim fons, quod aliquod fundit, fons dicitur, & fons prorsus illius est, qui funditur.* Attendendum est ergo, annon & exacta ista tractatione illud *ex Filio*, perspicue constabiliat, si secundum a Deo edoctum Cyrillum *Ex propria natura vti ex fonte Filius fundit Spiritum*, & hic edicit, *fontem ita dici quod fundit, fusique fons est*. & ab immortalitate magnum sibi nomen vindicans in similibus, asseuerat de Spiritu dicens actiua prolatione *effluens vti e fonte*, *siue procedens*, vt supra adnotatum est. Ex proxima igitur argumẽtatione hac varie nomen fontis inuoluentis, indeque quod ipsi in animo non est, necessario affluenterque corroborantis, temereque, vt videtur, incumbentis solum Patrem productorem colligere, ex hac ipsius argumentorum methodo potius illius futilitas compareat propositionis, *Erit fons Filij & Spiritus Pater æque ac si dixeris Pater Filij & productor Spiritus*, & hoc sæpius, tanquam quod euerti nullo modo possit, ostentantis, eundem ipsum ex ijsdem concludere productorem etiam Filium, vti fontem Spiritus apertissime. Et illius

πολυειδῶς μετερχόμενος εἰς κατασκευὴν τοῦ ἐκ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα καὶ μὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ τάδε προστιθέμενος λέγων. εἰ γὰρ πηγὴ ὅτι πηγάζει τι λέγεται πηγή. καὶ ἡ πηγὴ πάντως ἐκείνου λέγεται πηγὴ τοῦ πηγαζομένου. προσεκτέον οὖν, εἰ μὴ κἀκ τῆς δὲ τῆς ἐπεξεργασίας τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ περιφανῶς ἑδραιοῖ. εἰ γὰρ κατὰ τὸν θεόσοφον Κύριλλον ἐξ ἰδίας ὁ υἱὸς φύσεως ἀναπηγάζει τὸ πνεῦμα. καὶ οὗτος ἀνακηρύττει τὴν πηγὴν, ὅτι πηγάζει καλεῖσθαι πηγὴν, καὶ τοῦ πηγαζομένου πηγὴν λέγεσθαι. καὶ ὁ τῆς ἀθανασίας ὁ μεγαλώνυμος, καὶ ἐπώνυμος, κἀν τοῖς δὲ πάλιν ἀναγορεύει περὶ τοῦ πνεύματος φάσκων, πηγάζειν ἐνεργητικῶς, εἴτ' οὖν ἐκπορευόμενον, ὡς ἄνω που παρατέθειται. ἐκ μέντοι τῆς προσεχοῦς ἐπιχειρήσεως ταύτης τοῦ πολυελίκτως τὸ τῆς πηγῆς στρέφοντος, κἀντεῦθεν αὐτῷ τὸ ἀκούσιον ἀναγκαῖον πλεονάζοντας κρατύνοντος, μάτην κατεπείγεσθαι φαινομένου τὸ, μόνον τὸν πατέρα προβολέα συνάγειν, ἐξ ἐκείνης ἐπιχειρηματικῆς αὐτοῦ μᾶλλον μεθόδου, ἀναφαίνεται τὸ εἰκαῖον τῆς ὅτι ταυτόν ἐστι πηγὴ υἱοῦ καὶ πνεύματος ὁ πατὴρ, ὥσπερ εἰ ἐλέγετο πατὴρ υἱοῦ, καὶ προβολεὺς πνεύματος, καὶ τοῦτο πολλάκις ὡς ἀπαραίτητον δεικνυμένου τοῦ συμπεραίνειν αὐτὸν ἐντεῦθεν προβολέα καὶ τὸν υἱὸν, οἷα πηγὴν τοῦ πνεύματος ἐμφανέστατα.

καὶ κατ' αὐτὸν μὲν οὕτω. τοῦ δὲ μόνος ἐπὶ τῆς πηγῆς τὴν ἐξέτασιν εἰληφότος, ἔνθαπερ εὕρηται, καὶ ὅπως ἐνθεωρεῖται ταῖς τῆς θεότητος ὑποστάσεσιν, ἐκ τῶν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ῥημάτων ἀποφανθέντος, οὐκ ἔστιν ὅπου λελεγμένον, μόνος προβολεὺς τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ, ὅτι μὴ ἰδιότης τοῦ πατρὸς τὸ προβλητικόν, ἐπείπερ ὁ Δαμασκόθεν χαριτώνυμος θεηγόρος ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ Κεφαλαίων, περὶ τοῦ πατρὸς οὕτω διαρρήδην θεολογεῖ. Αὐτὸς μέν ἐστι νοῦς, λόγου ἄβυσσος, λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ λόγου προβολεὺς τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. ὅθεν ἥκιστα μόνος προβολεὺς τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ. ἐπεὶ διὰ τοῦ υἱοῦ. εἴτι γὰρ ἰδίως ἐπικεκλήρωται τῷ πατρί, προφθακότες ὡς προειρήκαμεν, τοῦτο καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ εἴτι διὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦτο οὐκ ἰδίως. ἀμφοτέρων οὖν προσώπων τῶν ἐκ πατρὸς καὶ τὴν διάφορον αὐτῶν πρόοδον, τοῦ μὲν ἔχοντος ἴδια τὸ γεννητόν, τοῦ δὲ τὸ ἐκπορευτόν, καὶ τοῦ ἐξ οὗ τὸ γεννητικὸν καὶ προβλητικὸν κατ' ἰδιότητος λόγον ἑκάτερον πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ θατέρῳ θάτερον καταλλήλως τὸ μὲν γεννητικὸν καὶ πάσας τὰς διαβαινούσας τοῦτο φωνὰς τοῖς θεορρήμοσιν εὑρήσει τις ἴδιον τῷ πατρὶ καὶ μόνῳ θεολογούμενον, καὶ τὰς εἰς αὐτὸ τοῦτο λαμβανομένας σαφῶς. τὸ δέ γε προ-

quoque calculo res ita se habet. Sed enim cum iam vox *solus* de fonte examinatum, sicubi occurrerit, &, quomodo illa de diuinitatis hypostasibus consideratur, ex diuinitus inspiratæ scripturæ eloquijs, declaratum sit, nihilominus nusquam est reperire, *Solus productor Spiritus Pater*, quod producere, aut producendi facultas proprietas Patris non est, cum Damascenus diuiniloquus ex gratia nomen habens, tertio decimo Theologico Capite de Patre ita aperte edisserat. *Ipse quidem est mens, Verbi abyssus, Verbi genitor, & per Verbum productor reuelantis Spiritus*. Hinc plane nullo modo solus Pater productor Spiritus, cum hic per Filium sit. Quidquid enim proprie Patri vendicatur, vt antea diximus, consequenter, & per Filium; & quidquid per Filium, illud non proprie. Quare cum ambæ personæ, quæ ex Patre sunt, secundum diuersum progressum, hæc quidem habeat proprio nomine generari, illa procedere, & ex qua sunt generare & producere secundum vtramque proprietatis rationem, erga illas quæ ex eo sunt, alterum alteri congruenter, generandi facultatem, vt omnes diuiniloquorum Patrum voces insinuant, quispiam inueniet vti proprium Patri solique decre-

tum

tum, quæ ad hoc ipsum assumuntur perspicue. Veruntamen *producendi facultatem*, siue *productor*, siue *producere*, siue quidquid aliud sit, quod alia flexione indicatur, nullo prorsus modo. Ante alios ergo Theologorum vertex Gregorius Oratione in aduentum Aegyptiorum, ait; *Quæcunque Pater habet, Filij sunt, vnam si excipias ingenituram. Quæcunque Filij sunt, illa eadem & Spiritus, vnam si excipias filiationem, & quæcunq; alia de eo propter meum hominem, & meam salutem asseruntur*. Idem Oratione in Heronem Philosophũ. *Proprium porro Patris est Vnigenitum, Filij vero generatio, Spiritus emissio*. Idem Oratione de moderatione in disputationibus seruanda. *Spiritus ex Deo existentiam habens, concedens Patri ingenituram, Filio generationem, rebus vero in alijs & eiusdem naturæ & eiusdem sessionis, & eiusdem honoris*. Hic ipse Oratione de Spiritu; *Quid enim ex rebus ingentibus non potest? Quodnam vero nomen Dei sibi non vendicat, vnam si excipias ingenituram & generationem? Reliquendæ siquidem erant Patri & Filio proprietates, ne confusio nasceretur in Deitate*. Gratiosus nomine gratiarumque refertus Damascenus octauo theologico Capite de sancta Triade, inquit; *Filius vero & character Paternæ hypo-*

βλητικὸν, ἢ τὸ προβολεὺς, ἢ τὸ προβάλλεσθαι, ἢ τι τῶν ἑτέρᾳ μετακλίσει τοῦτο δηλούντων οὐδαμῶς ὁπωσδήποτε. αὐτίκα τοίνυν ὁ τῶν θεολόγων ἀκρότης Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸν κατάπλουν τῶν Αἰγυπτίων φησίν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ πλὴν τῆς ἀγεννησίας, πάντα δὲ ὅσα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος πλὴν τῆς υἱότητος, καὶ τῶν ὅσα περὶ αὐτοῦ σωματικῶς λέγεται διὰ τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ εἰς Ἥρωνα τὸν Φιλόσοφον. Ἴδιον δὲ πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσιν εὐταξίας. Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, υἱῷ δὲ γεννήσεως. τὰ δ' ἄλλα καὶ συμφυὲς καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον. Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ τοῦ Πνεύματος λόγῳ. Τί γὰρ οὐ δύναται τῶν μεγάλων; τί δὲ οὐ προσαγορεύεται ὢν Θεὸς, πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως. ἔδει γὰρ τὰς ἰδιότητας μεῖναι πατρὶ καὶ υἱῷ. ἵνα μὴ ᾖ σύγχυσις παρὰ θεότητι. ὁ χαριτώνυμος καὶ πλήρης χαρίτων ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν θεολογικῶν Κεφαλαίων περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, φησίν. Υἱὸς δὲ καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διὰ τὸ τέλειον, καὶ ἐνυπόστατον, καὶ κατὰ πάν-

τὰ ὅμοιον τῷ πατρὶ εἶναι πλὴν τῆς ἀγεννησίας. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ Κεφαλαίῳ, Διὰ τὸν πατέρα ἔχει ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα πάντα ἃ ἔχει, τουτέστι διὰ τὸ τὸν πατέρα ἔχειν αὐτὰ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι τρεῖς ὑποστάσεις, οὐκ οὐσίᾳ, τῷ δὲ χαρακτηριστικῷ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀδιαιρέτως διαιρούμεναι. Ὁ θεσπέσιος Κύριλλος ἔν τινι τῶν Κεφαλαίων τῶν Θησαυρῶν. Ὥσπερ δίδωσι τὸ φυτὸν τῷ ἐξ αὐτοῦ προελθόντι καρπῷ τὴν αὐτῷ κατὰ φύσιν προσοῦσαν ποιότητα φορεῖν, οὕτως ὁ υἱὸς εἰληφέναι παρὰ πατρὸς τὰ αὐτῷ προσόντα νοεῖται, πάντα ὢν ὅσα καὶ ὁ πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν. Συναΐδιον πιστεύομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἰσόμετρον ἔχοντα, δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν. προσήκει γὰρ αὖ τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. καὶ πάλιν ἐν τῷ περὶ Τριάδος Λόγῳ, Ἐν υἱῷ μονογενεῖ κατὰ πάντα ἴσῳ τῷ πατρὶ καὶ ὁμοίῳ χωρὶς τῆς πατρότητος. καὶ αὖ ἐν ἄλλοις. Μενεῖ δὲ ὁ υἱὸς μηδενὸς ἀποστερούμενος τῶν ἐνόντων τῷ πατρί. κἂν μὴ νοῆται πατήρ. καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις. Πάντων τῶν φυσικῶν ἀγαθῶν τοῦ πατρὸς κοινωνός ἐστιν ὁ υἱὸς ἄνευ τοῦ πατὴρ εἶναι. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν. Θεὸν ἀληθινὸν

hypostasis propter perfectum subsistensque in se, & quod in omnibus similis Patri est una excepta ingenitura. Rursusque eodem Capite; *Per Patrem habet Filius & Spiritus quaecunque habet, hoc est, quod Pater illa habet, praeter ingenituram, & generationem, & processionem: in his enim solis hypostaticis proprietatibus inter se sanctae tres hypostases differunt, non essentia, sed propriae hypostasis nota indiuise diuisae.* S. Cyrillus in vno Thesaurorum Capite; *Quemadmodum planta fructui ex se prouenienti sibi innatam natura qualitatem deferendam exhibet, ita Filius intelligitur, quae sibi inhaerent, accepisse, cum omnia sit, quaecunque Pater, absque eo solo quod Pater non est.* Idem secundo ad Hermiam; *Coaeternum credimus Filium Patri, omniaque aequali mensura possidere, absque eo solo quod non generat. Id siquidem soli Deo & Patri proprium est.* Rursusque Oratione de Triade; *In Filio vnigenito in omnibus aequali & simili vna excepta paternitate.* Et in alijs; *Manebit vero Filius ex illis quae Patri insunt, nullo spoliatus, & si non intelligatur Pater.* Et rursus in alijs; *Omnium naturalium bonorum Patris particeps est Filius. illud solum si demas, Patrem esse.* Et alibi item; *Deum verum de Deo vero, non in spurium ali-*

quem

quam & externam naturam productum, sed existentem id idem essentialiter, quod intelligitur esse & Pater, absque eo solo quod Pater non est. Cum itaque hæc theologica testimonia hac ratione trium Deitatis hypostaseon proprietates declarent, & quæ peculiariter Patri insunt, differentias, illis *soli*, *præter*, *excepto*, & alijs apertissime difiniant, minime fieri poterat, non indicari in aliquibus saltem a diuinis hisce mystagogis, si proprietas Patris, etiam illud *producere*, vti & *generare* agnoscebatur.

XXII. Quare cum vndique quæ ipse diuiniloquis Patribus aduersantia loquitur, refutata sint, ab eodem subsequenter digesta, vti declarari debeant, & ex tradita a Deo scriptura manifestantur pro more nostro volentes perfecte, præter eorundem examen illa eadē quasi iam apposita sint, cum prioribus cōmittere, nec quidpiam vltra addere quam quæ in frequentibus colloquijs dicta disputataq; sunt, præterire statuimus, eo plane minime neglecto, quod ille in exemplum assumit, *solus* in Patre productore comprobās, & hæc manifesto, quibus colligit, productorem esse Patrem, concludens, & si inconsiderate, necessario prorsus, id ipsum quoque Filium esse. Nihilominus

ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. οὐκ εἰς ὀθνείαν τινὰ καὶ ἔκφυλον ἐκπεφυκότα φύσιν, ἀλλ' ὄντα τοῦτο οὐσιωδῶς, ὅπερ ἂν εἶναι νοοῖτο καὶ ὁ πατὴρ δίχα μόνου τοῦ εἶναι πατήρ. Χρήσεων μὲν οὖν τῶν θεολογικῶν διασαφουμένων οὕτω τὰς ἰδιότητας τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς θεότητος. καὶ ἅπερ ἔνεστιν ἰδίᾳ τῷ πατρὶ διαφορῶν τῷ μόνῳ, καὶ δίχα, καὶ πλήν, καὶ λοιπῶν διακεκριμένων εἰλικρινῶς, οὐκ ἦν ὁπωσδήποτε, μὴ ἐνσημανθῆναί πού ταῖς δὲ τοῖς θείοις μυσταγωγοῖς, εἴπερ ἰδιότης πατρί, καὶ τὸ προβλητικὸν ὡς τὸ γεννητικὸν ἐγινώσκετο.

κβ'. Οὐκοῦν τῶν τοῦ ἀπεναντίας τοῖς θεόφροσι φθεγγομένου πανταχόθεν ἐληλεγμένων, τὰ ἑξῆς τούτου τῶν κατασκευασθέντων, καὶ φανεροῦσιν ὅπως ἔχοντα καθορᾶται πρὸς τὰ τῆς θεοσδότου γραφῆς εἰληφότων. κατὰ τὸ εἰωθὸς θέλοντες ἀνελλιπῶς πρὸς τὸ ἐξετάσαι τοῖς προτέροις ἐπισυνάψαι τὰ αὐτὰ ὡς ὄντα, καὶ μηδὲν πλέον ἢ ἃ πολλαχῇ συχναῖς διαλαλιαῖς ἐρρέθη, καὶ διηλέχθη, διέγνωμεν παρελθεῖν, τοῦτο μὴ παριδόντες ὅ φησι παραδειγματικῶς, τὸ μόνος κατασκευάζων ἐπὶ τοῦ προβολέως ὁ πατήρ, καὶ ταῦτα προδήλως, ἀφ' ὧν συνῆξεν ὅτι προβολεὺς ὁ πατὴρ συμπεραίνας, εἰ καὶ μὴ ἐν συνομαθήσει κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην εἶναι τοῦτο καὶ τὸν υἱόν. ὅμως κατασκευάζων καὶ διελέγχων

τοὺς μὴ δεχομένους, ὅμοιον αὐτοῖς συντίθησιν ὑπάρχειν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ὁμολογῶν μὲν τὸν Θεὸν εἶναι κτίστην τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων, εἶτα μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοὺς Ἀγγέλους ἀποφαινόμενος ποιητὰς τοῦ ἀνθρώπου, οἴοιτο μηδὲν ἐναντίον ἑαυτῷ λέγειν. ὅτι μὲν λόγοι παραδειγμάτων ἁπανταχοῦ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῆς θεότητος οὐκ εἰσάπαν πρὸς ὃ παρατίθενται πρὸς τι δὲ καὶ κατά τι δείκνυσθαι φαίνονται συμφέρεσθαι, ἀληθές ἐστι καὶ γνωστὸν, πλὴν καταλλήλως τῶν παραδειγματιζομένων καὶ προσφυῶς, καὶ ἀνοικείως οὐδ' ὁπωσοῦν. ἐνταῦθα δὲ ποῖον τὸ προσφυὲς τῆς ἐξομοιώσεως τοὺς προβολέα ἀναγορεύοντας ὁ πατὴρ, καὶ μὴ προστιθεμένους τὸ, μόνος, ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἁγίων εἴρηκε; πῶς γὰρ εἴ γε διὰ υἱοῦ προβολεὺς, διϊσχυρίζεσθαι παρόμοια φάσκειν, εἴ τις ὡμολόγει κτίστην τὸν Θεὸν εἶναι τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων, εἶτα μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοὺς Ἀγγέλους ποιητὰς αὐτῶν ἀποφαίνεται, ποία τις ἡ πρὸς ταῦτα κατάλληλος εἰκασία; ἢ τἀληθὲς μᾶλλον εἰπεῖν, ποῖος ἐντεῦθεν τῶν θεοδοξάστων οὐκ ἐξουθενεῖται Πατέρων; ποῖος οὐ λοιδορεῖται; πρῶτον μὲν καὶ αὐτὸς ὁ μεγαλοφώνως θεολογῶν, προβολεὺς ὁ πατὴρ διὰ λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. εἶτα τοῖς δόγμασιν ὁ πολὺς Ἐπιφάνιος, ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας

minus demonstrans redarguensque non assentientem, similem illis comminiscitur existere: *Quemadmodum si quis affirmans, Deum esse naturæ humanæ conditorem, postmodum cum Deo Angelos etiam hominis esse creatores astruens, existimaret sibimetipsi non cōtradicere*. Et plane exempla vbicunque vsurpantur, & præcipue in diuinitatis negotio, non in omnibus ad quod conferuntur, sed ad aliquid, & secundum partem assimilari, verum est & omnibus notum, nihilominus rei quam ipsa effigiant aptissime congruunt, & nullo modo improprie. Hic porro quænam conuenientia est similitudinis cum ijs, qui productorem esse Patrem asseuerant, & *solum* non accipiunt, quod nemo ex Patribus pronunciauit? Qua enim ratione, si productor est per Filium, contendit similia enunciare, si quis fateretur Deum conditorem esse naturæ humanæ, postmodum cum Deo etiam Angelos creatores hominū affirmaret? Quænam est inter hæc congruens similitudo? siue, vt verius dixero, quis ex Sanctis a Deo gloriam consecutis pro nihilo non haberetur? quis non conuicijs lacesseretur? Et ante alios qui magna voce edicit, *Productor Pater per Verbum reuelantis Spiritus?* Postmodum in dogmatibus asserendis conspicuus Epi-

phanius, *ex eadem essentia Patris & Filij Spiritum docens*, & in huiusce probationem voces vtrasque Euangelicas afferens, *qui a Patre procedit*, & *ex meo accipiet*, in eandem nec differentem sententiam, & reliquus diuiniloquorum cœtus, qui vna cum eo diuinarum scripturarum auctoritate, *ex essentia illum Patris & Filij*, effusis sermonibus deprædicant, & quotquot *effunditur*, & *progreditur ex Patre & Filio* enunciant, si modo cum diuinissimo Cyrillo conueniunt, nec illi aduersantur, clamanti, in Euangelijs Seruatorem de Spiritu dixisse, *effunditur*, & *progreditur*, eo in loco vbi *procedit*, pronunciauit, cum harum trium vocum vnum eundemque significatum, & nullo modo diuersum, optime calleret. Et præterea qui clarissime statuit, *neque enim alicui de nominibus litem mouebimus, donec syllabæ eandem sententiam exprimant*; nec alio modo, qui palam aperteque tradit, *Spiritus sanctus vti natura secundum essentiam est Dei & Patris, ita & Filij secundum essentiam est, tanquam qui ex Patre per Filium genitum ineffabiliter procedit*. Rursusque cum hoc eodem reliquus diuinorum Patrum cœtus, quotquot, nihil inter se differre illa *ex Filio*, & *per Filium* perspicue docent, & præpositionum *ex*, & *per* æquales vires satis distincte tradunt. Necnon diuinus rursus

πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα διδάσκων· καὶ κατασκευὴν τούτου φωνὰς Εὐαγγελικὰς ἑκατέρας τιθεὶς, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται εἰς ἀδιάφορον διανοίας ταυτότητα, καὶ λοιπὸς ὅμιλος θεηγόρων, ὅσοι μετ' αὐτοῦ γραφαῖς ἐνθέοις ἐκ τῆς οὐσίας αὐτὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ πεπλατυσμένας ἀνακηρύττουσι, καὶ ὅσοι προχεῖται καὶ πρόεισιν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ δογματίζουσιν, εἴγε σύμφωνοι τῷ θειοτάτῳ Κυρίλλῳ καὶ μὴ ἀντίδοξοι, ἐν Εὐαγγελίοις ἐρεῖν περὶ τοῦ πνεύματος τὸν σωτῆρα βοῶντι, προχεῖται καὶ πρόεισιν, ὅπουπερ ἔφησεν ἐκπορεύεται, τῶν τριῶν ὅσα τῶνδε φωνῶν τὸ ταυτὸν εἰδότι καὶ μὴ διάφορον. σὺν τούτοις καὶ τρανῶς ὁ ἀποφαινόμενος, οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν. ὡσαύτως ὁ φάσκων διαπρυσίως, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον. καὶ σὺν αὐτῷ πάλιν τὸ λοιπὸν σύστημα τῶν θεοφορήτων, ὅσοι μηδὲν διαφέρειν τὸ ἐξ υἱοῦ τῷ δι' υἱοῦ διαῤῥήδην θεολογοῦσιν, καὶ τὸ ταυτοδύναμον τῆς ἐκ καὶ διὰ διωκεκριμένως παραδιδόασι. καὶ Κύριλλος αὖθις ὁ θεῖος οὕτω

διασαφῶν ἐν τοῖς πρὸς Παλλάδιον. τρεπτὸν οὔποτε τὸ πνεῦμα ἐστίν, ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν. Εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. ὁ γοῦν ταῦτα στέργων, κἀντεῦθεν τοῖς λέγουσι μετὰ Θεοῦ ποιητὰς τῶν ἀνθρώπων εἶναι τοὺς Ἀγγέλους ἐξομοιούμενος, πῶς οὐχ αἱρήσεται συνυβρίζεσθαι τοῖς καθαρὰ δοχεῖα τοῦ πνεύματος εἶναι θεόθεν ἀποφανθεῖσι, καὶ τοῦτο σύνοικον, καὶ δι' αὐτῶν φθεγγόμενον ἔχουσιν; ἀλλ' ἵλεῳ ἡμῖν εἶεν οἱ θεομίμητοι. οὐ γὰρ ἀφ' ἡμῶν.

κγʹ. Πλὴν ὁ τὰς ὁμοιώσεις οὕτω καλλιγραφήσας, καὶ τὰ τῆς κτίσεως οὕτω παραθεὶς μετ' αὐτῆς εἴπερ Ἄγγελοί τε καὶ ἄνθρωποι, καὶ μόνῳ τῷ πατρὶ προβλητικὸν ἀφορίσας οἴκοθεν εἰς ἰδίωμα, τί περὶ τῆς κτίσεως ἐρεῖ πρὸς ἅ φησιν ὁ μεγαλόνους Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον οὕτω διεξιών. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις, ἢ ἀτελῆ φάσκειν τοῦ υἱοῦ τὴν ἐνέργειαν. ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία, διὰ υἱοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ τελειοῦσα ἐν πνεύματι. καὶ πάλιν ἐν τῷ ὑπαγορευθέντι ὑπ' αὐτοῦ Ἀντιγράφῳ τῆς πίστεως. Ἕνα γὰρ οἴδαμεν ἀγέννητον καὶ μίαν τῶν ὄν-

rursus Cyrillus, qui in scriptis ad Palladium rem ita explanat; *Mutabilis nullo modo Spiritus est, quod si mutationi obnoxius est, ad ipsam diuinam naturam vituperatio recurret. Si est Dei & Patris & praeterea Filij, essentialis ex vtroque ex Patre nempe per Filium effusus Spiritus*. Qui itaq; hæc amplectitur, indeque asserentibus cum Deo creatores hominum Angelos esse comparat, qua ratione non eliget simul vna cum ijs, qui pura Spiritus receptacula a Deo declarati sunt, & illum sibi cohabitantem, & per seipsos illum denunciantem possident, iniuriam perpeti? Sed propitij nobis sint Dei imitatores: neque enim a nobis similia proferuntur.

XXIII. Nihilominus qui similitudines concinne scripto tradit, & res creationis ita exponit, *si Angeli quoque & homines*, & *soli* Patri facultatem productiuam in proprietatem ex proprijs astruit, quid de creatione dicet, ad ea, quæ recte magnus magnaque mente præditus Basilius ad Amphilochiũ ita enarrans scribit? *Et nemo opinetur me tres asserere principales hypostases, vel imperfectam affirmare Filij operationem: principium enim rerum vnum est, per Filium operans, & perficiens in Spiritu*. Rursusque in Antigrapho Fidei ab se dictato, *Vnum enim nouimus ingenitum, & vnum*

num rerum principium Patrem Domini nostri Iesu Christi, reprobabit per Filium Patrem condere, & ex ipso *per Filium vniuersa facta fuisse*, secundum Euāgelicam instar tonitrui prædicationem? quod tres principales hypostases non esse doceat, sed Patrem vnum rerum omnium principium, illis ne qui vtrisque assensum præbent, vt a magno enunciantur, similitudines creatrices Angelicas appinget effari? Veruntamen hic nomine suo vere dogmatum veritatis basim exprimens, improbitatem eorum qui similia inde in alios conijciunt, refutans, & rationem, qua vtraque intelligenda sunt, tradens in fine secundi aduersus Eunomium libri hunc in modum edisserit. *Quod a Filio factum esse asseritur, ad primam causam habet relationem, adeo vt licet vniuersa producta esse per Deum Verbum credamus, sed omnium Deum vniuersorum causam esse non inficiamur*. Et licet de productore, illud *solus* affirmaretur, erant Patrum dicta examinanda atque inuestiganda, &, vt dictum est, considerandum, & ex illis percipiendum, & non pro nihilo habito adducto cœlesti mente prædіti Viri sermone, mutuo inter sese sibi aduersari diuiniloquos ostendendos, & eorum Theologica, ac genuina dicta, alijs suis dictis, quod rem non

των ἀρχὴν τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀθετήσει δι' υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν πατέρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ δι' υἱοῦ τὰ πάντα γενέσθαι κατὰ τὴν Εὐαγγελικὴν βροντόφωνον ἀνακήρυξιν; ἐπειδὴ μὴ τρεῖς ἀρχικὰς ὑποστάσεις εἶναι διδάσκει, ἀλλὰ τὸν πατέρα μίαν τῶν ὄντων ἀρχήν. ἢ τοῖς ἑκάτερα φρονοῦσιν ὡς εἴρηται τῷ μεγάλῳ ποιητικὰς προσάψει παρομοιώσεις λέγειν Ἀγγελικάς, ἀλλ' ὅμως ὁ φερώνυμος ὄντως τῶν δογμάτων τῆς ἀληθείας βάσις τὴν κακόνοιαν τῶν τοιαῦτα προστρίβειν ἐντεῦθεν προαιρουμένων ἀπορραπίζων, καὶ τὸν καθ' ὃν ἑκάτερα λόγον παραδιδούς, περὶ τὰ τέλη τοῦ δευτέρου τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων αὐτοῦ διέξεισιν οὑτωσί, Τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὥστε κἂν πάντα εἰς τὸ εἶναι παρῆχθαι διὰ τοῦ Θεοῦ λόγου πιστεύομεν, ἀλλὰ τῶν πάντων τὸν Θεὸν αἴτιον εἶναι τῶν ὅλων οὐκ ἀφαιρούμεθα, καίτοι καὶ τὸ μόνος εἰ λελειμμένον ἐπὶ τοῦ προβολέως ὑπῆρχεν, ἔδει τὰ τῶν Πατέρων ἐξετάσαι, καὶ ἀνιχνεῦσαι, καὶ ὡς ἐρρέθη σκοπῆσαι καὶ συνιδεῖν ἐξ αὐτῶν, καὶ μὴ παρατιθεμένων τὸν διειλημμένον λόγον τοῦ οὐρανόφρονος, πολεμίους πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἑαυτοὺς δεικνύναι τοὺς θεηγόρους ὡς τὰ σφῶν θεολογικὰ γνήσια ἔπη διὰ

τὴν σφετέραν ἐκ τοῦ μὴ συνορᾶν ἀνατρέπειν, καὶ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ πνεύματος τὴν μὲν ἀπόφασιν αὐτῆς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, ἣν οὐδεὶς αὐτῶν εὕρηται φάναι πώποτε, παρὰ πᾶσιν ἀσυστάτως συνιστᾶν κατεπείγεσθαι. τὴν δὲ κατάφασιν, ἣν αὐτοὶ δι' ὁμοδυνάμων καὶ ταυτοσημάντων ῥημάτων ἐμφανῶς συνιστῶσι, διαβάλλειν, καὶ κατὰ τῶν λεγόντων ἀνοικείους παρομοιώσεις πλάττειν, καὶ ἀπόφημα φάσκειν, ἃ προδήλως, ὡς δέδεικται, πρὸς τοὺς θεορρήμονας ἀποτείνεται.

κδ'. Προσεσχηκέναι δὲ χρή, τοὺς παραφαῦλον ἔτι ποιουμένους τὰ τῶν μετὰ Θεὸν Σωτήρων, τῇ προσεχῶς τεθείσῃ ῥήσει τοῦ μεγαλωνύμου πατρὸς, ὅπως ἄρα πρὸς τὸ θεολογῆσαι τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι τὴν ἀναφορὰν ἔχειν πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν πατέρα. καθ' ἣν ὁπουδήποτε τὸ μόνος ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ μία καθὼς ἐνταῦθα καὶ λοιπαῖς ἐν ἑτέραις αὐτοῦ παρείσηκε ῥήσεσι, καὶ τὴν ἑκατέρων προθέσεων ἐδήλωσεν ἀδιάφορον. εἰπὼν γὰρ περὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τοῦ Θεοῦ λόγου ἐπαναλαμβάνων ἐπήγαγεν, ἁπανταχοῦ τὸ τῆς ἐκ καὶ διὰ ἰσοδύναμον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἀναφαίνων. ἐπί τε τῇ εἰς τὸ εἶναι παραγωγῇ τῶν κτισμάτων, ἐπί τε τῇ ἀιδίῳ προόδῳ τοῦ πνεύματος. καὶ ποιεῖται μὲν τῆς δὲ τῆς ἰσοδυναμίας παράδοσιν ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον παραδείγμασι

non perciperet, refellenda: ſic item de proceſſione Spiritus non æquum facit, cum illius negationem de Filio, quam nullus ex ipſis prorſus reperitur affirmaſſe, confirmare conatur, affirmationem, quam ipſi verbis æquipollentibus, idemque ſignificantibus palam confirmant, criminatur, & aduerſus eos qui eam aſſeuerant, incomptas ſimilitudines confingit, & infauſta obloquitur, quæ aperte, vt oſtenſum eſt, ad diuiniloquos diriguntur.

XXIV. Attendendum ab illis porro eſt, qui poſt Deum Seruatorum dicta non admodum æſtimant, proxime appoſitum dictum magni nominis Patris, quomodo præter id quod decreuerat, *a Filio factum ad primam cauſam Patrem relationem habere*, in quo vbicunque *ſolus* de ipſo, & *vnum*, vti hic & reliquis alijs ſuis dictis confirmat, ambarum præpoſitionum indifferentes vires ſignificaſſe. Cum enim dixiſſet de Filio, *per Deum Verbum*, orationem reſumens ſubiunxit, locis in omnibus Præpoſitionum *ex* & *per* eaſdem vires de Filio commonſtrans, tum in creaturis condendis, tum in ſempiterno Spiritus progreſſu.

De quarum præpoſitionum ſimili ſignificatu, nec diſparibus viribus in ſcriptis ad Amphilochium tradit, rem exemplis varijs

rijs confirmans, & in alijs suis commentarijs duas hasce præpositiones sic vsurpans, in rebus theologicis, vt ibi loquitur, nunc ex Filio, nunc per Filium Spiritum declarat. Hinc tertio aduersus Eunomium Antirrhetico scribit; *Quæ enim necessitas est, si dignitate & ordine tertius est Spiritus, tertium illum esse & natura? Nanque dignitate secundum esse a Filio, tanquam qui ab eo, quod sit habet, & ab eo accipit, & nobis annunciat, & prorsus illi causæ adhæret, pietatis sermo tradit: natura vero tertia vti, neque a diuinis scripturis edocti sumus, neque ex iam dictis consequenter colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus a Patre est, quoniam ab illo est, & dignitate quoniam origo atque causa, quod ille sit, Pater est, & quod per ipsum accessus & adductio ad Deum Patrem: natura vero nullo modo secundus, quod in vtroque vna Deitas est. Ita videlicet & Spiritus sanctus, & si dignitate & ordine secundus a Filio est, non tamen verisimiliter alienæ esse naturæ inde consequi dixerimus.* Necnon in illis; *Quare non & Spiritus Filius Filij*, tradit; *Non quod non sit ex Deo per Filium; sed ne Trinitas reputaretur multitudo innumera, vti in hominibus fit*. Et paucis annexis; *Propterea*

διαφόροις πιστούμενος. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ τὸ διττὸν τοῦτο τῶν προθέσεων οὕτω λαμβάνων, ὁτὲ μὲν ἐπὶ τῆς θεολογίας, ὡς ἐκεῖ φησιν, ἐξ υἱοῦ τὸ πνεῦμα διαγορεύει, ὁτὲ δὲ δι' υἱοῦ. ὅθεν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικῶν φάσκει. Τίς γὰρ ἀνάγκη τῷ ἀξιώματι, καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχον τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον, δυνατὸν συλλογίσασθαι. ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία. οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως. καὶ πάλιν ἐν οἷς. Διατὶ μὴ καὶ τὸ πνεῦμα υἱὸς τοῦ υἱοῦ; φησὶν, ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις ὑποπτευθεῖσα. καὶ μετ' ὀλίγα.

διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα σαφῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ ἐλάβομεν. καὶ τὸ δι᾽ υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, υἱοῦ πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπὼν, καθάπερ καὶ Θεοῦ πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου. τῶν περαθέσεων τῆς ἀπὸ τῆς διαστάσεως πολυειδοῦς κακίας ῥήσεις αὗται, πολλὰ τῶν τρίτων αἱ δύο, καὶ τῆς ἑτέρας μᾶλλον ἡ πρώτη, κώλων ὅλων ἀφαιρέσεις ὑποστᾶσαι, προσθήκας τε καὶ ἐπεμβολάς, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἔτι βίβλοι πεφυλαγμέναι καὶ θεαθεῖσαι ἡμῖν, ἅπερ εἴτι κρεῖς τέρας ἄμφω, τὸ περισωθῆναι τε καὶ ἡμῖν ὀφθῆναι, τῇ τῆς ὅλης αὐτῶν κατασκευῆς παλαιώσει, καὶ τῇ τῶν ἀρχαϊκῶν στοιχείων γραφῇ, τὴν τῶν ἀλλοιωθεισῶν ἐκ μανίας ἄκρας ἀλλοίωσιν στηλιτεύουσι. τὰς ῥήσεις ὡς ἔχον ἐξ ὧν προηνέχθησαν προστεθείκαμεν. εἰ δὲ καὶ ταῖσδε βίβλοις, ταῖς οὕτως αὐταῖς δεικνύουσαις ἐπιτηδεῦσαι τὸ πολυπραγμονὲς τοῦ κρατύνεσθαι τὸ σχίσμα δυνήσεται, καὶ ἀφανισμὸν αἰὸν δή τινα θεῖναι, ὡς ἐν ὁλότητι τῇ τῆς ὑποθέσεως, κἂν τῷ μέρει τούτῳ τὸ ἐκ τῆς συνειδήσεως ἡμῶν ἀψευδὲς ἐξ ὧν ἑωράκαμεν οὐ περιτρέψαι δυνήσεται. περὶ μέντοι τῶνδε παραφθορῶν, καὶ τῶν ἐν ἑτέροις θεοφθέγγων ῥήμασι πατρικοῖς οὐκ ὀλίγοις, καὶ τῶν ἄλλως πεπλασμένων ἐπιτεχνήσεων

ex Deo esse Spiritum palam enunciauit Apostolus dicens, Spiritum, qui ex Deo est, accepimus, per Filium apparere manifestauit, cum illum Filij Spiritum, vt & Dei appellauit, & mentem Christi, sicuti & Dei Spiritum vti hominis. Dicta hæc ab dissidij multiplici malitia, multum diuexata sunt, tertio tamen duo priora, & secundo immanius primum, membrorum integrorum ademptione imminutum, necnon additionibus, & adiectionibus vitiatum. Sed adhæc vsque tempora Volumina conseruantur, conspectaque sunt a nobis, quæ ambo monstrum fuerit, & quod conseruata sint, & a nobis conspecta, quæ & ipsius structuræ integræ vetustate, & antiquarum literarum scriptione deprauatarum ex ingenti vesania adulterationem palam edicunt. Dicta, vti se habent, ex ijsdem produximus. Quodsi voluminibus similibus hoc modo dicta referentibus, ad stabiliendum dissidium aliquid apponere voluerint, siue ea de medio tollere accurauerint, quod multis in locis dispersa sint, quantum ad integritatem argumenti, attamen hac in parte sincerum purumque nostræ conscientiæ, cum illa viderimus, euertere nullo modo poterunt. De his corrupteiis, alijs quoque diuiniloquorum Patrum

dictis non paucis, alijsque fraudibus, & alio atque alio modo commentitijs artibus, qui volet, ex alijs nostris Cõmentarijs, quæ similia fusius pertractant, addiscet. Nunc vero nouarum conclusionum Auctor, & erga magni præconis Basilij verba, ita se habentia qualis esse conspicitur? Si modus existentiæ processionis, exponi potest, illum Magnus hic, illius inquam declarationem, de Filio manifestissime edicit, affirmatque, *Spiritus*, inquiens, *a Filio quod sit habet, & annunciat nobis*. Hic vero illam ad commenta & absurdas sententias deducit, & negationem propositionibus non subsistentibus, ex voce *solus* positis comprobat. Quænam est hic cum Beati dictis concordia? quinimo potius est ex aduerso hostilis instructio, & bellum irreconciliabile. Præterea diuinus Nyssenorum Pastor, non diuersa a germano fratre eloquens, *ex Filio, & per Filium*, secundum ad esse progressum decernit, & stulte obloqui, qui ex simili Theologia rerum conditarum, & rebus creatis similitudines introducit, commonstrat, indeque ex ijs aduersus quos sua studia confert, illos qui plane cœlestes sunt, oppugnare. Hinc hic idem mysta primo aduersus Eunomium Antirrhetico scribit, *Spiritus Patri, qua increa-*

ὁ αἱρούμενος τὴν ἡμετέραν ἐν ἄλλοις λόγων ἀγγελλόντων πλατύτερον γνώσεται. νυνὶ δὲ τῶν καινῶν συμπερασμάτων ὁ εὑρετὴς, καὶ πρὸς τὰ τοῦ μεγαλοκήρυκος οὕτως ἔχοντα Βασιλείου, ὁποῖος ὁρᾶται; εἰ τρόπος ὑπάρξεως τῆς ἐκπορεύσεως, ἡ ἀνάπτυξις, καὶ ταύτην ὁ μέγας τὴν αὐτῆς φημὶ διασάφησιν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ καθαρωτάτως ἀνακηρύττει, καὶ καταφάσκει, τὸ πνεῦμα, λέγων, παρὰ τοῦ υἱοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν. οὗτος δὲ ταύτην εἰς ἀναπλάσματα καὶ διανοίας ἀτόπους ἀπάγει, καὶ τὴν ἀπόφασιν αὐτῆς θέσεων ἐξ ἀνυποστάτων τῆς ἐκ φωνῆς τοῦ μόνος κατασκευάζει. ποῦ τῆς τοῦδε συμφωνία πρὸς τὰ τοῦ μάκαρος; ὅτι μὴ ἀσύμβατος μᾶλλον ἀντιπαράταξις, καὶ πόλεμος ἀκατάλλακτος. ἔτι γε μὴν ὁ θεῖος τῶν Νυσσαέων ποιμὴν, τὰ αὐτὰ τῷ αὐτομαίμονι φθεγγόμενος, ἐκ τοῦ υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν εἰς τὸ εἶναι πρόοδον δογματίζει, καὶ ματαιολόγον ἀπελέγχει τὸν ἐκ τῆς τοιᾶσδε θεολογίας δημιουργήσεων κτιστῶς ἐν κτιστοῖς ἀπεικονίσεις εἰσφέροντα. κἀντεῦθεν ἐκ τῶν καθ' ὧν ἡ ὁρμὴ πρὸς τοῦτο εἰς ἅπαν οὐρανίους ἀντιφερόμενον. ἔνθεν ὁ αὐτὸς οὗτος ἱερομύστης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιρρητικῶν τάδε φησί. Τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον πάλιν ἀπ' αὐτοῦ

τῷ μὴ πατὴρ εἶναι ὡς ἐκεῖνος διαχωρίζεται. τῆς δὲ πρὸς τὸν υἱὸν κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ υἱοῦ ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῇ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφηνέναι ἐν τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ διακρίνεται τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. ὡς ὁ συνάδελφος παρὰ υἱοῦ καὶ δι᾽ υἱοῦ ἰδίᾳ, οὕτως ἀλλαχοῦ μὲν καὶ ἐνταῦθα ἰδίᾳ. ἐνταῦθα δὲ χρήσεως ἐν μιᾷ συνθέσει τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ καὶ τὴν κτίσιν διδάσκει. ἐν ὑστέροις δὲ καὶ τὴν διαφορὰν δείκνυσι. πλὴν οἱ διὰ κενῆς εὑρεσιλογοῦντες, φανερώσεως τὸ πεφηνέναι δηλωτικὸν φάσκοντες οὐχ ὑπάρξεως, ἀποτέμνονται περιφανῶς ἀφ᾽ ὧν ἄνω παρεθήκαμεν ῥήσεων πατρικῶν, περὶ φωνῶν ὧν αὐτοὶ τὸ σφῶν ἀδιάφορον, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως παριστῶσιν, αἷς καὶ τὸ πεφηνέναι συνηρίθμηται. ἔτι δὲ καὶ ἐξ ἄλλων ταῖς θεολογικαῖς διδασκαλίαις ἐνεσπαρμένων, ὕπαρξιν τὸ πεφηνέναι σημαινουσῶν ἔχειν οὐ φανέρωσιν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς συμφράσεως τῆς περὶ ἧς ὁ λόγος χρήσεως πατρικῆς. ποῖον γὰρ φέρει τὸ εὐλογοφανὲς τὸ ἀναφορικὴν

increatus eſt coniungitur, rurſus ab eodem, qua Pater non eſt vti ille diſiungitur. a coniunctione vero cum Filio, qua increatus eſt, & cauſam exiſtentiæ ex Deo omnium poſſidet, rurſus ſeiungitur proprietate, quod non tanquam vnigenitus ex Patre ſubſtitit, & quod per ipſum Filium apparuit: rurſuſque a creatura, quæ per Filium ſubſtitit, ne communionem aliquam cum ea habere Spiritus reputaretur, quod per Filium apparuit, immutabilitate, & firmitate ſecernitur Spiritus a creatura. Vbi frater germanus ſeparatim ex Filio & per Filium, pari modo hic quoque ſeparatim, hic vero in vnius dicti conſtructione Spiritum ex Patre per Filium, necnon etiam creaturam docet, & in poſtremis quoque diſcrimen aſſignat. Nihilominus qui temere alia atque alia de nouo comminiſcuntur, illud *apparere* manifeſtationem indicare aſſerentes, non exiſtentiam, manifeſte redarguuntur ſupra a Patribus petitis digeſtiſque de vocibus quæ inter eas & proceſſionem nullam eſſe diſcrimen confirmãt, inter quas hoc etiam *apparere* connumeratur: necnon & alijs inter theologica dogmata inſperſis, hoc *apparere* exiſtentiam non manifeſtationem denotantibus, quinimo ex ipſa paterni dicti ſtructura, de quo nobis ſermo eſt. Quam enim veriſimilem

relationem inferret illud, *rursus vero a creatura, quæ per Vnigenitũ subsistit*, si id prorsus de existentia non dicitur? & quomodo reputaretur Spiritus sanctus communionem quandam habere cum creatura, si illa per Filium non subsisteret? & quomodo ea per Filium manifestata est, si non ad Triadem, sed ad creaturam manifestatio fuerit? Quomodo item in quibus differentia, & inde secerni factum est, & magis expedite ex eo quod per Filium habet existentiam, hic vero nullo modo? Deinde etiam vnde traditum est, & absque vlla hæsitatione, quando non esset, vt Spiritus per Filium haberet esse, & indicatum discrimen nullum adesset & tacitum præteritum est? nanque si illud plane esset, necessario ista consequerentur, pronunciataque fuissent. A Patre vero per Filium naturaliter simul ac sempiterne Spiritum habere quod sit, creaturam vero creationis modo, & in tempore congruenter, & quod discernit appositum est. Hæc enim mutationi obnoxia est, tanquam quæ ex eo quod non erat ad id quod erat immutata est, & aliquando existat, & deinceps asseruiens tempori non existat, & mutationem, & alterationem in meliores peioresque trasmutationes admittat: at Spiritus sanctus immutabilis est; immutabiliter enim, & continua firmitate

τοῦτο. πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσης μὴ παντάπασιν ἐνταῦθα περὶ ὑπάρξεως λέγεσθαι. πῶς δ' ἂν ἐνομίσθη κοινότητά τινα πρὸς τὴν κτίσιν ἔχειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἴπερ αὕτη διὰ τοῦ υἱοῦ μὴ ἔχει τὸ ὑφεστάναι, τοῦτο δὲ ταύτῃ διὰ τοῦ υἱοῦ πεφανέρωται, εἴγε μὴ πρὸς τὴν Τριάδα, πρὸς τὴν κτίσιν δὲ ἡ φανέρωσις; πῶς δὲ καὶ ἐν οἷς ἡ διαφορὰ καὶ τὸ διακρίνεσθαι οὐκ ἐντεῦθεν ἐγγέγονε, μᾶλλον ἐκ τοῦ προχείρου, ἀπὸ τοῦ τὴν μὲν διὰ τοῦ μονογενοῦς ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, τοῦτο δὲ οὔ. εἶτα κἀκεῖθεν ὅθεν ἄρα καὶ παραδέδοται, ἀλλ' ἀναμφίλεκτον· ὡς ἐπεὶ μὴ ἦν, μὴ τὸ εἶναι διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἔχειν. ἁπλῶς ἄρα καὶ τὰ τῆς δηλωθείσης διαφορᾶς, καὶ οὐ λέλεκται. εἰ γὰρ ἂν εἰ ἦν ἐκεῖνο, εἶχεν ἂν ἀνάγκην ἀκολουθῆσαι καὶ ταῦτα λεχθῆναί τε. ὅτι δὲ παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ εἶναι τῷ πνεύματι φυσικῶς ἅμα καὶ ἀϊδίως, τῇ δὲ κτίσει δημιουργικῶς καὶ ἐγχρόνως καταλλήλως ἐρρέθη καὶ τὸ διακρινόμενον. ἡ μὲν γὰρ τρεπτή, ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τραπεῖσα καὶ ποτὲ μὲν οὖσα, εἶτα χρονικῶς οὖσα, καὶ τὸ τρεπτὸν ἔχουσα καὶ ἀλλοιωτὸν ἐν ταῖς εἰς τὸ κρεῖττον καὶ χεῖρον μεταβολαῖς. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ τρεπτόν, ἀτρέπτως γὰρ καὶ ἀναλλοιώτως ἦν καὶ ἔστι καὶ ἔσται, ὥσπερ-

tate

δὰς καὶ ἀχρόνως ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐστὶν ἐκπεμπόμενον, ἀεὶ ἀγαθὸν ὡς αὐτάγαθον, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος, φύσει Θεὸς ὡς ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ. ἐν γοῦν τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ διαιρεῖται ἀπὸ τῆς κτίσεως, καὶ οὐ διότι ἐν τῷ δι' υἱοῦ ταύτην ὑποστῆναι, κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτὴν ἔχειν νομίζεται. καί γε ὁ θεοφανέστατος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ Ἀγκυρωτῷ οὕτω φησί. Τοίνυν πατὴρ ἦν ἀεί, καὶ τὸ πνεῦμα ἦν ἀεὶ παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ. τὰ δὲ μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα πάντα ποιητά, καὶ κτιστά, καὶ μὴ ὄντα ποτὲ γέγονε παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. τίς οὐκ ἐρεῖ κἀνταῦθα καθολικῶς τὸν λόγον εἶναι περὶ ὑπάρξεως, καὶ τὸ μὲν θεῖον πνεῦμα θεολογεῖσθαι τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ φυσικὴν εἰς τὸ εἶναι πρόοδον, τὴν δὲ κτίσιν λέγεσθαι γεγονέναι παρὰ τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, καὶ τὰ διαστελλόμενα ὁμοίως, ὡς ἐκεῖ παρατίθεσθαι, ὅθεν εἰλικρινοῦς παραδόσεως κατὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως λόγον παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ παναλκὲς πνεῦμα δογματίζεσθαι καὶ τὴν κτίσιν. καὶ ταύτην πάλιν παρὰ πατρὸς ἐν πνεύματι δι' υἱοῦ. καὶ αὖθις παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γεννήτωρ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς κτίσεως ποιητής, ὡς ἐκ πατρὸς ἄμφω [illegible], καὶ τὸ δια-

tate erat, & est, eritque, tanquam qui essentialiter, & absque tempore ex Patre per Filium emittitur, semper bonus, qnia ipsabonitas est, & bonitatis fons, naturaque Deus, æque atque ille est, ex quo & per quem. Immutabilitate itaque & firmitate discernitur a creatura, & non quod illa per Filium substitit communionem aliquã cum illa habere existimatur. Quare a Deo manifestatus Epiphanius in Ancyroto hæc habet; *Igitur Pater erat semper, & Spiritus erat semper a Patre & Filio. Quæ vero subsequuntur Patrem & Filium & Spiritum sanctum omnia condita sunt & creata, & cum non essent aliquando facta sunt a Patre & Filio, & Spiritu sancto.* Quis non affirmauerit, hic quoque in vniuersum sermonem esse de existentia, et Spiritum sanctum decerni ex Patre et Filio secundum suum naturalem ad esse progressum: et creaturam factam fuisse asseuerari a tribus diuinitatis hypostasibus, et quæ discernuntur similiter vt ibi apponi hinc accurata, veraq; traditione secundum existentiæ rationem a Patre per Filiũ omnipotentem Spiritum creaturamque decerni, et hanc rursus a Patre in Spiritu per Filium: rursusque a Patre et Filio et Spiritu sancto. quinimo et genitor Filij Pater, et creaturæ conditor

τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει φησὶν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

κέ. Ἄνω τὰ τῆσδε ῥήσεως ἐξεταστικῶς τεθεωρηκότες, νῦν ἑτέρως αὐτὰ κατοπτεύσομεν. ἐπεὶ διαφόροις ἐν ζητήμασι τὰ θεῖα τῶν θεηγόρων ἔπη διαφόρως τὰ τῆς ἀληθείας αὐγάζουσιν. ὅτι μὲν οὖν κἀνταῦθα καθαρῶς ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα μυσταγωγεῖται, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ διατόρως βοᾶται. ὅπερ ὁ ἀντίθετος τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φάσκει τις ἡ ἀνάγκη λέγεσθαι; καὶ οὐκ ἐπιστρέφεσθαι τῶν ἐν θεολογίᾳ πατρικῶν διδασκαλιῶν φανεροῦται. καὶ ὅτι τοῦ εἶναι εἰς τὸ παραστῆσαι τόδε ἐκ τοῦδε εἰς ὑπάρξεως λόγον οὐδὲν ἀρχοειδέστερον, ἢ ἐμφανέστερον δῆλον. τοῦτο δὲ σκεπτέον. τί τὸ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτοῦ τὸ ἰδίωμα, μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς ὀνομάζεσθαι. πάντως τὸ μέχρι τοῦ ἐκ πατρὸς εἶναι καὶ μὴ ἐξ ἑτέρου ὅλως. καὶ οὐχὶ τοῦ μονογενοῦς τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι, ἑτέρου δὲ προσώπου μὴ εἶναι. τοῦτο γὰρ ἀπό τε τῆς θέσεως ἀποπεμπτέον, καὶ τοῦ θεμελίου τῆς πίστεως ἄρνησις. ἀλλὰ τόδε ἐστὶ τὸ ἰδίωμα, τὸ τὸν υἱὸν μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς εἶναι, καὶ οὐδέπω καὶ ἐξ ἑτέρου, ἢ δι' ἑτέρου. καὶ φανερὸν ἐκ τῆς λεγούσης ἐπαγωγῆς. τὸ δὲ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρ-

Christi non habet, inquit, hic non est eius.

XXV. Licet supra dictum simile meditate examinauimus, nunc denuo illud alio quoque modo discutiamus. Cum in diuersis quæstionibus diuina diuiniloquorum eloquia diuerso quoque modo veritatem illustrant. Hic itaque aperte ex Filio Spiritum astrui, et ex Patre et Filio sonora voce declarari, quod aduersarius, *quæ est necessitas dici?* reboans, nec theologicas Patrum instructiones reuereri, manifesto deprehenditur. et verbo *esse* ad commonstrandum hoc ex hoc, et existentiam connotandam nullum aliud esse antiquius, aut perspicacius nulli dubium est. Hoc vero considerandum est, quidnam illud sonet, *nec vltra hoc oratio proprietatem illius extendit*, postquam dictum fuit, *Filium* ex Patre nuncupari. Omnino *nec vltra illud*. ex Patre nempe esse, et non ex alio, siue prorsus per aliud. Et non est Vnigeniti ita ex Patre esse, vt altera persona ex eo non sit. Hoc siquidem a positione reijciendum est, cum fundamenti fidei abnegatio sit. Veruntamen hæc est proprietas, Filium solum ex solo Patre esse, et non ex alio prorsus, neque per aliud, & ex ijs quæ subsequuntur clarum remanet, *Spiritus vero & ex Patre esse dicitur, & ex Filio astruitur.*

τὸ λεχθῆναι, εἷς Θεὸς, πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως, καὶ τὰ ἑξῆς. περὶ τοῦ υἱοῦ ταῦτα διαλαμβάνεται, εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἄναρχος, καὶ τὰ λοιπά. πλὴν ἐπεὶ τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις πρὸς πάντα τὸ εὑρεσιλογεῖν, καὶ εἰ τῶν ἀναντιῤῥήτων, καὶ εἰ τῶν ἀναμφιλέκτων, καὶ τὸ δοκεῖν τι λέγειν καὶ πλέον οὐδέν. ἐῶ γὰρ ἀρτίως εἰπεῖν, ὡς καὶ τὰ πλείω τῶν σφίσι λεγομένων εἰς κρημνοὺς συνωθοῦσι τοὺς λέγοντας. Ἐρεῖ τις ἴσως. υἱὸς μόνος ἐκ μόνου πατρός. τὸ γὰρ πνεῦμα οὐχ υἱός. εἰ μέντοι περὶ τοῦ υἱοῦ τὸν λόγον ποιούμενος, οὕτως εἰρήκει, εἷς υἱὸς, εἶτα ἐπήγαγε, μόνος ἐκ μόνου, οὐδ᾽ οὕτως εἶχεν ἂν ὁ λόγος οὐδέν τι εἰς βεβαίωσιν. ὅμως τινὰ δόκησιν εἶχε τοῦ λέγειν τι. ἐπεὶ δὲ εἷς Κύριος ἔφησε, καὶ παραυτίκα μόνος ἐκ μόνου ἐπήγαγε, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ μετά τινα οὐκ ὀλίγα. υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ πατρὸς, ποῦ χώραν ταῦτα τῆς εὑρεσιλογίας ἐν τούτοις ἕξουσιν; ἔπειτα προσεσχηκέναι χρεὼν, ὡς ὁ αὐτός ἐστι θεηγόρος ὁ τὰ τῆς ὀπτασίας καὶ τὰ τῆς ὁμιλίας τῆς εἰς τὴν θεοπαράδοτον εὐχὴν παραδιδοὺς καὶ φθεγγόμενος. καὶ πῶς ἂν ἐναντιοφωνεῖν εἵλετό ποτε ἑαυτῷ, ὅτι μὴ συμφωνεῖν μᾶλλον τῆς ἀληθείας ὁ τοσοῦτος κῆρυξ ὁ δια-

esset, *Vnus Deus, Pater Verbi viuentis, sapientiæ per se subsistentis & potestatis*, quæ sequuntur, de Filio tradit; *Vnus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago diuinitatis, Verbum absq; principio*. Et reliqua. cum vero qui omnibus contradicunt, verba funditare, nouaque comminisci nullum finem faciunt, licet quæ afferuntur indubitata & omni contradictione maiora sint, tantum vt videantur aliquid dicere, & aliud præterea nihil: nam in præsentia silentio prætereo, maiorem eorum commentorum partem in præcipitia asserentes compellere, fortasse ex ijs quispiam dixerit, *Filius solus ex solo Patre:* Spiritus enim Filius non est; quod si de Filio sermonem habens, ita locutus fuisset, *Vnus Filius*, postmodum subiunxisset *solus ex solo*, tum etiam hac ratione dictum simile certitudinem habuisset; nihilominus videretur aliquid dicere. Veruntamen dum dicit, *vnus Dominus* & quam illico *solus ex solo* addidit, *Deus ex Deo*, & multis interiectis, *Filius verus veri Patris*, vbinam commentitia ista locum habebunt? Postmodum animo attendendum est, eundem esse diuiniloquum qui visionem, & colloquium, in quo a Deo exceptæ preces sunt, tradit enarratque, & quomodo sibimetipsi contraria scribere, & non sibi potius concordia referre veritatis

tantus ac vehemens præco proposuisset? Quare quod ibi, *nec vltra proprietas illius extenditur*, vltra nempe ex Patre esse, neque ex alio, neque per aliud. Et hoc & illud magis ac magis manifestat inductio; *Spiritus vero & ex Patre dicitur, & ex Filio esse astruitur*, vtriusque concordiam inuariabilem ostendens & suimetipsius. *At asserere, solus Filius ex solo Patre: Spiritus enim Filius non est*, ad destruendam differētiam traditam a diuino præcone, hoc quidem non ex vtroque esse Spiritum, illud vero ex vno solum ex solo Patre Filium, quæ est proprietas illius ex vtroque, præterquam quod diuino præconi contradictionem appingit, rationis penuriam indicat, si hæc Theologia proprietatem & ex vtroque tradens aperte, Spiritum non esse Filium edocet, & per Filiū enuncians, cum ambæ præpositiones, vt iam demonstratis antea Patrum doctrinis instruimur, æquales vires possideant: ipse nanque a Deo edoctus Nyssenus, solum ex solo Filium decernens, vnigenitum illius declarauit: & vndenam filiatio Spiritui accedet? in ijs vero quæ ad Ablabium scripsit, dum ait, *Hoc enim continue est ex primo*,

προφύσιος. ὅθεν ὅπερ ἐκεῖσε μέχρι τούτου ἵσταται τὸ ἰδίωμα τοῦ υἱοῦ, μέχρι τοῦ ἐκ πατρὸς εἶναι, καὶ μὴ περαιτέρω ἐξ ἄλλου ἢ δι᾽ ἄλλου, τοῦτο ἐνταῦθα μόνος ἐκ μόνου, τουτέστιν ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρου, ἢ δι᾽ ἑτέρου καὶ τὸ ἐπὶ πλέον σαφηνείας τούτου τε κἀκείνου παράστασις ἡ ἐπαγωγή. τὸ δὲ πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, τὸ τῆς συμφωνίας ἀμετάθετον ἑκατέρων δεικνῦσα καὶ ἑαυτῆς. τὸ δὲ φάναι μόνος υἱὸς ἐκ μόνου πατρὸς. τὸ πνεῦμα γὰρ οὐχ υἱὸς εἰς ἀναίρεσιν τῆς παραδοθείσης διαφορᾶς παρὰ ἱεροφάντορι. τοῦτο μὲν ἐξ ἀμφοῖν, ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ ἐξ ἑνὸς μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, ὅπερ ἰδίωμα πρὸς τὸ ἐξ ἀμφοῖν, πρὸς τῷ ἐναντιοφωνίας περιστεριβεῖν τῷ θεοκήρυκι. καὶ τὸ ἀλόγιστον ἐπιφέρεται, εἴπερ αὕτη σαφῶς ἡ θεολογία τὸ ἰδίωμα, καὶ τὸ ἐκ δυοῖν ἡ παραδιδοῦσα, τὸ μὴ υἱὸν εἶναι τὸ πνεῦμα διδάσκει, ἤ τε τὸ δι᾽ υἱοῦ καταγγέλλουσα, ὡς τὸ ἰσοδυναμον ἀμφοτέρων προθέσεων κεκτημένων κατὰ τὰς πατρικὰς προδεδειγμένας μυσταγωγίας. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ θεόσοφος ἐνταῦθα Νύσσης μόνον ἐκ μόνου τὸν υἱὸν δογματίζας τὸ μονογενὲς αὐτοῦ διεξαίνωσε, καὶ ποῦ τὸ λοιπὸν υἱότης τῷ πνεύματι, ἐν δὲ τοῖς πρὸς Ἀβλάβιον, ἐν οἷς φησί. Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸν υἱὸν λέγων ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἀμέσως,

Filium asserens ex Patre, idest immediate, quasi diceret, *solus*

ὡς εἰ ἔλεγε μόνος ἐκ μόνου, εἶτα τὸ διὰ τοῦ προσεχοῦς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ υἱοῦ καθαρῶς αὐτὸ τὸ μονογενὲς διευκρίνησεν. ἔτι τε κατ' ἔπος διηρθρωκώς, ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. ὁ δέ γε διορατικώτατος Ἐπιφάνιος συνῳδὰ τούτοις θεολογῶν, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ πνεῦμα διατόρως ἀνακηρύττων, ἐντεῦθεν ἀπορραπίζει τὸν τὸ πνεῦμα υἱὸν καὶ λοιπὴν ἀτοπίαν συνάγοντα. φάσκει γὰρ ἐν τῷ Ἀγκυρωτῷ, Ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ, ὁ Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστός, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καί, οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. εἶτα, ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· οὐκοῦν φαμὲν δύο εἶναι υἱοὺς καὶ πῶς μονογενής; μενοῦνγε σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ. εἰ γὰρ τὸν υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων, ἃ μόνον πίστει νοούμενα ὑπὸ τῶν ἁγίων, φωτεινά, φωτοδότα φωτεινὴν τὴν ἐνέργειαν ἔχει. τῶν οὖν μετὰ Θεὸν Σωτήρων οὕτω θεολογούντων, οὕτω διασαφούντων.

ex solo. Deinde, *Hoc vero per illud quod continue est ex primo*, Spiritum per Filium aperte ipsum vnigenitum manifestauit; tum præterea verbis non alijs exprimens: *Ita vt & vnigenitum indubitatum in Filio maneat, & ex Patre Spiritum esse in dubio non sit, mediatione Filij & sibi ipsi vnigenitum conseruãte, & Spiritum a naturali erga Patrem habitudine non arcente*. Et perspicacissimus Epiphanius non dissimilia decernens, & ex vtroque Spiritum esse clare admodum deprædicans, refellit eum, qui Spiritum Filium esse reliquasque absurditates colligit: nanque inquit in Ancyroto; *Vtraque inhabitant in homine iusto, Christus & Spiritus illius. Quod si Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, & Spiritus ex Christo, aut ex vtroque, vt inquit Christus, qui a Patre procedit, &, hic de meo accipiet. Sed quispiam dixerit fortasse. Itaque dicimus duos esse filios, & quomodo vnigenitus? Tu quis es, qui contra ratiocinaris cum Deo? Si enim Filium vocat, qui ex ipso est, Spiritum vero sanctum qui ex vtroque, quæ solum fide comprehensa a sanctis luminosa, lumen exhibentia, luminatam actionem habent*. Qui itaque post Deum seruatores sunt, hunc in modum definientibus, ac declarantibus, si solus secundum

ipsos Filius ex solo Patre, si illi hæc proprietas est, si ex vtroque Spiritus asseritur, quomodo ex solo Patre? vt prætercam quæ ad hoc cõfirmandum commentitia scripta afferuntur, tantumque ex confessione falsariorum triumphum.

XXVI. Rursusque cum quo mihi sermo est, orationem conuerto. Si Spiritus Pater fons est, si quæcunque solutionibus conferunt concedens, vti clara atque indubitata adducit, & quæcunq; a nobis præter vnum *solum* comprehensa sunt, quomodo solus secundum ipsum productor Spiritus Pater fuerit? Quomodo propria illi erit producendi facultas? quomodo processionis affirmatio de Filio, ex his quæ ipse dicit minime subsistit, negatio vero subsistit? si hæc diuinis Patribus conueniunt, si illi ipsi, quod mirum est, consideret attente cui timor Dei in præcordijs est. His igitur iam discussis, & ita se habentibus, vt diseruimus, nonnullis sed paucis eiusdem per omnia, nec alterius sententiæ neglectis, hunc in modum orationem componit. *Cum vero hoc quoque dicant, Filium Dei ad Patrem omnia referentem, ideo & Spiritus processionem ad eundem referre, & sic semetipsum silentio præterire, quam ob causam, qui Symbolum Fidei*

εἰ μόνος κατ᾽ αὐτοὺς ὁ υἱὸς ἐκ μόνου πατρὸς, εἰ σφίσιν αὐτῷ τοῦτο ἰδίωμα, εἰ περὶ αὐτὸ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τὸ πνεῦμα θεολογεῖται, πῶς ἐκ μόνου πατρὸς, ὡς παραδραμῶ τὰς εἰς σύστασιν τῆσδε πλαστογραφίας, καὶ τὸν ἐξ ὁμολογίας τῶν πλαστογράφων τοσοῦτον θρίαμβον.

κϛʹ. Αὖθις δὲ πρὸς ὃν οἱ λόγοι. εἰ πηγὴ τοῦ πνεύματος ὁ πατήρ, εἰ πηγὴ τοῦ πνεύματος ὁ υἱός. εἰ πάνθ᾽ ὅσα τῶν αὐτῆς διεκλυτάσεων ἀνομολογῶν εἰς παράστασιν ἔσθ᾽ ὅτε προσφέρει σαφῆ τε καὶ μὴ ἀμφίβολα, ὅσα τε παρ᾽ ἡμῶν μέχρι τοῦ μόνου διείληπται. πῶς μόνος προβολεὺς τοῦ πνεύματος ὁ πατὴρ κατ᾽ αὐτόν; πῶς ἴδιον αὐτῷ τὸ προβλητικόν, πῶς τῆς ἐκπορεύσεως ἡ κατάφασις ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τὸ ἀσύστατον ἐξ ὧν φησιν ἔχει, τὸ συνίσταται δ᾽ ἡ ἀπόφασις; εἰ συνέρχεται πρὸς τοὺς θεοφορήτους ταῦτα, εἰ πρὸς ἑαυτὸν τὸ παράδοξον; σκοπείτω ἀκριβῶς τοῖς ἐγκάτοις, ᾧ Θεοῦ δέος ἐστὶν ἐναποκείμενον. μετὰ τοίνυν τὰ ἐπισκεφθέντα, καὶ οὕτως ἔχοντα, ὡς διήλεκται, καί τινα παρεωραθέντα βραχέα τῆς αὐτῆς εἰς κατὰ πάντα διανοίας καὶ οὐχ ἑτέρας ἐχόμενα, τάδε τελευταῖα κατὰ ῥῆμα συντίθησιν. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐπὶ τὸν πατέρα πάντα ἀναφέρων, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπ᾽ αὐτὸν ἀναφέρει, καὶ ἀποσιωπᾷ ἑαυτόν,

διατὶ καὶ οἱ τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον ἐκθέμενοι ἅγιοι πατέρες τῆς ἐκπορεύσεως μνησθέντες, αὐτὴν ἀπεσιώπησαν, καὶ οὐκ ἐξέδωκαν διατετρανωμένον τὸ δόγμα, εἴγε ἀνάγκην εἶχε κατὰ τοὺς Ἰταλοὺς καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, πάντως οὐκ ἐνόμιζον τοῦτο οὕτως ἔχειν. οὐδ᾽ ἦσαν τολμηταὶ ὡς οὗτοι. εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐποιοῦντο περὶ τούτου λόγον οἱ πατέρες, ἢ εἰ μὴ ἦσαν πνεύματος ἁγίου μέτοχοι καὶ σοφίας, ἢ εἰ μὴ κανονικῶς ἠθροίζοντο, ἢ εἰ μερικῶς οὗτοι δὲ νῦν ἐκίνουν τὸν λόγον δυνάμει λόγου καὶ πνεύματος, καὶ κανονικῶς ἠθροισμένοι καὶ οὐ μερικῶς, εἶχεν ἂν κράτος ὁ λόγος αὐτῶν. νῦν δὲ ἐκείνοις μὲν ὡμολόγηται, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος μετουσία καὶ τ᾽ ἄλλα, καὶ ἐζήτησαν πρότεροι, καὶ ἔταξαν τὰ εὑρεθέντα μετὰ πάσης ἀσφαλείας. οὗτοι δὲ ἄλλως ἄνθρωποι ὄντες, καὶ μετ᾽ ἐκείνους ζητοῦσιν, οὓς δεῖ ἀποπέμπειν πάντως, ἐκείνων δὲ ἐξέχεσθαι, καὶ τῶν αὐτῶν λόγων, καὶ μὴ περαιτέρω περιεργάζεσθαι, ἕως ἂν ἡμεῖς ἧττον πνεύματος καὶ σοφίας μετεσχηκότες. Ἐκ τούτων τῶν εἰρημένων λίαν ἐκφαντορικῶς ὁ φήσας ὁρᾶται λέγειν, μὴ θεμέλιον τοῖς τῶν θείων ἐκφαντόρων ὄντος τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τούτων ἐφηδρασμένοις, πλεῖστα τῶν δογμάτων παραδέδοσθαι μὴ κατὰ λέξιν ἐν αὐτῷ περιειλημμένων, διασαφηνίσεως λό-

Fidei ediderunt sancti Patres, processionis mentione inducta, illam silentio inuoluerunt, & dogma declaratum nō tradiderunt, si necessario, ita asserentibus Italis, etiam ex ipso Filio Spiritus procedit? Id ita se habere plane illi non existimabant, nec tantum vt isti audebant. Nanque si de hoc Patres rationem habuissent, vel si non essent Spiritus sancti participes, & scientiæ, vel si non vti Canones statuunt congregati fuissent, aut si singillatim hi nunc Verbi & Spiritus sermonem mouerent, & vti Canones præcipiunt & non priuatim congregarentur, haberet equidem dictū eorundem robur. At nunc apud illos quidem in confesso sunt Spiritus communicatio & alia, & primi perscrutauere, & cum omni securitate adinuenta ordinarunt. Hi vero homines cum sint post eos inquirūt, quos abijcere modis omnibus necesse est, illis vero eorumque eloquijs adhærere, nec vltra curiose perquirere, donec remissioris Spiritus ac sapientiæ participes sumus. His dictis admodum clare qui similia effutit, videtur decernere, diuinos Interpretes Euangelio non vti suorum dictorum fundamento vsos, neque in illo firmiter fundatos, quam plurima dogmata, vocibus ipsis in eo non comprehensa, explicationis gratia & fusioris declarationis, quod & in reliqua

liqua quoque ſacra Scriptura conſideratur tradidiſſe. quin omnem in eo contineri explicationem, & dubiorum ſolutionem, & quæ conticentur ſacro hoc Fidei Symbolo declaranda enunciandaq; & quæ non ita ſe habent reijcienda. Et ſimilia vti legem ferens, non tantum illis, qui proxime & contigue reijciunt hæc, adhæreſcere adhortatur, & rationes ſuas, & pleraque ex theologica doctrina irrita facit, nec ea recipienda eſſe iudicat, verum & dictionum de Deo ab Eccleſia vſurpatarum potiorem partem non ſubſiſtere decernit, *Si proceſſionis*, vt ipſe inquit, *in ſacro Symbolo mentione facta, Filij nomen taciti præteriere*, At in rebus diuinis maximus Taraſius perſpicue illius meminit, cum de proceſſione ſermonem habet, & Tomum a ſe ſcriptum in medium profert, dicens, *Et in Spiritum ſanctum, qui ex Patre per Filium procedit, & Deus eſſe agnoſcitur*, & vniuerſali conſeſſu, qui numero ſeptimus eſt, diuinorum Patrum confirmat. Etſi nullo modo in ſancto Symbolo hæ voces, *effunditur*, & *progreditur*, & *emittitur*, & *elucet*, & *effluit*, & *apparet*, & alia nō diſſimilia permulta reperiuntur, ſed illas a Deo promoti myſtagogi, cum ex Patre & Filio, & per

γοις, καὶ πεπλατυσμένης διασαφήσεως, ὃ καὶ ἐπὶ τῆς λοιπῆς θεωρεῖται θείας γραφῆς. ἀλλὰ πᾶσαν ἀνάπτυξιν ἐν αὐτῷ εἶναι καὶ διάλυσιν. καὶ ἃ σιωπᾶται τούτῳ τῷ ἱερῷ Συμβόλῳ τῆς πίστεως διασαφεῖσθαι καὶ διαγγέλλεσθαι, ἐφ' ᾧ καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα ἀποπέμπεσθαι. καὶ ταῦτα θεσμοθετῶν, οὐ μόνον ἐκείνων, ὧν ἀγχοῦ τε καὶ συνημμένως ταῦτα τῶν ἀποπεμπόντων ἔχεσθαι προτρέπει, καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ τὰ πλείω τῶν θεολογικῶν ἀκυροῖ διδαγμάτων, καὶ μὴ δοχῆς ἄξια κρίνει, ἀλλὰ καὶ φωνῶν ἐπὶ Θεοῦ τῶν κειμένων τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸ πλεῖστον μέρος τὸ ἀσύστατον ἔχειν νομοθετεῖ, εἴγε τῆς ἐκπορεύσεως, ὡς αὐτός φησιν, οἱ πατέρες ἐν τῷ θείῳ Συμβόλῳ μνησθέντες, τὸ τοῦ υἱοῦ παρεσιώπησαν ὄνομα. ὁ δὲ πολὺς τὰ θεῖα Ταράσιος μέμνηται τούτου διαρρήδην ἐπὶ τῆς ἐκπορεύσεως, καὶ προτίθησιν ἐπὶ τοῦ μέσου τομογραφίαν, φάσκων καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν εἶναι γνωριζόμενον, καὶ διὰ παγκοσμίου συνεδρίου, τοῦ τὸν ἕβδομον ἀριθμὸν πληρώσαντος θεσπεσίων Πατέρων ἐπικυροῖ. καὶ εἴγε μηδαμῶς ἐν τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ αὗται φωναί, προχεῖται, καὶ πρόεισι, καὶ ἐκπέμπεται, καὶ ἐκλάμπει, καὶ πηγάζει, καὶ πέφηνε, καὶ λοιπαὶ παρόμοιαι οὐκ ὀλίγαι, μυσταγωγοὶ δὲ ταύτας οἱ θεοπρόβλητοι, ἐν οἷς ἐκ τοῦ πατρὸς

καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα θεολογεῖν αὐτοῖς προέκειται φωνῇσι διαπρυσίως, καὶ τῆς διανοίας τούτων τι, καὶ τοῦ ἐκπορεύεται τὸ ταυτὸν σαφῶς ἐκδιδάσκουσι. καὶ Κύριλλος ὁ θεόληπτος ἐν τῇ Εὐαγγελικῇ σεπτῇ ῥήσει, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς προέρχεται κράζει, ὡς εἰ ἔλεγεν ἐκπορεύεται. Καὶ χαρακτῆρες, καὶ ὑποστάσεις, καὶ πρόσωπα ἥκιστα τοῖς σωτηριώδεσιν Εὐαγγελίοις, ἢ τῷ ἱερῷ Συμβόλῳ ἐγκείμενα, τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ κοινῆς ἐννοίας ὡς ὄντα, κἀκεῖσε τὴν ἕδραν ἔχοντα, καὶ τὸ τῆς θεότητος ἐν οὐσίᾳ μιᾷ δεικνύμενα τριαδικὸν ἀνομολογοῦνται τῶν θείων ὕμνων καὶ λόγων ἁπανταχοῦ καὶ κηρύττονται. καὶ τίς ἂν ἀπαριθμήσειε τὰ τοιουτοτρόπως τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις ἐνοπτειζόμενα, ὡς οὖν μυρίοις τὸν τύπον ἐχόντων ἐν θεολογίᾳ Πατρικῶν ἀποστὰς ῥημάτων περὶ τῶν ἅπασι δήλων, ἀμυδρῶς φαίην, διατί τὴν Θεοτόκος φωνὴν, οἱ πρότερον ἐκθέμενοι τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον θεόσοφοι Πατέρες ἀπεσιώπησαν, εἴγε τοῦτο πάσῃ ἀνάγκη καταγγέλλεσθαι, καὶ ἀναγορεύεσθαι. οὐ γὰρ ἦσαν μὴ μνησθέντες τῆς Θεομήτορος; διατί οἱ κατ' αὐτοὺς αὖθις μετὰ προσθέσεως ἀπαρτίσαντες, ὁμοίως ἀπεσιώπησαν; εἶτα δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ θεανθρώπου λόγου

per Filium Spiritum sanctum decernunt, sonore intonant, & horum significatum non alium esse quam illius *procedit*, aperte perdocent, necnon Cyrillus Numine afflatus, in Euangelico ac reuerendo dicto, *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit*, clamat, ac si diceret progreditur. Sic *characteres*, & *hypostases*, & *personas*, neque in salutaribus Euangelijs, neque in sacro Symbolo comprehensa, sed ab Ecclesiæ vniuersali consensu recepta indeque firmitatem habentia, & Trinitatem in vna diuinitatis essentia demonstrãtia vbique in diuinis Canticis, & suis sermonibus concinuntur, & prædicantur. Et quisnam vnquam simili ratione in Tractatibus de Deo conspecta, enumerauerit? cum vero plane innumera sunt, quæ in rebus theologicis non alio modo se habent, a Patrum dictis discedens, de ijs qui nemini nota non sunt, tenuiter dicam. Quam ob causam *Deiparæ* vocem, qui prius sanctissimi Patres Fidei Symbolum ediderunt, tacuerunt, si prorsus illa necessario publice enuncianda edicendaque est: neque enim Matris Dei obliuio illos cœperat? Quam ob causam post eosdem alij, qui id idem cum additione in meliorem prospectum dederunt, æqua ratione silentio præterierunt? Præterea duæ naturæ in Deo & homi-

ne

ne Verbo in sancto Symbolo nusquam leguntur, non duæ operationes, quæ vniuersalis diuiniloquorum Patrum congressus constabiliuit: non duæ rursus de ipso voluntates, quas alia vniuersalis diuinorum mystarum congregatio definiuit. Et vnde nam problema tuum illud subsistit, *Quia non dixerunt Patres in Symbolo, sed reticuerunt, propterea improbanda sunt, quæ illi palam edocuerunt?* Quod si quis dixerit, hoc ipsum quod supra iam apposita dogmata Synodali decreto corroborata sunt, conciliat his ijsdem firmitatem, cui nullus contradixerit, ex Filio vero siue per Filium nullo modo a Synodo definitum. Primum quidem hic ingenti voce problematis expugnatu difficilis, cuius probatio e Symbolo petita est, stultiloquentiam deprædicabit, tum illius quoque vanitatem *Deipara* vox redarguet, quæ citra vllam hæsitationem edicenda est. cum non Synodali decreto a primum iam cōmemoratis gloriosissimæ Dominæ nostræ Dei genitricis sanctis, vti ex Symbolo repræsentatur.

οὐ δήπου τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ ἐμφέρονται, οὐ δύο ἐνέργειαι, ἃς συνέλευσις οἰκουμενικὴ θεηγόρων διδασκάλων ἐκύρωσεν. οὐ δύο πάλιν ἐπ' αὐτοῦ θελήματα ἐν αὐτῷ, ἃ συνάθροισις ἑτέρα παγκόσμιος θεοσόφων μυστηπόλων ἐθέσπισεν. Καὶ πόθεν ἔχει τὸ προβληματίζεσθαι σύστασιν, διότι μὴ εἰρήκασιν οἱ Πατέρες ἐν τῷ Συμβόλῳ ἀλλὰ παρεσιωπήκασι, καὶ τοῦθεν ἀθετεῖν ἅπερ αὐτοὶ διαρρήδην ἐθεολόγησαν. εἰ δέ τις ἐρεῖ ταῦτ' αὐτὸ τὸ συνοδικῶς δόγματα τὰ διειλημμένα κρατυνθῆναι, βεβαιοῖ σφίσι τὸ ἀναντίρρητον. τὸ ἐξ υἱοῦ δὲ, ἢ δι' υἱοῦ συνοδικῶς οὐδαμῶς. πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος μεγαλήγορος ἔσται κήρυξ τῆς ματαιολογίας τοῦ διὰ τοῦ Συμβόλου κατασκευασθέντος ἀκαταγωνίστου προβλήματος. ἔπειτα καὶ τούτου τὸ μάταιον ἡ Θεοτόκος ἐλέγξει φωνὴ, ἡ πρὸς ἀναγόρευσιν ἀναμφίλεκτος. ἐπεὶ μὴ συνοδικῶς παρὰ τῶν πρώτως μνησθέντων τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεογεννητρίας ἁγίων, ὡς ἐκ τοῦ Συμβόλου παρίσταται.

κζ'. Ἵν' οὖν κεφαλαιωδῶς ὡς ἀληθείας ἔχουσι ταῦτα φαίνωμεν. ἑκάστη Σύνοδος σπουδὴν ποιουμένη τὴν παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραδεδομένην πίστιν τηρεῖν, καὶ κρατύνειν περὶ τῶν προκειμένων εἰς ἐξέτασιν μόνων εἶχε τὴν ζήτησιν, καὶ ἀποφε-

XXVII. Sed compendio; vti ista vere se habeant, explicemus. Quælibet Synodus cum sedulo incumberet traditam nobis a sanctis Apostolis fidem conseruare, atque firmare, de illis tantummodo, quæ in examen

πετο μὲν ἐκεῖνα, ὧν ἦν ἡ ἀποβολὴ, ἔστεργε δὲ ταῦτα καὶ ᾠκειοῦτο, ὧν ἡ στοργὴ γνησία καὶ ἡ οἰκείωσις, ἑκατέρων κατὰ τὰς Ἀποστολικὰς παραδόσεις ἐπικυροῦσα καὶ ἐξασφαλιζομένη τὴν μὲν τὴν ἀποβολὴν, τὴν δὲ τὴν συντήρησιν, καὶ τὸ σεπτὸν καὶ ἅγιον Σύμβολον τῆς πρώτης καὶ δευτέρας ἐκθέσεως ὂν Συνόδου, τῶν ἐν αὐταῖς ἀνακυψάντων ζητημάτων ἔχει τὴν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν διάλυσιν, καὶ φανέρωσιν, καὶ ἔστι τῆς Ἀποστολικῆς ὁμολογίας σαφὴς καὶ σύντομος ἀνακήρυξις. ἕκαστος δὲ καὶ τῶν θεοβραβεύτων διδασκάλων τῆς εὐσεβείας ταῖς κοιναῖς σφῶν ἀκολούθως διδασκαλίαις ἰδίας συγγραφὰς συγγραψάμενοι, καὶ τὰ κοινῶς ἰδίᾳ καὶ πεπλατυσμένως περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου θεολογίας διασαφήσαντες, εἰς κοινὴν ὠφέλειαν τοῖς ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένοις ἐξέθεντο. στέργουσα τοίνυν ἡ Ἐκκλησία καὶ ἃ συνοδικῶς οἱ θεῖοι Πατέρες παρέδοσαν, ἐνστερνίζεται καὶ ἃ καθ' ἑαυτὸν θεολογῶν ἕκαστος διηυκρίνησε. καὶ οὐ τὰ μὲν οἰκειοῦται, τὰ δὲ ἀποπέμπεται, ἀλλ' ὡς ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ θείου πνεύματος παρηγγελμένα, καὶ ταῦτα κἀκεῖνα γεραίρει καὶ κατασπάζεται καὶ ὅσα ἐν Συνόδοις, καὶ τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ, καὶ ὅσα μὴ ἐν αὐτοῖς τούτων ἐξεφωνήθησαν καὶ ἐγράφησαν. συνε-

men vocabantur, quæstionem exercebat, respuens quidem respuenda, excipienda vero amplectendaq; excipiens, et vtraq; horum nempe reprobationem, illorum conseruationem, traditionum Apostolicarum vestigijs insistens, definiens, et stabiliens admittebat, et venerandum sanctumque primæ et secundæ Synodi Symbolum cum sit expositio, quæstionum quæ in illis exortæ sunt, veram, certamque solutionem et declarationem continet, estque doctrinæ Apostolicæ et confessionis plena et compendiosa denunciatio. Singuli quoque a Deo constituti pietatis Magistri, non extra communes earum consequenter doctrinas propria Commentaria conscribentes, et communia priuatim et fusiori sermone veræ atque inculpatæ Theologiæ mysteria declarantes, publicæ eorum commoditati, qui a Christo nomen habent, ediderunt. Ecclesia itaque exosculans a diuinis Patribus Synodali consulto tradita, non minus apertis vlnis amplectitur & quæ singuli priuatis pertractationibus explicarunt, & sic ea sibi beneuole accommodat, illa abse relegat, longeque amandat, & æque ac si afflatu Spiritus sancti annunciata essent, tum ista, tum illa veneratur & excipit, & quæ in Synodis, & quæ in Symbolo, & quæ etiam in illis nullo modo

pronunciata aut descripta sunt. Attentis ergo mentis oculis cōsideret, qui veritatem inuestigat neutram in partem declinante conscientia rerum æstimatrice ac arbitra, hoc enim nos omnibus votis concupiscimus, hunc, ob quem nos verba fundimus, nihil ab ipso primo principio ad finem vsque orationis ex sacris scripturis delectum in medium attulisse, quod non hisce diuina mente præditis, & verbis & sententijs non aduersetur. Et hæc quo scopo, aut cuius gratia? vt schisma in Ecclesia Dei ex gētibus collecta corroboretur, pro qua Christus proprium effudit sanguinem, vt nusquam fiat deditio, sed continuetur dissidium, cuius disiunctio, atque elongatio innumera bona Christianis conciliabat, & præcipue nostri generis dominio in amplitudinem; in augmētum, in omnium bonorum accretionem, & cuius assessio infinitorum prope excidiorum, nostræ potissimum nationi causa fuit, & in contrariam vicissitudinem anteactam felicitatem tantum immutauit, vt ijs, qui sensibus integris non destituuntur, lacrymis potius, quam narratione digna reputetur. Quemadmodū ergo nostra Volumina quæ de Deo tractant, ac nostrorum Theologorum, & post Deum seruatorum & Magistrorum elenchus præsentem hunc & reliquos omnes improbitatem, & dissidium promouentes aperte redarguūt, & con-

ψάθω γουν περισκεπτικοῖς νοὸς ὀφθαλμοῖς, ὁ τὴν ἀλήθειαν ἀνιχνεύων συνειδότος ἀρρεπεῖ κριτηρίῳ. τοῦτο γὰρ ἡμῖν τὸ εὐκταῖον, ὅπως ἐστὶ δι' ὃν οἱ λόγοι, οὐδὲν ὅσον ὧν εἴρηκεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν ἀπ' ἄκρης ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ὃ μὴ ἀειδήλως ἐναντίον τοῖς θεανόφροσι, κατά τε ὁμοῦ καὶ διάνοιαν. καὶ ταῦτα τίνος ἕνεκα καὶ ὅτου χάριν, ἵνα κραταιωθῇ τὸ σχίσμα τῆς ἐξ ἐθνῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ὑπὲρ ἧς ὁ Χριστὸς τὸ οἰκεῖον αἷμα ἐξέχεε, ἵνα ἀσύμβατον μείνῃ, οὗ ἡ ἀποχὴ καὶ ὁ μακρυσμὸς μυρίων ἀγαθῶν πᾶσι τοῖς χριστωνύμοις καθέστατο πρόξενος, καὶ μάλιστα τῇ ἡμετέρᾳ φυλῇ ἐπικρατείας εἰς πλατυσμόν, εἰς αὔξην, εἰς καλῶν ἁπάντων ἐπίδοσιν, καὶ οὗ ἡ ἐπέλευσις ἀναριθμήτων σχεδὸν ὀλέθρων ἐγεγόνει παραίτιος, τῷ ἡμετέρῳ κατεξαίρετον ἔθνει. καὶ εἰς τὴν ἐναντίαν περιτροπὴν τῆς προτέρας εὐκληρίας ἁπαξαπλῶς περιέστησεν εἰς τοσοῦτον, ὡς τοῖς εὐαισθήτοις θρήνων μᾶλλον ἀξίαν, ἢ διηγήσεως κρίνεσθαι. ὡς οὖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις ἡμέτεραι βίβλοι, καὶ τῶν ἡμετέρων κατάλογος θεολόγων, καὶ μετὰ Θεὸν σωτήρων καὶ διδασκάλων τὸν ἐνταῦθα καὶ λοιποὺς ὅσοι τῶν κατ' αὐτὸν τὰ τῆς κακίας καὶ τῆς διαστάσεως συνιστῶντας ἀπελέγχουσιν ἐμφανῶς, καὶ τὰ

τῆ κατὰ Θεὸν ὁμονοίας καὶ συναφείας ἐκφαίνουσι καὶ μυσταγωγοῦσι σαφέστατα. οὕτως ἡμετέρας βίβλους, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἡμετέροις ὁ εἰρημένος εὑρήσει τὰ κατὰ καιροὺς καὶ χρόνους τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ γεγονότα διηγουμένους. ἐξ ὧν ἀναλέξεται πλεῖστον, εἰ προσεσχηκέναι θελήσει, οὐχ ὡς ἡμεῖς προσεχῶς ἐσκιαγραφήσαμεν, ἃ καιρὸς ἡμῖν ὁ τῆς ἑνώσεως ἐπρυτάνευε, καὶ ἃ καιρὸς ὁ τῆς διαιρέσεως ἀντεπήγαγεν. ἐκ δὴ τούτων, ἢ μᾶλλον πρὸ τούτων ἁπάντων καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐκτὸς τῶν ἐν δόγμασι θεωρουμένων, περὶ τῶν γὰρ εἴρηται, ἱκανῶς ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν τὸν περὶ τῆς Ἐκκλησίας λόγον ἀναλαβόντες λέγομεν. ὡς τὴν ἐξ ἐθνῶν δή φημι ταύτην, ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τῷ ἰδίῳ ἐξηγοράσατο αἵματι, καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτῆς τούτου σωτήριος χύσις μίαν εἰργάσατο, καὶ ἣν ἡ τοῦ Λόγου αὐτόπται καὶ ὑπηρέται καὶ κήρυκες καὶ Ἀπόστολοι διὰ τῶν σεπτῶν κηρυγμάτων, καὶ τῆς κενώσεως τῶν ἰδίων αἱμάτων ὡς ὁ δεσπότης διευρύναντες, μίαν καταλελοίπασι, καὶ τὰ πολυειδῆ τῶν Μαρτύρων ἆθλα καὶ τὰ παλαίσματα τὸ ἑνιαῖον αὐτῆς εἰς ἐπίδοσιν ἐστερέωσε, καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν Συνόδων ὁ ἑπταδικὸς ἀριθμὸς τὸ εἰς ἓν τῆς συμπνοίας τῆσδε στερέμνιον ὠχυρώσατο. καὶ ἧς ὁ σύνδεσμος τῆς ὁμονοίας τὰ κατὰ καιροὺς ἀναφυέντα ζιζάνια τῶν αἱρέσεων ἐξέκοψε καὶ ἠφά-

& cōcordiam secundum Deum & vnionem commonstrant, & ad eam manifestissime conducunt, ita nostra Volumina, & in illis contentos ex nostris certis temporibus, annisque in nostro orbe gesta enarrantes inuenerit, ex quibus colliget, si considerate animum aduerterit, non vti nos paulo ante adumbrauimus, tum quæ tempus nobis vnionis subministrauit, tum quæ diuisionis tempus vicissim nobis induxit. Ex his iam, siue potius ante hæc omnia, & in omnibus, exceptis ijs quæ de dogmatibus considerantur, de quibus iam dictum est, abunde satis pro viribus, sermonem de Ecclesia repetentes dicimus, hanc inquam, quæ ex gentibus est, & quam Dei Verbum proprio sanguine redemit, & illius salutaris sanguinis effusio vnam constituit, necnon quam Verbi oculati spectatores, & ministri, & præcones, & Apostoli, venerandis prædicationibus, necnon proprij sanguinis euacuatione, vti Dominus, late diffusam, vnam reliquerunt, & cuius multiplices Martyrum conatus atque certamina vnitatem quam maxime adauctam confirmarunt, & septem Sanctarum vniuersalium Synodorum vnus consensus atque concordia firmitatem communiuit, & cuius vnitatis vinculum certis

temporibus hæreſeon zizania de nouo exorta recidit, & penitus aboleuit, & ad nunc diuiſam confugio horum vniuerſalium conſeſſionum ſummates, paſtores, duceſque, indeque auxilijs oblatis zizanijs prorſus excifis, fidei normam ſtabiliuerunt, & hanc eandem colligari, vnamque eſſe confirmarunt. Hanc Photium diuidere potuiſſe, & in partes incidere, at non zelo diuino, ſed quod a Romana Cathedra, quæ primas partes obtinet, amandaretur, & occupatus ab illo Thronus Patriarchicus æquo iure diuino reſtitueretur Ignatio, quem inter Sanctos noſtra Eccleſia collocare & venerari & glorificare a maioribus ſuis accepit, res ipſę clamant, & noſtrorum Commentaria & ſcripta: prætextus etiam inconſiderate effutijſſe ex proprijs circa dogmata dominatus libidine ductum, cuius compos fieri non poterat, vti eiuſdem ad Romanam Eccleſiam Epiſtolæ aſtruunt, non abſque minis demonſtrantes, ſi non exciperetur, ad ſchiſma proceſſurum, ante ipſum confeſſione ſua cognominis Maximus redarguit, & manifeſtum eſt ex eiuſdem ad Marinum Cypri Presbyterum Epiſtola, hæc ipſiſſima verba continente. *At in ſuis Papam Synodicis aſſerere, etiam ex Filio Spiritum ſanctum procedere, & recipere, & de hoc etiam*

νισε, καὶ τῇ πρὸς τὴν νῦν διαιρουμένην καταφυγῇ τῶν τοιούτων παγκοσμίων συνεδρίων οἱ ἔξοχοι θεῖοι ποιμένες, καὶ στρατηγοί, καὶ τῇ ἐκεῖθεν συναρθείσῃ τὰ τῶν ζιζανίων τέλεον ἀποσπασάμενοι τὸν τῆς πίστεως λόγον ἐκράτυναν, καὶ τὸ συνδεῖσθαι ταύτην καὶ μίαν εἶναι κατησφαλίσαντο. ταύτην Φώτιος ἴσχυσε μερίσασθαι καὶ κατατεμεῖν. καὶ ὅτι οὐ κατὰ ζῆλον θεῖον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀποπέμπεσθαι παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς καθέδρας τὸ πρωτεῖον ἐχούσης, καὶ τὸν ὃν ἀφείλετο τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον δικαιοῦσθαι θεῖον Ἰγνάτιον, ὃν ἐν ἁγίοις ἡ ἡμετέρα Ἐκκλησία καὶ τιμᾶν καὶ δοξάζειν καὶ ἀριθμεῖσθαι παρέλαβεν, αὐτὰ βοᾷ τὰ πράγματα, καὶ τῶν ἡμετέρων μαρτυρίαι καὶ συγγραφαί. ὅτι δὲ καὶ προφάσεις ἃς ἐσχεδίασεν οἴκοθεν ταῖς ἐν δόγμασι τῆς ἧς ἑάλω φιλαρχίας ἀποτυγχάνων, καθὼς οἱ τούτου πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν ἐπιστολιμαῖοι παριστῶσι λόγοι, ἀπειλητικῶς ὑπεμφαίνοντες, ἢ μὴν δεχθῆναι, ἢ πρὸς σχίσμα χωρῆσαι, φθάσας ὁ τὴν ὁμολογίαν φερώνυμος Μάξιμος ἀπήλεγξε, δῆλον ἐκ τῆς αὐτοῦ πρὸς Πρεσβύτερον Κύπρου Μαρῖνον ἐπιστολῆς γράφοντος ἐν αὐτῇ κατὰ ῥῆμα πρὸς τοῦτ' ἐνταῦθα, Ἐν τοῖς αὐτοῦ τοῦ Πάπα φάσκειν συνοδικοῖς, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,

καὶ δεχομένην καὶ τὸν ὑπὲρ τούτου πεμπομένην ἀπόλογον. καὶ ὅτι πρὸς τοῖς ἐλέγχοις τῶν δογματικῶν Φωτίου προφάσεων συνελέγχονται πρὸς τοῦ μεγάλου τούτου τὸν θεῖον ζῆλον καὶ οἱ μεγαλορρημονοῦντες τὰ οἰκεῖα τὸν Ῥώμης ἐν ἁπάσαις ταῖς οἰκουμενικαῖς Συνόδοις ἔχειν προνόμια, διὰ τὸ μὴ τηνικαῦτα μετὰ δὲ τὴν αὐτῶν παραδρομὴν τὸ τοιοῦτον δόγμα κηρύττειν, οὐκ ἄδηλον οὐδ' ἀπόκρυφον, εἴγε Μάξιμος ὁ θεσπέσιος ἀκμάζων ἦν πρὸς τῆς ἕκτης Συνόδου, καὶ μετὰ τὴν πρὸς Κύριον ἐκείνου μετάστασιν αὕτη συνεκροτήθη, ὑπὲρ οὗ δόγματος ἐκεῖνος γενναίως ἠνδρίσατο. καὶ μετ' αὐτὴν τὸ τελευταῖον ἕβδομον οἰκουμενικὸν γέγονεν ἄθροισμα. καὶ τοῦ λοιποῦ ὡς ἔοικεν αἱρετώτερα τὰ Φωτίου, καὶ δίχα τοῦ προβῆναι ὡς προβεβήκασι τῶν μεγάλων ἀμφοτέρων τούτων συνόδων στερκτὰ τοῖς τοῦ Πάπα λογιζομένων, καὶ μὴ ζῆλον ἐνδεικνυμένων ἐπὶ τοῖς τούτου καταπεμπομένοις οὕτω συνοδικοῖς ἐν αὐταῖς κροτουμέναις καὶ πρὸ αὐτῶν καὶ διαφανοῦσιν, ὡς εἴρηται, κατὰ τὸ κρατῆσαν ἀρχῆθεν ἔθος πέμπειν ἁπανταχοῦ, ἐν οἷς αὐτῶν ἡ κατὰ διαδοχὰς ἀναγορεύσεις, καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰς τοὺς οἰκείους καὶ ὑπ' αὐτόν. ἀλλ' ἡ τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἐκ τούτων ἀναφαινομένη διάγνωσις παρίστησιν ἐναργῶς, ὡς μετὰ τὴν κοσμοσωτήριον φρικτὴν οἰκονομίαν, καὶ τὰ Ἀποστολικὰ κη-

etiam responsionem addere. Et præterquamquod dogmatica Photij asserta refelluntur, vna simul refelluntur, ab hoc eodem zelo pietatis quam maximo, qui ingenti voce clamitat, propria Romanum in omnibus Vniuersalibus Synodis priuilegia habere, quod non tum, sed post eorum transcursum simile dogma prædicat, non incertum, neque occultum; si diuinus Maximus ante sextam Synodum florebat, & postquam illius ad Dominum transitum illa celebrata est, pro quo dogmate ille generose decertauit, & post illam postrema vniuersalis congregatio coacta est, ideoque, vt videtur, magis amplectenda sunt Photij, & absque eo quod successerint modo quo successerint res magnarum harum Synodorum exosculanda ab ijs, qui res Papæ examinant, nec zelum ostendunt, pro illius sic missis Synodicis, cum illæ cogerentur, & ante earum celebrationem, & plane indicant, vt dictum est, vti ab initio mos obtinuerat, quaqua versum illum mittere, dum noua continuaret eorundem secundum successionem creatio, & ad hæc vsque tempora ad sibi subiectos, sed veritatis magis ex his irradians dignotio plane comprobat, post salutarem orbi vniuerso horrendamque œconomiam, & prædicatio-

cationes Apoſtolicas, & conatus, quibus vna Eccleſia ſubſtitit, & ita fundata fuit, Diſcipulorum Domini ſucceſſores, qui ſubſecuti ſunt Paſtores, & a Deo promoti myſtagogi, qui per vniuerſales ſeptem ſic dictos congreſſus eam hunc in modum conſtabiliuerunt, & omnem hæreſim relegarunt, & pietatis in eadem cauſam firmarunt, donec hi præſentes erant, qui eam Deo complacitis operibus, & ſermonibus dirigebant, nullo modo potuit improbitatis auctor coniunctionem dimouere, & vnitatem illius prorſus lædere, licet nonnullis id pertentaſſet, non dico illis, quæ dicta maximi præconis Homologetæ Epiſtola comprehendit, ſed præ his alijs etiam, veruntamen expulſus quam ſubito, vti rerum examinator cognoſcit; cum eſſent qui improbitatis radices exciderent, & pacis ſecundum Deum cuſtodes & fundamenta: cum vero hi ad ſempiterna bona tranſmigrarunt, tum Photius, & alij qui eum ſubſecuti ſunt, vinculum diſſoluere potuerunt, & diſcindere, & in partes comminuere, qua vtilitate aut noxa? bene callent qui nouerunt, licet pauci iſti non multi ſunt. Nos porro ea quoque quæ in iudicio faſſi ſunt noſtrorum aduerſariorum duces circa defenſionem, cuius mentionem fecimus, indicati diuini Patris

ρύσματα καὶ σπουδάσματα ἐξ ὧν ἡ Ἐκκλησία μία συνέστη, καὶ οὕτω τεθεμελίωτο, ταύτην διαδεξάμενοι οἱ τῶν μαθητῶν τοῦ Κυρίου διάδοχοι ποιμένες καὶ μυσταγωγοὶ θεοπρόβλητοι, οἱ διὰ τῶν καθολικῶν ἀθροισμῶν ἑπταδικῶν συνελεύσεων αὐτὴν οὕτω κρατυνάντες, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἀποσάμενοι, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ἐν αὐτῇ λόγον ἑδράσαντες, ἕως οὗτοι παρῆσαν, οἱ ταύτην θεαρέστοις ἔργοις καὶ λόγοις ἰθύνοντες, οὐδαμῶς ἴσχυσεν ὁ τῆς κακίας ἐφευρετὴς τὸ συνημμένον παρασαλεῦσαι, καὶ τὸ ἓν αὐτῆς ὅλως λυμήνασθαι, καὶ ταῦτα διά τινων πειραθεὶς, οὐ λέγω περὶ ὧν ἡ ῥηθεῖσα ἐπιστολὴ τοῦ μεγαλοκήρυκος ὁμολογητοῦ διαλαμβάνει, ἕτερον δὲ πρὸς τούτοις, ἀλλ' ἐκκρουσθεὶς ταχέως, καθὼς αὖ ἔχει γνῶναι ὁ ἐξεταστικός. ἐπειδήπερ ἦσαν οἱ τῆς κακίας ῥιζοτόμοι, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν εἰρήνης φύλακες καὶ θεμέλιοι. ἀφ' οὗ δ' οἱ τοιοῦτοι μετέστησαν εἰς ἀγαθὰ τὰ αἰώνια, τότε καὶ Φώτιος καὶ λοιποὶ καθεξῆς τὸν σύνδεσμον διαρρῆξαι κατίσχυσαν, καὶ διελεῖν καὶ κατατεμεῖν ἐπίσχυσαν. ἐπὶ ποίᾳ ὠφελείᾳ, ἢ ποίᾳ λύμῃ; ἴσασιν οἱ εἰδότες, εἰ καὶ τῶν ὀλίγων οὗτοι καὶ οὐ πολλῶν. ἡμεῖς δὲ καὶ ἅπερ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἔφθασαν ἐξειπεῖν οἱ τῶν ἀντικειμένων ἡμῖν προηγοὶ, ἐφ' ᾗ περ ἐμνήσθημεν ἀπολογίᾳ τοῦ δηλωθέν-

τοῦ θείου πατρὸς αἱρεσιλογοῦντες κατὰ τὸν συνήθη τρόπον αὐτοῖς, τί γὰρ ἂν φανείη που περιδηλότερον, τοῦ τῶν ἁγίων αὐτὸ τὸ αἰτιώμενον θέμενον κατὰ ῥῆμα τούτου φανερῶς ὑπερηγορῆσαι; ὅμως ἔν τισι παραχθέντες τῶν ἡμετέρων λόγων καὶ τοὺς σφῶν ἐλέγχους ἐξ αὐτῶν τῶν τῆς ὑπερηγορίας ῥημάτων καὶ λοιπῶν πατρικῶν ἀντιπαρεθήκαμεν, περὶ δὲ τῆς ἐπιστολῆς καὶ τῆς ἧς ἔφημεν ἐκ τῶν πραγμάτων ἀναγκαίας ἀκολουθίας, ἀλλαχοῦ πλατύτερον διαλαβόντων ἡμῶν, ἔτι διεξοδικώτερον εὑρήσει ταῦτα καὶ τελεώτερον ὁ βουλόμενος ἐν βίβλοις αἵπερ ἡμέτεραι καὶ τῶν ἡμετέρων εἰσί. πλὴν ἐπεὶ τοπαράπαν εἰς λόγους ἐλθεῖν οὐ παραχωρούμεθα, ἢ παρρησίᾳ, καὶ τῶν Αὐτοκρατόρων ἐνώπιον, ἢ μετ' ἐνίων ἰδιάζοντες, καὶ ἀναμέρος, ἀλλὰ κλῆρος ἡμῖν τὸ διόλου ἐγκεκλεισμένους εἶναι καὶ παρὰ πάντων ὕβρεσι πλύνεσθαι, καὶ τούτοις τοὺς καθ' ἡμῶν ὑπερέχοντας ἱκανοῦσθαι, καὶ τῇ ἀφ' ἧς ταῦτα πᾶσιν ἀτεχνῶς ἐνσκεδασθείσῃ προλήψει, καὶ μάλιστα τοῖς τοῦ λαοῦ δοις συστήματος, ἡνίκα ποθὲν ἡμῖν ἀπροσδοκήτως, ἢ μετά τινων διαλεχθῆναι συμβαίη, ὡς ἐν τοῖς μεγάλοις ἀρχείοις ἅπαξ γέγονε κατὰ συγκυρίαν, ἢ γραφὰς εἰς χεῖρας λαβεῖν παρ' ἐνίων κατὰ τῆς ὑποθέσεως γραφείσας ἐν παραβύστῳ, τὰς δ' ἀντιρρήσεις ἐκ τῶν θεοφορήτων προφέροντες, καὶ δει-

Patris more proprio suo res nouas comminiscentes, quid enim manifestius apparuerit, dum sanctus hoc, quod illi criminabantur, appositum ipsis verbis palam defendit? in nonnullis nostris sermonibus, & in ea responsiones ex ipsis defensionis verbis, et alijs Patrum dictis contra posuimus. De ea vero Epistola, et necessaria rerum serie, quam innuimus, cum fuse alio in loco tractauerimus adhuc latius perfectiusque ea, cui id collibitum fuerit, et in libris nostris, et eorum qui cum nobis vna sentiunt, reperiet. Veruntamen cum in colloquium venire nobis non concedatur, aut libere & publice, & in Imperatorum audiētia, aut cū aliquibus priuatim, et in secessu, sed sors nobis illa contigit, vt perpetuis carceribus mancipemur, et ab omnibus iniurijs afficiamur illisque qui nos superemiment, satisfactum esse reputetur, propter eā, quæ in omnibus inspersa est, et potissimum in populari turba præoccupationem, aliquando nobis inopinato, si aliquos alloqui contigerit, vt in magna curia semel forte fortuna accidit, aut scripta in manibus ab aliquibus contra hoc argumentum dictata in occulto accipere, dictiones ex Deo ductis Patribus proponentes, ostendentesque eos illis con-

contraria reboare, et alloqui, et in quod sese præcipitium agant, de his considerata examinataque rerum serie, veritatem irradiantem siue fuse siue breuiter, et in compendio edicimus. Attamen hi maximo dominatu constipati, siue qui vitam cum morte commutarunt, qui maximopere in nos commoti fuere, siue qui inter viuos adhuc degunt, tanquam qui deprehendantur, voces nouas blasphemijs refertas introducere, in Tomo contra nos nostrosque asseclas scripto publicatoque, tandemque et calamo et atramento composita cum semel recognouerint, quibus intelligunt colloquijs illis apud iudices in audientiam vniuersi populi habitis, & præterea per nos scripto traditis responsionibus refutatos esse, renunciantes Apologijs, siue quæ in dialogis præsentibus colloquentibus disputantur, siue in scriptis eorum qui gloria, & magnificentia non admodum illustres neque conspicui, sed sermonibus scribendis laudem consecuti sunt, continentur, huiusce de quo nunc loquimur, & alterius & omnibus disciplinis logicis & instructionibus magis illustris, quorum Commentaria inopinato ad manus nostras peruenere, ex ventre erutis dictionibus corroborantia Ecclesiæ dissidium: quin

κινοῦντες ὅπως ποι στρέψιν ἀπεναντίας καὶ φωνοῦσι καὶ φθέγγονται, καὶ εἰς οἷον ἐντεῦθεν ὄλισθον ὀλισθαίνουσι, καὶ περὶ τούτων τὴν ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν πραγμάτων θεωρουμένων, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀπαστράπτουσαν ἀλήθειαν, κατά τι ἐκτάδην, καὶ τὸ βραχὺ καὶ ἐπιτετμημένως ἀνακηρύττομεν. ἀλλ' οἱ μὲν μεγάλην περιζωσάμενοι δυναστείαν, οἵ τε τὸν βίον μετηλλαχότες τῶν καθ' ἡμῶν ὑπερβαλλόντως κεκινημένων, οἵ τε τοῖς ζῶσι συνεξεταζόμενοι, ὡς ἑαλωκότες καινοφωνίας καὶ βλασφημίας ἐφ' ᾗ τομογραφίᾳ ἐχρήσαντο καθ' ἡμῶν, καὶ πρὸς τῶν οἰκείων, καὶ τῆς σφετέρας μοίρας, καὶ τῶν συντεθειμένων καλάμῳ καὶ μέλανι εἰς συναίσθησιν μόλις ἐλθόντων, ἐξ ὧν φαίνεσιν ἀκηκοέναι ταῖς πανδήμοις ἐκείναις δικαστικαῖς διαλέξεσιν. ἔτι τε παρ' ἡμῶν καὶ ἐγγράφοις ἀπαντήσεσιν ἐλεγχθέντες, ἀπείπαντες πρὸς ἀπολογίας χωρῆσαι, ἢ ταῖς ἐν διαλόγοις αὐτοπροσώποις, ἢ ταῖς διὰ γραφῶν τῶν ἄλλως μὲν μὴ περιόπτων τῇ φαινομένῃ δόξῃ τε καὶ μεγαλειότητι, λόγῳ δέ γε περικλεῶν, τοῦτε περὶ οὗ νῦν οἱ λόγοι, καὶ ἑτέρου περιφανεστέρου παντοίοις λογικοῖς μαθήμασι καὶ παιδεύμασιν, ἅ τινα συγγράμματα παρ' ἐλπίδας ἀνὰ χεῖρας λαβεῖν ἠδυνήθημεν, ῥήμασι τοῖς ἀπὸ κοιλίας τὴν τῆς Ἐκκλησίας κραταιοῦντα διάστασιν. ἀλλὰ καὶ αἱ διαλέξεις

ἐν τοῖς καλουμένοις μεγάλοις Βασιλείοις μετὰ τοιούτων ἑτέρων ἐποιησάμεθα, γραφαῖς παραδεδώκαμεν ὡς ἐξῆν ζήλῳ τῷ ὑπὲρ ἀληθείας φερόμενοι, ὑφ' οὗ καὶ πρὸς λοιπὰ παραπλήσια εἴπου φανείη παρεσκευάσμεθα, δυνάμει τεθαῤῥηκότες τοῦ τὰ παρειμένα καὶ ἀσθενῆ ἐνισχύοντος. τῶν παρειμένων γὰρ ἡμεῖς ἀληθῶς ἤδη τηλίκῃ συνεχόμενοι τῇ ἀμβλυωπίᾳ, ὡς ἐν οἷς ἡμῖν τὸ γράφειν, κακουμένων σφόδρα τῶν ὀμμάτων ἀφίστασθαι τοῦ ἔργου καὶ μύειν αὐτά. καὶ οὕτω τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας ἄγειν, μὴ σφῶν τοπαράπαν ἀνεῳγμένων. ἔπειτα κεκύφαμεν πάντῃ μὴ τῇ ἐπιτάσει τοῦ τῶν νεφρῶν ἄλγους ἀνακύψαι δυνάμενοι, καὶ ἀπραξίᾳ τῇ τῶν ποδῶν συνεχέθημεν. καὶ οὔ φημι τὴν κατὰ τὰ ἐκτὸς ἀκινησίαν τὴν ἐκ τοῦ ἐγκλεισμοῦ, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὰ ἐντός, καὶ τὴν ἐκ τῆς φύσεως. καὶ ταῦτα ἡμῖν ἔκ τε τοῦ γήρως, καὶ τῶν ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσιν ἀλληλοδιαδόχων καθείρξεων, καὶ ταλαιπωριῶν, καὶ στερήσεων, οἷς ἐν νεότητι χρᾶσθαι εἰώθειμεν τῶν ἐξ ἰατρείας θεραπευμάτων, καὶ λοιπῶν τῶν πρὸς ἐπιμέλειαν, ὧν τὸ δύστηνον δεῖται σῶμα, καὶ μάλιστα τὸ ἐπιῤῥεπὲς εἰς νοσήματα. οἴδαμεν δὲ καὶ ὡς ζῆλον ἀκηκοότες οἱ ἐπὶ ζήλῳ μεγαλοῤῥημονοῦντες, μᾶλλον ἡμῖν ταῖς λοιδορίαις ἐπιπηδήσονται, ἃς εἰθισμένοι στέργειν, στέρξο-

quin & disserrationes a nobis in magna Curia habitas scripto pro viribus tradidimus, zelo veritatis acti, quo & ad reliqua similia, si quæ apparuerint, parati sumus, virtute delassata atque infirma corroborantis confisi. Sumus enim graui atque infirma valetudine vere confecti, & oculorum acies adeo retusa est, vt dum scribimus, oculos imbecillitate admodum perturbatos nos ab opere cessantes claudamus, sicque continuo illis obseratis maximam diei partem agamus, postmodum resupini inclinati ex renum grauitate, doloreque corpus exigere non valemus, pedum quoque imbecillitate tenemur, cum sint illi ad sese dimouendos ineptissimi, nec sermo est de membrorum externorum motu difficili, quem ex carceribus contraximus, sed de internorum, & quam natura ipsa parit ægritudinem. Et hæc nobis obuenere ex senio ipso, & nunquam cessantibus vinculis, & ærumnis, necnon medicamentorum & remediorũ & reliquorum, quæ ad curam conferebant, erantque in vsu cum iuuentam integram ageremus, priuatione, quibus miserum corpus, & præcipue si inmorbos decliue sit, indiget. Nec nos fugit, qui zelum audiunt, de zelo sese gloriosius iactantes nos fœdioribus conuitijs proscisuros, quibus cum iam assue-

uimus acquiescere, non minus acquiescemus: sic etiam nostra quæ pro nostra natione pertulimus considerantes, & in legationibus obeundis, cum ætate floreremus, et nostra hæc, in quibus nunc versamur, dispositionis et propositi studia.

μὲν οὐχ ἧττον, καὶ αὖθις τὰ ἡμῶν συνορῶντες ὑπὲρ τῶν ὁμοφύλων ἔν τε πρεσβείαις ταῖς ἐν νεότητι, καὶ τῇ νῦν ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντων διαθέσει τε καὶ προθέσει.

MAXIMI CHRYSOBERGÆ

De processione Spiritus sancti ad Cretenses, Oratio.

E. ALLATIO Interprete.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΒΕΡΓΗ,

Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς τοὺς Κρῆτας, Λόγος.

I. LIcet mihi silentium procurem, ò Viri Cretenses, & exoptem meis studijs, ac negotijs, quæ non alia sunt, quam sanctis eloquis incumbere, & spiritalibus canticis supra omne principium, principium diuinum collaudare, animum adijcere, quidam, nescio quibus ducti rationibus, nō tantum mecum, sed & cum Numinis veritate bello contendentes, non permittunt. Hinc peroptata mihi quiete, qua summopere delector, & quæ mihi ad rerum pulcherrimarum conquisitionem maxime confert, neglecta, sæpius cum forensibus hisce, ac sordidis hominibus in sermonem venire cogor, qui plane intolerabiles, nec colloquijs, nec consuetudine mansuescūt, cum nec verba audiant, nec, quod omnium pessimum est

ά. ΒΟΥλόμενόν με, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, σιγᾶν, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ἔργοις προσέχειν, ταῦτα δὲ ἐστὶ τῶν ἱερῶν λόγων ἔχεσθαι, καὶ ὕμνοις πνευματικοῖς τὴν ὑπεράρχιον, καὶ θείαν ἀνυμνεῖν ἀρχὴν, οὐκ ἐῶσι τινὲς, οὐκ οἶδα τίσι χρώμενοι λόγοις, οἷς οὐχ ὅπως ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ πολεμοῦσι σαφῶς ἀληθείᾳ. ἐνθένδε τοι τὴν ποθεινὴν πολλάκις λιπὼν ἡσυχίαν ᾗ χαίρω, καὶ ἥ μοι πρὸς τὴν τῶν καλλίστων θήραν μάλιστα συνεργεῖ, ἀναγκάζομαι πολλάκις τοῖς ἀγοραίοις τουτοισὶν εἰς λόγους ἔρχεσθαι. οἱ δὲ εἰσὶν ἀφόρητοι καὶ δεινοὶ χρήσασθαι, οὔτε τῶν λόγων ἐπαΐοντες, οὔθ' ὃ πάντων χείριστον, τῇ σφῶν αὐτῶν ἀνιώμενοι ἀμαθίᾳ. ἀλλ' ἐπαιρόμενοι προπετῶς, καὶ πᾶν λέγειν καὶ διισχυρίζεσθαι

μᾶλλον εἰδότες, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται νοεῖν αἱρούμενοι. οὕτως εἰσὶ τολμηροί. οὕτως ἀκρατεῖς τῆς εἰωθυίας κακῶς λέγειν γλώττης τὰ θεῖα. καὶ προσίασι μὲν ὦ ἄνδρες πολλάκις μαθητῶν περιθέμενοι προσωπεῖον, οἱονεὶ θωπεύοντες, καὶ φιλεῖν προσποιούμενοι καὶ θαυμάζειν, εἶθ᾽ ὕστερον τὴν φενάκην ἀπορρίψαντες, τὸν ἐγκρυπτόμενον τῇ ψυχῇ δόλον, ὃν περικαλύπτειν ὑπ᾽ ὀργῆς οὐχ οἷοί τε εἰσὶ σημαίνουσι, δυσχεραίνειν ἀξιοῦντες, ὅτι αὐτοῖς οὐ ῥᾳδίως πειθόμεθα, περὶ ὧν σαφῶς οὐκ ἴσασι ληροῦσι, καίτοι γ᾽ ἐχρῆν αὐτοὺς, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲν ὁμολογεῖν τὴν σφῶν αὐτῶν ἀμαθίαν, ἢ συνειδότας σφίσι τοῦθ᾽ ὅπερ εἰσὶν, ἥκιστα μείζοσιν, ἢ κατ᾽ αὐτοὺς ἐγχειρεῖν πράγμασιν. ἀλλὰ γὰρ οὐδενὸς ὦ ἄνδρες ἡ προπέτεια οἶδεν ἀπέχεσθαι, ὥς γε δόξει τῶν ἄλλων ὑπερέχειν. τοῦτό γε ὦ ἄνδρες τοὺς πολλοὺς ποιεῖ ἐπιλαθομένους σφῶν αὐτῶν διασύρειν τὰ θεῖα, νομίζοντας μὲν εὐσεβέστατα δρᾶν, ἂν τοῖς Λατίνων δόγμασι προσάψωσι μῶμον, τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ τοῖς πρότερον γενομένοις ἀνδράσι, καὶ μεγάλων ἐπαίνων ἐπ᾽ ἀρετῇ καὶ λόγοις τυχοῦσιν ἀνθισταμένους. τούτοις γὰρ τὸ κοινὸν τῶν Λατίνων εὑρεθήσεται συνᾷδον, εἴ τις σκοπῶν ἀκριβῶς τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων ἐφάψασθαι

eſt, de ſua inſcitia indoleant, ſed audacter, atque inſolenter ſe oſtentantes, de omnibus alijs potius loqui diſputareq; quam de quibus loquuntur gnari intelligere cupiunt. ſic ſunt temerarij. ſic linguæ ſuæ in res diuinas iniuriæ impotentes. Et conueniunt quidem, o Viri, ſæpius perſonam ſibi diſcipulorum adaptantes, adulantes, amicitiam ſimulantes, noſtra admirantes, tum vero non multo poſt depoſita fraude, dolum animo tectum, cum ob iracundiam celare nequeant, retegunt, ægre ferentes, nos illis non facile ſuaderi, de quibus clariſſime ignoranter blaterant: & tamen oportebat ipſos aut ab initio ſuam ipſorum inſcitiam confiteri, aut de ſuis conſcios, ſuis viribus maiora negotia non aucupari. Veruntamen, effrænata licentia, nullo manus abſtinet, ſi modo ſe alios ſuperare putauerint. Hoc eſt, o Viri, quod pleroſque in ſui ipſorum obliuionem inductos rebus diuinis detrahere cogit dum æſtimant pietatem quam maxime colere, ſi Latinorum dogmatibus contumelias imponant, ſed reuera hominibus ante eos maximis laudibus ob virtutem atque doctrinam exornatis aduerſantur. His ſiquidem Latinorum vniuerſa gens concordare reperietur, dummodo attente quiſpiam conſiderans Eccleſiaſtica dogmata dijudicare non recuſauerit,

uerit. Mihi etenim, o Viri Cretenses, multo ab hinc tempore syncere ista examinanti, ob odiũ in Latinos videntur nonnulli etiam decretis fidei aduersari.

II. Possumus vero id, antiquam dissidij originem examinantes, deprehendere. Erat tum Christi Ecclesiæ complemento, quam Christus discipulis reliquerat, & mundus non dat, neque accipit, vnitas & pax. omniaque fidelibus conueniens concordia occupabat: nihilque erat, quod traditum a Patribus ordinem præuerteret. sed singula proprijs finibus præscripta ad sacrum speratæ beatitudinis portum dirigebantur. Licet antea sæpius multorum temeritas non paruas Ecclesiæ turbas conciliasset, alia super alia innouans, & nouis absurdorum commentis probe statuta ac definita concutere prorsus aggrediens, & nunc quidem Filij Dei diuinitati humilem abiectamque opinionem appingens, nunc Spiritui illius insidias parans, & per hæc Dei patris principatum refellens, quem honore prosequi non possumus, dum eiusdem cum eo dignitatis participes, ita imprudenter inhonestantur. Alij quidam debitum Christo cultum asserentes, nouo quodam modo bellum illi indicere aggrediebantur

βούλοιτο. ἐμοὶ γὰρ ὦ ἄνδρες Κρῆτες περὶ τῶν τοιούτων εἰλικρινῶς πάλαι λογιζομένῳ διὰ τὸ πρὸς τοὺς Λατίνους μῖσος δοκοῦσί τινες ἐκπεπολεμῶσθαι καὶ τοῖς τῆς πίστεως λόγοις.

β΄. Σκοπεῖν δὲ ἔξεστιν ἄνωθεν τὴν ἀρχὴν τῆς διαιρέσεως ἐξετάζοντας. Ἦν ὅτε τὴν περὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πληρώματι, τὴν ἐκεῖνος κατέλιπε τοῖς μαθηταῖς εἰρήνην, ἣν ὁ κόσμος οὐ δίδωσιν, οὔτε δέχεται, καὶ πάντα κατεῖχεν ἡ πιστοῖς ἀνδράσι συμβαίνουσα συμφωνία, οὐδέν τε τὴν παραδιδομένην ὑπὸ τῶν Πατέρων τάξιν ἠθέτει. ἀλλ' ἕκαστα ἔμενε ἐν τοῖς ὁρίοις τοῖς ἑαυτῶν κατευθυνόμενα πρὸς τὸ ἱερὸν τέλος τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος. καίτοιγε πολλάκις πρότερον ἡ τινῶν αὐθάδεια οὐ μικρὸν ἐπήγειρε τῇ Ἐκκλησίᾳ κλύδωνα, ἄλλα ἐπ' ἄλλοις καινοτομοῦσα, καὶ ὅλως ταῖς ἀτόποις αἱρέσεσι τὰ καλῶς κεκυρωμένα διασείειν ἐπιχειροῦσα. καὶ νῦν μὲν τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ θεότητι χαμαίζηλόν τινα καὶ μικροπρεπῆ περιάπτουσα δόξαν, νῦν δὲ τῷ πνεύματι αὐτοῦ ἐνεδρεύουσα, καὶ διὰ τούτων καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πατρὸς ἀρχὴν ἀθετοῦσα, ὃν οὐκ ἔστι δήπου τιμᾶν τῶν τῆς αὐτῆς ἀξίας αὐτῷ κοινωνούντων οὕτως ἀμαθῶς ἀτιμαζομένων. ἄλλοι δέ τινες φάσκοντες τὸν Χριστὸν ὡς χρὴ σέβεσθαι, ἄλλον τρόπον καινότερον ἐπεχείρουν αὐτῷ πολεμεῖν οὐ γλώττῃ, ἀλλ' ἤδη καὶ χειρί.

tur

ἀποστρεφόμενοι γὰρ τὴν ἐκείνου εἰκόνα, αὐτὸν δήπου τὸν εἰκονιζόμενον ἠτίμαζον. οὕτω πάλαι ἡ πολυειδὴς πλάνη συχνοῖς ἐφεξῆς ἔτεσιν, ὥσπερ τις πολυκέφαλος ὕδρα τῆς Ἀσίας πάσης, τοῦ δὲ καὶ πλείστου μέρους τῆς Εὐρώπης περιγινομένη, νῦν μὲν Πατριαρχῶν καὶ Ἐπισκόπων καταράτων λόγοις, νῦν δὲ Βασιλέων, ἢ Τυράννων δυνάμει ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἤρχετο, καὶ πᾶς ἐδόκει εἶναι ἐξώλης, ὅς ἂν καὶ ἀντειπεῖν τοσούτοις Ἐπισκόποις τολμήσαιτο. ἦσαν δὲ πάντως οἱ τοιοῦτοι σπάνιοι. τοσοῦτοι γὰρ οἱ τὴν ἀλήθειαν τῇ ζωῇ τοῦ σώματος ἀλλαττόμενοι, καὶ φαυλίζοντες μὲν τὸ τοῦ παρόντος αἰῶνος ἡδύ, ἐφιέμενοι δὲ τῆς ἐν οὐρανοῖς τυχεῖν εὐφροσύνης. ἀλλὰ μὴν ὦ ἄνδρες ἐν τοσούτοις κύμασι καὶ κλύδωνι σφοδρῷ, πνεύμασι πονηροῖς ἀναρριπιζομένῳ, οὐ κατεκλύσθη παντάπασι τὸ σκάφος τῆς Ἐκκλησίας, οὐδ' ἡ τῆς ἀληθείας ἀπόφασις, ἣν περὶ αὐτῆς εἴρηκεν, ἤμειπται. τὰς πύλας γὰρ τοῦ ᾅδου κατ' αὐτῆς εὐσεβῶς ἀνοιγομένας οὐκ ἐκπληττομένους, αὐτὸν τὸν ἐν αὐτῇ Ἰησοῦν καθεύδειν δοκοῦντα δεήσεσιν ἀνίστη, ἵνα τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμήσας, καὶ τῷ σάλῳ τοῦ κόσμου γαλήνην ἐργάσηται τοῖς πιστοῖς. ἔμενε γὰρ δήπου ὦ ἄνδρες ἡ Ἀποστολικὴ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία τῶν κυμάτων ἐκείνων ἀνώτερος, ἐκυβέρ-

tur, nō lingua tantum, sed etiam manu. Cum enim illius imaginem odio prosequerentur, effigiatum in ipsa dedecorabant. Sic antiquitus multiformis error per multos subsecutos annos veluti multiceps Hydra, vniuersam Asiam, & potiorem Europæ partem peruadens, nunc Patriarcharum & Episcoporum execrādorum sermonibus, nunc Imperatorum, vel Tyrannorum potentia, sanum Ecclesiæ corpus infestabat. Et quilibet videbatur esse funditus perdendus, qui tot Episcopis non acquiesceret, sed contradicere ausus fuisset, qui prorsus rari erant. Tot siquidem erant, qui veritatem cum vita corporis immutarent, & renunciatis præsentis seculi delitijs, desiderio cœlestis fruitionis tenerentur. Veruntamen inter tot vndas, & vehementem tempestatem ab improbis flatibus excitatam, Ecclesiæ cymba absorta non est, neque veritatis firmitas, nec decreta nec placita immutata sunt. Portas enim Inferi aduersus seipsam hiantes, pie agens minimeque pauescens, Iesum in ipsa, vt videbatur, obdormientem, precibus excitabat, vt ventis, ac mundi tempestate obiurgatis malaciam fidelibus apportaret. Nanque tum, o Viri, Apostolica Romæ Ecclesia fluctibus illis superior erat, & cymbam hanc temone pieta-

tis

tis gubernabat, & in sempiternæ Patriæ portum cogebat: dum alij vniuersarum Ecclesiarum Orientis Patriarchæ Papæ obsistere non verebantur, tyrannum eum reputantes nuncupantesque, qui Pastor Ecclesiæ erat, quod secum non concordaret, sed vnus cum esset, a quatuor illis dissideret. Hinc criminationes multæ aduersus sanam illam Ecclesiam quotidie ab ijs, qui de Primatu dicam illi mouebant, congestæ, & cum Latinis sentiens, impurus ac scelestus reputabatur. Quare pellebantur ex vrbibus homines innoxij, qui nulli iniuriam fecerant, tantum quod poscerent RomanæEcclesiæ decreta approbari, & subditorum ac discipulorum ordinem erga Magistram seruari. Cum non esset tutum eos, qui sæpius in non paucos errores inciderant illi, quæ orbi terrarum vniuerso præsidet, & Euangelicæ prædicationis veritatem puram ac synceram ab omni mendacio continuo conseruaret, contraire. Et nihilominus hæc adortantes, multis stultisque videbantur dessipere, ac intemperijs teneri, & generis esse proditores, quod veritatem non proderent. Nihilominus & horum quoque malorum induciæ subsecutæ sunt. Et stulte discisi Orientales cum Occidentalibus rursus cohærent, & omnes fassi sunt,

να τε τουτὶ τὸ σκάφος τοῦ πηδαλίου τῆς εὐσεβείας πρὸς τὸν λιμένα τῆς αἰωνίου πατρίδος. οἱ δ' ἄλλοι Πατριάρχαι τῶν ἐν τῇ ἑῴᾳ πασῶν Ἐκκλησιῶν ἠξίουν ἀντικαθίστασθαι τοῦ Πάπα, καὶ τύραννον ἐνόμιζον καὶ ἐκάλουν τὸν ποιμένα τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι σφίσιν οὐ συνεφώνει, ἀλλ' εἷς τέσσαρσιν ὢν ἐμάχετο. ἐντεῦθεν αἰτίαι πολλαὶ κατὰ τῆς ὑγιοῦς Ἐκκλησίας ἐκείνης ὁσημέραι ἐπλάττοντο ὑπὸ τῶν ἀμφισβητούντων τῶν πρωτείων ἐκείνῃ. καὶ πᾶς ἐδόκει μιαρός, ὃς ἂν συναγορεύσῃ Λατίνοις. ἐξηλαύνοντο γοῦν πόλεων ἄνδρες ἐπιεικεῖς, οὐδὲν οὐδένα ἠδικηκότες, ἀξιοῦντες δὲ μόνον τῇ ψήφῳ τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ῥώμης ἔχεσθαι, καὶ τηρεῖν τὴν τῶν ὑπηκόων καὶ μαθητῶν τάξιν πρὸς τὴν διδάσκαλον. μὴ γὰρ ἀσφαλῶς ἀνθίστασθαι δύνασθαι τοὺς πολλάκις οὐκ ὀλίγαις περιπεσόντας πλάναις τῇ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης προκαθεζομένῃ, καὶ τὴν τοῦ Εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἀλήθειαν ἄδολον καὶ ἀμιγῆ ψευδοῦς διὰ παντὸς τηρησάσῃ. ἀλλ' ὅμως ταυτὶ λέγοντες ὦ ἄνδρες ἐδόκουν τοῖς πολλοῖς καὶ ἀνοήτοις παραπαίειν, καὶ προδόται τοῦ γένους, ὅτι τὴν ἀλήθειαν οὐ προδιδοῦν. γίνεταί τις ὅμως τῶν κακῶν τότε τούτων ἀνακωχή, καὶ τὸ διαρραγὲν ἀφρόνως τῆς ἑῴας τοῖς ἑσπερίοις πάλιν συνήπτετο, καὶ πάν-

τες ὡμολόγηνται πεπλανῆσθαι οἱ πρὸ μικροῦ τῇ αὐθεντίᾳ τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνης ἀντιταττόμενοι.

γʹ. Οὕτω δὲ ὦ ἄνδρες τῆς οἰκουμένης ἐχούσης τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ τῶν ἀπολωλότων τέκνων σωτηρίᾳ χαιρούσῃ, ἕτερος ἐπέρχεται κλύδων δεινότερος ὡς ἔοικε τῶν προτέρων, εἰ καὶ μὴ τὴν ἀρχὴν ἔχει ὁμοίαν ἐκείνοις μηδ᾽ ἐδόκει πολεμεῖν τῇ πίστει, ἀλλ᾽ ἀμφισβητεῖν Ἐκκλησιαστικοῦ τινος ἀξιώματος. ἐλαύνεται γὰρ ἐκ τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνου ἀνήρ, εὐσεβὴς μὲν τὴν πίστιν, εὐλαβέστατος δὲ τὸν τρόπον πᾶσί τε τοῖς ὁρῶσι δι᾽ ἀρετὴν αἰδεσιμώτατος, ὁ θεῖος φημὶ Ἰγνάτιος. ἀλλ᾽ ὁ μὲν οὐδὲν ἐγκαλούμενος, εἰ μὴ ὅτι ζῆλον ἐνδεικνύμενος θεῖον τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἐκώλυέ τινα ἄνδρα, πλούσιον μὲν καὶ παρὰ τῷ Βασιλεῖ πλεῖστα δυνάμενον, ἀκόλαστον δὲ τὸν τρόπον, καὶ ταῖς οὐ καλαῖς ἡδοναῖς κατὰ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας νόμου δουλεύοντα. καὶ ἔπασχε κακῶς ἀνὴρ παιόμενος καὶ δεσμούμενος καὶ ὑπερορίᾳ κατακρινόμενος, καὶ καταράτοις τισὶ δημίοις ἀθῷος παραδιδόμενος, καὶ ὅλως μετὰ πάντων ὡς τις τῶν κακούργων πιεζόμενος. κἀν τούτῳ δηλονότι τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μιμούμενος ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἔξοδον, ὃς μηδὲν πώποτε ἁμαρτὼν

in errorem prolapſos fuiſſe, qui paulo ante auctoritati illius Eccleſiæ contradixerant.

III. Hunc in modum, o Viri, cum terrarum orbis conſiſteret, Eccleſiam, pro deperditorum filiorum ſalute gaudentem tempeſtas alia priorum omnium quotquot fuerunt, vt videtur, atrocior inuadit, licet ſui originem non ſimilem agnoſceret, neque fidem oppugnare, ſed de Eccleſiaſtica quadam dignitate videretur decertare. Eijcitur enim e throno Conſtantinopolitano Vir, ſi fidem ſpectas, pius ſi mores pijſſimus, & ob virtutẽ præſentibus omnibus quammaxime venerandus, diuinus inquam Ignatius, qui nullo crimini obnoxius, ſed quod diuino zelo concitus, hominem neſcio quem, diuitem illum quidem, & qui quantum volebat, habebat ab Imperatore, eoque conſentiente neruos ſuos atque vires in alios experiebatur, ſed moribus intemperantem, nec honeſtis voluptatibus a legibus Eccleſiaſticis conceſſis aſſeruientem a diuinis myſterijs arcebat. Et Sanctus quidem non mediocri infortunio mactatus verberibus contuſus, vinculis conſtrictus, exilio multatus execrandis cuſtodibus innocens concreditus, & in ſumma omnibus, quibus ſceleratiſſimi puniuntur, obiectus, in hoc quoque Domini Ieſu ex

Hieru-

Hierosolymitana ciuitate exitũ æmulatus, qui cum nõ deliquisset, iustas pœnas persoluere ab iniquioribus reputatus est. Diuitem vero moribus integris, & quibus iustitia cordi erat, auersabantur; reliqui qui Pastoris præsentiam metuebant, absentia illius facultatem datam esse voluptatibus & lucris infamibus operam nauandi, existimantes, gaudebant, & eleutheria basilice agitabant, & iniustorum Principum decretis subscribebant. Rursusque euadit Constantinopolis lachrymabilis, dum similem Pastorem iniuste eijcit, locoq; illius alium, qui nullum antea Ecclesiasticum vitæ institutum exercuerat, sed tum primum, dominatus desiderio motus, post illatam tanto viro iniuriam Episcopatum ad se minime pertinentem occupauit, Photium introducit. Et ille quidem in Lesbo insula pastoribus barbaris traditus misere vitam agebat, necessario victu destitutus, & in speluncam, vt refertur, intrusus. Interim lupus gregem Christi discerpens, apud adulatores in admiratione, & æque ac si generosum aliquod facinus patrasset, magnis cogitationibus efferebatur. Quid opus est, o viri Cretenses, prolixiori sermone hæc prosequi, cum de illis historia præ manibus volentium sit. Nihilominus

ἔδοξε δίκας ὀφείλειν τοῖς παρανόμοις. τούτῳ δὲ πάντες μὲν ἤχθοντο ὅσοι τὸν τρόπον χρηστοί, καὶ οἷς ἔμελλε τῶν δικαίων. οἱ δὲ λοιποί, ὅσοι τὴν ἐκείνου τοῦ ποιμένος ἐδεδοίκεσαν παρουσίαν, ἀδείας ἐπιλαβόμενοι ἐπὶ τὸ ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τοῖς αἰσχροῖς κέρδεσι σχολάσαι, ἔχαιρον, πανήγυριν ἦγον, τῇ τῶν ἀδίκων ἀρχόντων προσετίθεντο ψήφῳ. καὶ γίνεται δὴ πάλιν ἡ Κωνσταντίνου δακρύων ἀξία, ἀποστερουμένη μὲν τοιοῦτον ἀδίκως ποιμένα, χειροτονήσασα δὲ ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ, ἄνδρα οὐδέποτε μὲν πρότερον τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ βίου ἁψάμενον, τότε δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπιθυμήσαντα μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ὕβριν, τῆς μηδὲν αὐτῷ μηδαμόθεν προσηκούσης Ἐπισκοπῆς αὐτοχειρὶ Φώτιον. καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ Λέσβῳ ποιμέσι τισὶ Βαρβάροις παραδοθεὶς ἐταλαιπώρει, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἠπόρει τροφῆς, σπηλαίῳ τινὶ ὥς φασι προσειρφθείς. ὁ δὲ λύκος ἐκεῖνος διασπαράξας τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων ἐθαυμάζετο, καὶ ὡς γενναῖον τι δεδρακώς, οὕτω μέγα ἐφρόνει. τί χρή, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, πολλοῖς περὶ τούτων διεξιέναι, ἐξὸν τοῖς βουλομένοις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ σαφέστερον ἐντυχεῖν, ὅμως γοῦν, οὐδὲ γὰρ πᾶσιν ἤρεσκε τὰ γινόμενα, ἀλλ᾽ ἦσαν οἱ τῆς ἀληθείας

αὐτεποιοῦτο, ἀγανακτοῦσι μὲν τῷ Φωτίῳ, ὅσοι τῶν Ἐπισκόπων τῶν νόμων εἰδήμονες, καὶ τὸν τρόπον ἐπαινετοί. ἀγανακτεῖ δὲ ὁ τῆς Ρ'ώμης Πρόεδρος, ὥς φασιν, ἀδλαβὴς ἀνὴρ, Νικόλαος τοὔνομα, ὁ δὲ κλέπτης ἐκεῖνος, καὶ ἥκιστα διὰ τῆς θύρας εἰσελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλ' ἀλλαχόθεν, τὸ πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο πείθειν τὸν ἀρχιερέα τῆς Ρ'ώμης Ἐπιστολαῖς, ὡς νομίμως αὐθέψαιτο τῆς Ἐπισκοπῆς, τοῦ Ἰγνατίου κατὰ νόμους ἐξεληλαμένου, ὡς δὲ πολλὰ δράσας καὶ εἰπὼν οἷς ἐδόκει τὸν ἄνδρα ἀποδοκιμάσαι, παρίημι γὰρ τὰ ἐν μέσῳ συμβάντα διὰ τὸ πλῆθος, ἴσα οἱ μεμηχάνηται πάντα μεστὰ ὕβρεως καὶ συκοφαντίας, πρὸς ἣν εἶχε κοινωνοὺς πάντας, ὅσοι τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ γε ἦσαν ἐπιθυμηταί. ὡς οὖν πάντα κινήσας κακῶς μὲν εἰπεῖν τὸν ἄνδρα εἶχε καὶ ἀτιμάσαι, τὴν περὶ ἐκείνου δὲ δόξαν τῶν βελτιόνων καὶ σοφωτέρων ἥκιστα μεταβαλεῖν, ᾠήθη δεῖν ἀντιστῆναι τῷ Πάπᾳ οὐ ζήλῳ κινούμενος τῆς περὶ τὸ πνεῦμα καινοτομίας, ὥς φασιν οἱ πάντα ἕτοιμοι λέγειν. Ἰγνάτιος γὰρ ἀνὴρ πολλὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ ὁσιότητος παρεχόμενος, καὶ σοφίᾳ πνευματικῇ κεκοσμημένος εἰδὼς τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ρ'ώμης ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ,

minus poſtmodum, neque enim omnibus facta grata & accepta erant, cum eſſent qui veritatem amplexarentur, quicunq; legum erant conſulti Epiſcopi, & moribus laudabiles animi motu concitati Photio ſubiraſcũtur, indignatur etiã Romanus Pontifex, vt fama eſt, Vir inſignis pietate Nicolaus. at prædo ille, neque per portas ingreſſus in ouium caulam, ſed per alium aditum intruſus primum ſummo nixu accurabat, Epiſtolis Romano Pontifici ſuadere, ſeſe legum decreta ſecutum Ignatij Epiſcopatum præſcripto legum eiecti poſſediſſe, cum poſtea multa intentaſſet dixiſſetque, quibus ſibi videbatur Pontificem morigerum reddidiſſe, nanque quæ inter hæc geſta ſunt, & quæ ipſe commentus eſt omnia, iniuriarum & calumniarum plena, ad quas concinnandas ſibi ſocios, qui ſimilium vti ille deſiderio exardeſcebant, adiũxerat, ſilentio prætereo, cum inquam multa mouiſſet, improbaq; lingua, & calamo hominem vexaſſet, ac dedecoraſſet, nec potuiſſet illius ſententiam ex meliori ſapientioriq; mentis firmitate dimouere, propoſuit ſibi Papæ obſiſtere, non zelo veritatis circa Spiritum introductæ motus, vt ad omnia effutienda prompti ſibi autumant: nanque Ignatius multis pietatis ſignis exhibitis, & ſapientia ſpiritali condecoratus, licet

sciret Romanam Ecclesiam ex Patre & Filio, vel per Filium decernere, non turbabatur. neque simile dogma a fide alienum esse existimabat. Ipseq; rursus Photius, magnæ sibi Vrbis thronum concedi a Pontifice supplicans, de hisce dogmatibus quæstionem mouere animum nunquam induxit: sed cum non posset sibi morigeros reddere ipsum impedientes, ne in improbe gestis persistere videretur, aggressus est impie Ecclesiæ fidei crimen appingere, dominatus ambitione, o Viri, non zelo pietatis erga Deum. Hæc vero ita se habere, si Scriptores historiarum percurrere volueritis, plane dignoscetis. Hinc itaque Photius peruersum hoc dissidiũ concipit, & iniquitatem, in excelsum oblocutus progenerat & scripto mandat, Spiritum, o audaciam! ex solo Patre procedere, non reueritus Basilium, nihil curans Gregorium, nullo metu concitus, si contradicturus esset Cyrillo, Athanasium vero magnum pro nihilo ducens, &, vt expediam, pessima quæque susque deque vertere studens, modo Nicolaum hæreticum demonstraret, & argumentis nonnullis, vetulis aut sermonum inexpertis hominibus decentibus, inconsiderate contendit inconcussam Ecclesiæ turrim disijcere.

ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ θεολογοῦσαν οὐκ ἐταράττετο, οὐδ' ἀλλότριον τῆς πίστεως τὸ δόγμα ἡγεῖτο τουτί. αὐτός τε πάλιν ὁ Φώτιος, ὅτε ἐδεῖτο τοῦ Πάπα συγχωρῆσαι οἱ τὸν θρόνον τῆς μεγαλοπόλεως, οὐδὲν ἠξίου περὶ τῶν δογμάτων διαφέρεσθαι τούτων, ἐπεὶ δὲ οὐ πείθειν εἶχε τοὺς κωλύοντας αὐτὸν τοῖς κακῶς πεπραγμένοις ἐμμένειν, ἐπεχείρησεν ἀσεβῶς αἰτίαν προσάψαι τῇ πίστει τῆς Ἐκκλησίας, ἕνεκα φιλαρχίας, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' οὐ ζήλου τῆς πρὸς Θεὸν εὐσεβείας. ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἀναγνόντες τοὺς χρονογράφους εἴσεσθε. ἐντεῦθεν τοίνυν συλλαμβάνει Φώτιος τὴν πονηρὰν ταύτην διαίρεσιν, καὶ τίκτει ἀνομίαν. ἣν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησεν, καὶ τὸ πνεῦμα λογογραφεῖ, ὦ τῆς τόλμης, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι μόνου, οὐκ αἰδεσθεὶς Βασίλειον, οὐκ ἐντραπεὶς Γρηγόριον, οὐ δείσας εἰ ἀντερεῖν ἔμελλε τῷ Κυρίλλῳ, Ἀθανασίου δὲ τοῦ μεγάλου μικρὸς αὐτῷ λόγος ἐστίν. καὶ ὅλως πάντα οἱ δεινῶν ἀναστρέφειν ἐδόκει, ὁτὲ μὲν τὸν Νικόλαον αἱρετικὸν ἀποδεῖξαι δόξῃ, συλλογισμοῖς δέ τισι γραυσὶν, ἢ ποὺ ἀπείροις λόγων ἀνθρώποις προσήκουσιν, ἀνοήτως ἐπεχείρει τὸν ἀρραγῆ τῆς Ἐκκλησίας καθελεῖν πύργον.

IV. Et primus ille omnium audacissimus distortam vocem illam

δ'. Καὶ πρῶτος ἐκεῖνος ὁ πάν-

τόλμῃ ἐξώθηκε τὴν σκαιὰν φωνὴν ἐκείνην, ὡς εἰ τελείως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύοιτο τὸ πνεῦμα, τί χρὴ αὐτὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φάσκειν, ὡς οὐκ ἀρκοῦσαν τὴν ἐξ ἐκείνου πρόοδον. ὢ τῆς ἀμαθείας, ὅτι τούτῳ τῷ σαθρῷ καὶ ἀτελεῖ λόγῳ τὴν θαυμαστὴν ταύτην οἰκοδομὴν τῆς θεολογίας ἀνατρέπειν νομίζεις; τοιούτῳ πάντως ἐπιχειρήματι Φώτιε καὶ οἱ πρὸ σοῦ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πεπολεμηκότες θεότητι, φαίνονται χρήσασθαι, εἰ Θεὸς τέλειος φάσκοντες ὁ πατὴρ, τί χρὴ καὶ τὸν υἱὸν τέλειον Θεὸν πιστεύειν; ἐλάνθανε γὰρ αὐτοὺς, ὡς ἀληθέστατα παρὰ τῆς Ἐκκλησίας δοξάζοιτο, καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν τὸν πατέρα καὶ τέλειον εἶναι. τοῦτο δ᾽ ὅμως οὐκ ἐκβάλλειν τὸν υἱὸν τῆς πατρικῆς ἐκείνης κληρονομίας, καθ᾽ ἣν πάντα ἔχει τὰ τοῦ πατρὸς ὡς ἐκεῖνος. μόνου ἄρα τελείου Θεοῦ ὄντος τε καὶ πιστευομένου τοῦ πατρὸς, καὶ ὁ υἱὸς Θεὸς τέλειος ἐστί τε καὶ λέγεται. τὸ ἴσον δὲ φρονεῖν ἔξεστι καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ἡ αὐτὴ γὰρ τῷ ἀριθμῷ καὶ μία θεότης τοῖς τρισὶ κοινὴ, καθ᾽ ἣν ἕκαστον τῶν προσώπων καὶ μόνος Θεὸς καὶ τέλειος δογματίζεται, οὐκ ἐξωθοῦν τῆς θεότητος θάτερον, ὥσπερ παρ᾽ ἡμῖν εἴ τις μόνος ἦν πλούσιος, τοὺς ἄλλους πένητας εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ἐκείνου παρ᾽ ἑαυτῷ τοὺς θησαυροὺς κατέχοντος, καὶ μηδενὶ κοινωνοῦντος τῶν ταλάντων, ἀλλὰ πανταχόθεν συλλέγοντος τὸν

illam emifit, *Si perfecte ex Patre procedit Spiritus, quæ neceffitas eft afferere, eum quoque procedere ex Filio, quafi progreffus ex Patre fatis non fit*. O infcitiam! cum flaccido ifto ac debili argumento admirabilem hanc theologiæ ftructuram dimouere putas? Hoc prorfus argumento Photi ante te Filij Dei diuinitatem oppugnätes vti vifi funt, *Si Deus perfectus*, dicentes, *Pater eft, quid opus eft & Filium perfectum Deum effe credere?* Fugiebat enim ipfos quam veriffime ab Ecclefia teneri, folum verum Deum Patrem, & perfectum effe, hoc nihilominus non deturbare Filium paterna illa hæreditate, qua omnia Patris æque atque ille poffidet. Solus itaque perfectus Deus cum fit, & reputetur Pater, Filius quoque Deus perfectus eft & dicitur, quod tenendum etiam eft de Spiritu fancto. Eadem enim numero & vna Deitas tribus communis eft, fecundum quam vnaquæque perfona, & folus Deus & perfectus decernitur, non excludens alium a diuinitate. quemadmodum apud nos fi quis folus effet diues, alios pauperes effe non dubitamus, cum ille apud fe thefauros contineat, nec vlli talenta communicet, fed locis ex omnibus aurum recolligens, quotidie auctiora reddat repofitoria. Non ita eft, o acuti fyllogifmorum inuento-

res, responderem ad Arium, siue ad simili morbo detentos, Deus & Pater diuinitatis thesauros in semetipso complexus paulum quidpiam ex illis Filio communicauit, fortasse motus inuidentia, quæ vestra est vesania, aut volens eam communicare non potuit, sed totius essentiæ & diuinitatis illum participem facit, datq; illi omnium maximum, vt Deus perfectus sit, & simul cum ipso rerum omnium conditor, licet dirrumpamini, duos nobis opponentes creatores, & metuentes metum, vbi metus non est. Diuiditis enim secundum essentiam impie Filium a Patre, & eorum naturam, & potestatem aut dissimilem aut numero differentem supponitis, quare & duos potentes, duosq; sapientes appellatis, quod ex nostris sermonibus non consequitur. Eandem enim, vt paulo ante diximus, potestatem numero, & Deitatem, & sapientiam in vtrisque asserentes, propterea que, vti par est, etiam vnum concludere creatorem minime negligimus. Et hæc quidem, o viri Cretenses, quispiam dixerit ad imbecillum Photij syllogismum; perfecte enim Spiritum ex Patre progredi credentes, nihilominus etiam ex Filio asserere non renuimus. Inferre porro nobis, ideo imperfectum esse ex Patre Spiritus progressum

χρυσὸν, καὶ μείζους ἑκάστοτε τὰς ἀποθήκας ποιοῦντος. οὐχ οὕτως ὦ δεινοὶ συλλογισταὶ φαίην ἂν πρὸς τὸν Ἄρειον, ἢ τοὺς τὰ ὅμοια νενοσηκότας, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τὸν τῆς θεότητος πλοῦτον παρ' ἑαυτῷ συναθροίσας ὀλίγου τινὸς μετέδωκε τῷ υἱῷ, φθονήσας ἴσως κατὰ τὴν ἡμετέραν σκαιότητα, ἢ ἀδυνατήσας βουληθεὶς μεταδοῦναι, ἀλλ' ὅλης τῆς οὐσίας καὶ τῆς θεότητος αὐτὸν καθίστησι κοινωνὸν, καὶ δίδωσι τὸ πάντων μεῖζον αὐτῷ, ἵνα Θεὸς ᾖ τέλειος καὶ δημιουργὸς μετ' αὐτοῦ τῶν ἁπάντων, κἂν διαρρήγνυσθε τοῦ δύο δημιουργοὺς ἡμῖν ἐπιφέροντες, καὶ φοβούμενοι φόβον, ὅπου οὐκ ἔστι φόβος. διαιρεῖτε γὰρ κατ' οὐσίαν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀσεβῶς, καὶ τὴν αὐτῶν φύσιν καὶ δύναμιν, ἢ οὐχ ὁμοίαν τίθεσθε, ἢ διαφέρουσαν τῷ ἀριθμῷ, ὥστε δύο δυνατοὺς, ἢ σοφοὺς ὀνομάζειν. τοῦτο δὲ ἐκ τῶν ἡμετέρων οὐχ ἕπεται λόγων. τὴν αὐτὴν γὰρ ὡς ἔφημεν, πρὸ μικροῦ τῷ ἀριθμῷ δύναμιν, καὶ θεότητα, καὶ σοφίαν ἐν ἀμφοῖν θεολογοῦντες, διὰ τοῦτο εἰκότως δήπου καὶ ἕνα συμπεραίνειν οὐ κατοκνοῦμεν δημιουργόν. τοιαῦτα ἄν τις ὦ ἄνδρες Κρῆτες πρὸς τὸν Φωτίου εἴποι ἀδρανῆ συλλογισμόν. τελείως τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεσθαι πιστεύοντες, ὅμως κἀκ τοῦ υἱοῦ ταυτὸ λέγειν οὐκ ἀνανεύομεν. τὸ δ' ἡμῖν ἐπάγειν ὡς ἀτελὴς ἄρα ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ πνεύματος πρόοδος, ἀμαθῶν

ἐστι λόγος αἰθεχίπων, καὶ τῶν σεμνοτάτων ἀρχῶν τῆς θεολογίας ἀπείρων. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀποφάσκοι τὸν υἱὸν δοτῆρα εἶναι τοῦ πνεύματος, ἐπεὶ τελείως δίδοται παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐντεῦθεν δύο δοτῆρας προπετῶς συμπεραίνοι, ὅτι ὁμοίως τῷ πατρὶ δίδωσι τὸ πνεῦμα καὶ ὁ υἱός. ἀλλ' ἀντείποι ἂν ὁ Βασίλειος τῷ τοιούτῳ πρὸς Ἀμφιλόχιον οὕτω λέγων, Διὰ τοῦτο διδόντος αὐτὸ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς αὐτὸ δίδωσι μιᾷ δόσει, καὶ μιᾷ χορηγίᾳ.

ε. Ἀλλὰ μὴν ὦ ἄνδρες μέμνημαί τινα τῶν ἁγίων μόνον τοῦ πνεύματος χορηγὸν τὸν υἱὸν διδάσκοντος, οὐ διὰ τοῦτο πάντως τοῦ αὐτοῦ πνεύματος χορηγὸν τὸν πατέρα γε ἀρνουμένου, παρ' οὗ ὁ υἱὸς τὸ διδόναι τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἵνα τὴν εἰλικρινῆ παρὰ τοῦ υἱοῦ πρόοδον τοῦ πνεύματος σημαίνῃ, διδομένου παρ' αὐτοῦ ὡς οἰκείου, δι' οὗ καὶ τὴν μακαρίαν θεότητα ἐκπληροῖ, ὡς δοκεῖ τῷ σοφῷ Βασιλείῳ, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸν πατέρα ἄλλοι θεολογοῦσι μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος, οὐκ ἀρνούμενοι τὸν υἱὸν πηγὴν εἶναι θεότητος, ἄπαγε. σαφῶς γὰρ καὶ ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος, ἤδη ἔφησε ὁ Δαυὶδ παρὰ τῷ πατρὶ ὄντα τὸν υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συγχωρήσει τις, συμβαίνει ἀνάγκη τὸν μὲν πατέρα πηγὴν θεότητος μόνον εἶναι, τὸν δὲ υἱὸν πηγὴν μὲν τοῦ ἁγίου πνεύματος, πλὴν οὐ θεότητος.

fum, infcitorum hominum, & in quam maxime reuerendis theologicis principijs inexpertium fermocinatio eft. Quemadmodum fi quis negaret Filium datorem effe Spiritus, quod perfecte datur a Patre, indeque duos datores temerarie concludat; quod æque atque Pater etiam Filius Spiritum dat. Sed huic contradixerit Bafilius ad Amphilochium ita fcribens; *Propterea dante illum Patre, Filius eundem dat vna datione, & vna fuppeditatione.*

V. Atqui, o Viri, iam in memoriam venit Sanctum nefcio quem, *folum Spiritus datorem Filium* docuiffe, neque propterea prorfus eiufdem Spiritus datorem Patrem negaffe, a quo Filio prouenit dare Spiritum, fed vt clarum Spiritus ex Filio progreffum fignificaret, cum detur ille ab ipfo vti proprius, per quem & beatam deitatem complet, vt fapienti Bafilio videtur. Eadem quoque ratione Patrem alij pronunciant *folum fontem fupereffentialis Deitatis*, non negantes Filium fontem effe Deitatis. Abfit. Palam fiquidem & diuinus Athanafius. *Iam dixit Dauid apud Patrem effe Filium fontem Spiritus fancti.* Id fi quifpiam non concefferit, neceffe eft Patrem folum fontem effe diuinitatis, Filium vero fontem Spiritus fancti, & non diuinitatis: quare

nudus

nudus diuinitatis esse ex eo progrediens Spiritus existimaretur, quod impietatem omnem exuperat: siue secundum hoc. fontẽ esse Deitatis Filium, sed nõ similis illi, quæ ex Patre progreditur, adeo vt discrimen Deitatum confingatur: & hanc quidem in hypostasi, illam absque hypostasi, & hanc cum essentia, illam absq; essentia, quod & Græcorum fabulis multo mõstruosius est. Et nihilominus, o Viri, Spiritus sancti nomen nulli alio adaptari quam tertiæ in Trinitate personæ, quæ & effundi dicitur a Patre, & Filio & suppeditari, & mitti a sanctis Patribus edocemur. Primus enim ante alios Cyrillus, *Licet sit in hypostasi propria Spiritus sanctus, qua Spiritus est, & non Filius. Veruntamen non est illi alienus: Spiritus enim veritatis nuncupatus est, & est Christus veritas, & effunditur ab ipso, quemadmodum ex Deo & Patre*. Supra modum bene mi Cyrille, qui nos a molestia liberasti, in hypostasi propria existentem Spiritum sanctum ex Filio Dei effundi eodem quo & a Patre modo docens, quique in alijs tuis sermonibus egredi Spiritum ex Filio vti ex Deo Patre dicis, & ex propria nobis illius natura mitti decernis. Sed diuinum quoque Athanasium, si placet, ne prætereamus, o Viri, qui scribit; *Cum vnus sit Filius, viuens*

ὥστε γυμνὸν θεότητος τὸ ἐξ ἐκείνου προϊὸν πνεῦμα νομίζεσθαι, ὃ πόρρω πάσης καθέστηκεν ἀσεβείας. ἢ τό γε δεύτερον θεότητος μὲν πηγὴν τίθεσθαι τὸν υἱὸν πλὴν οὐχ ὁμοίας τῆς ἐκ τοῦ πατρὸς προϊούσης, ὥστε καὶ θεοτήτων διαφορὰν πλάττειν, καὶ τὴν μὲν ἐνυπόστατον, τὴν δὲ ἀνυπόστατον, καὶ τὴν μὲν ἐνούσιον, τὴν δὲ ἀνούσιον, ὃ καὶ τῆς ἑλληνικῆς πέφυκε τερατωδέστερον μυθολογίας. καίτοι γε, ὦ ἄνδρες, τὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὄνομα μηδενὶ ἑτέρῳ ἁρμόζειν διδασκόμεθα ὑπὸ τῶν ἁγίων, ἢ τῷ τρίτῳ προσώπῳ ἐν τῇ Τριάδι, ὃ δὴ καὶ ἐκχεῖσθαι λέγεται παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ χορηγεῖσθαι, καὶ πέμπεσθαι. πρῶτος γὰρ ὁ ἱερὸς Κύριλλος, Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ὑπέρευγε Κύριλλε, ὡς ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, τὸ ἐν ὑποστάσει ἰδίᾳ ὂν πνεῦμα ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προχεῖσθαι ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς διδάσκων, ὅς γε ἐν ἄλλοις λόγοις ἐξιέναι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς λέγων, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπέμπεσθαι φύσεως θεολογεῖς. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον, εἰ δοκεῖ, μὴ παρέλθωμεν, ὦ ἄνδρες, ὅς φησιν. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ υἱοῦ τοῦ ζῶν-


τοῦ λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τὴν φωτιστικήν, καὶ ἁγιαστικὴν ζωήν, οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁμολογουμένου, ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. ὡς ὑπερφυῶς ὦ ἄνδρες ἔλυσε σὺν τῶν τινῶν ἐλέγχους, τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευομένην ζωήν, ἣν ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ἐν ἑαυτῷ ἔχειν παρ' αὐτοῦ δίδοσθαι καὶ πέμπεσθαι διασαφήσας. ἀλλ' ὦ τῆς τῶν πολλῶν πεπηρωμένης διανοίας. ὦ τοῦ ἀδίκου τῆς ἀληθείας μίσους. ὦ τῆς ἐπισφαλοῦς φιλονεικίας, ᾗ πειρῶνται τοῖς φανεροῖς πολεμεῖν, ᾗ τινὲς περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχοῦντες, προδόται γίνονται τῆς αὐτῶν κακοδαίμονες σωτηρίας, συγχωροῦντες ὁμοῦ τὰς ἀτοπωτάτας προτάσεις, ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου, καὶ αὖθις, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, οὔθ' ἑαυτῶν, οὔτε τῶν λόγων αἰσθανόμενοι, οὔτε τίσι διαλέγονται κατανοοῦντες. ἀνδράσι γὰρ λόγων ἐμμελέοις, καὶ κρίσει τῶν λόγων ἀκριβεῖ ἐπὶ τὸ ταῦτα πιστεύειν ἥκουσιν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀναστέλλει τὴν τῶν πολλῶν καὶ ἀσυνέτων τόλμην κακῶς λέγειν ἡμᾶς καὶ τὴν πίστιν, ὡς ἔμοιγε, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, πολλοί εἰσιν ἐν ὑμῖν δῆλοι, οἳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διαπτύουσι τὰ ἐμὰ διασύροντες, οὔτε τὴν ἐμὴν εἰδότες γνώμην, ᾗ φίλῳ σὺν ὁμογνοεῖς, οὔτε σὺν λόγοις, εἰρήσθω δὲ

uens Verbum, unam oportet eſſe, illuminatricem, & ſanctificatricem vitam, quæ ipſius ſit operatio, & donum, quæ ex Patre dicitur procedere, quando etiam ex Verbo, quod ex Patre aſſeritur, elucet & mittitur & datur. Quã diuine nonnullorum argumentationes diſſoluit, ex Patre procedentem vitam, quam dedit & Filio etiam in Filio eſſe & ab eodem dari & mitti manifeſtauit, ſed o multorum obcœcatas cogitationes! o iniuſtum aduerſus veritatem odium! o lubricam contentionem, qua manifeſta, ac perſpicua oppugnare conantur, qua quidam de nominibus altercantes, ſalutis propriæ proditores miſeri euadunt, abſurdiſſimas ſimul propoſitiones concedentes, *ex Patre ſolo*, rurſuſque, *ex Patre per Filium procedere Spiritum*, neque ſeipſos, neque ſua dicta percipientes, neque quibus cum ſermones conferunt intelligentes: homines enim dicendi arte, & ſermonũ accurato iudicio conſpicuos ſequentes ad ſimilia credenda procedunt. Veruntamen nihil eſt quod multorum ac imprudentiũ audaciam, refrænet, dum nos & noſtram fidem conuicijs proſcindunt, ſicuti mihi, o Viri Cretenſes, permulti inter vos innoteſcunt, qui ſingulis diebus mea inſectantur, neque animum meum recte accipientes, quo cum

mea

mea natione amore deuincior, neque sermones, dicatur siquidem cum Deo, quibus si quid validum aut leue & debile inter disserendum occurrerit, possum dijudicare. Quodsi eiurato errore sermones meos audiuerint, næ illi plane cognoscēt, me nulli prorsus inimicum, sed tantummodo veritatis amicum esse, quam nonnulli oppugnantes terrarum orbem vniuersum litibus implent, & schismatis periculosi nationibus omnibus causa sunt. Hos ego, o Viri Cretenses, cum amore redarguendos esse reor, exorans vt errorem deponant, propriæque salutis curam habeant, quos, si audiuerint, laudo, si contra sese opposuerint, obediens Apostolo deuito. Percuperem vero vos Auditores ex eorum numero esse, qui primo loco collocati sunt: Sic enim virorum prudentium facinus committeretis, veritati reconciliati, & reliquo Ecclesiæ corpori vti membra separata coniuncti. Tum equidem agnosceretis me res optimas consulere, fideique sacros sermones non absque Dei gratia fideliter pertractare, nulli noxam afferens, sed salutem sempiternam, etsi non admodum calide digneq; procurans, & alijs in Christo fratribus, vt bonum illud consequi possint, per accommoda suggerens, cuius participes nos fieri Christi gratia concedat, cui gloria decet. Amen.

σὺν Θεῷ, οἷς τί τε ἰσχυρὸν καὶ τί σαθρὸν ἐν τοῖς λεγομένοις δύναμαι γνῶναι. εἰ δ' ἀφέντες τὴν πλάνην ἀκούσονται τῶν ἐμῶν λόγων, εἴσονται, ὡς ἔγωγ' ἐχθρὸς μὲν οὐδενὶ, φίλος δὲ μόνον τῇ εὐσεβείᾳ, ἥν τινες πολεμοῦντες ἐμπιπλῶσι μάχης τὴν οἰκουμένην καὶ σχίσματος ἐπισφαλεῖς πᾶσιν ἔθνεσι, τοὺς τοιούτους ἐγὼ, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, οἶμαι δεῖν μετ' ἀγάπης ἐλέγχειν, δεόμενος αὐτῶν ἀποσχέσθαι τῆς πλάνης, καὶ τῆς σφῶν σωτηρίας ἀντιλαβέσθαι, ὧν τοὺς μὲν πειθομένους θαυμάζω, τοὺς δ' ἀνθισταμένους παραιτοῦμαι, τῷ Ἀποστόλῳ πειθόμενος. βουλοίμην δ' ἂν ἡμᾶς τῶν ἀκροωμένων τῶν προτέρων εἶναι. ἀνδρῶν γὰρ ἂν συνετῶν ἐποιήσατ' ἔργον, διαλλαττόμενοι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας ὡς μέλη διαιρεθέντα συναπτόμενοι. τότ' ἔγνωτ' ἂν, ὡς ἔγωγ' ὑμῖν χρηστὸς σύμβουλος, καὶ τῶν ἱερῶν λόγων τῆς πίστεως τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι πιστὸς οἰκονόμος, οὐδενὶ μὲν οὐδενὸς κακοῦ πρόξενος, σωτηρίας δὲ αἰωνίου, εἰ καὶ μὴ θερμῶς καὶ ἀξίως ἀντιποιούμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν Χριστῷ ἀδελφοῖς, ὅπως ἐκείνου τεύξονται τοῦ καλοῦ ὑποτιθέμενος. οὗ μεταχεῖν ἡμᾶς γένοιτο τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι. ᾧ δόξα πρέπει. Ἀμήν.





INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in hoc Secundo Tomo Græciæ Orthodoxæ continentur.

D

E

F

Fi-

1090

G

H

I

L

M

N

Or-

1021

O

P

Pro-

Q

R


S

Si-

Spi-

T

V



SYLLABVS
AVCTORVM
In hoc Secundo Græciæ Orthodoxæ Tomo laudatorum.

A

Alia

Lib.

Ro.

D

E

Geor-

G

Ca.

M

N

P

S

T



